uina incarnatio decorata. Dicit ꝙ ppter
priuilegia xp̄i q̄ fuerūt inumerabilia. ſue
benedicte matri quatuor puilegia fuerūt
in incarnatiōe cōdonata. Quorū pmū
fuit. In conceptōe. q2 ipſa concepit filiū
ſine vlla corruptione ꝟginitatis iuxta illō
vaticiniū. Iſa. Ecce virgo ↄcipiet ⁊c. nec
in illa conceptione fuit aliq̄ infectio: q2 ex
puris ſanguinib9 ꝟginis glorioſe fuit xp̄s
F concept9 vt teſtat beatus diony. de di. no.
Secundū fuit in ꝟbi conſeruatione: q2
xp̄s plus habitauit in ſua matre. q̄ alij p
xxxvj. dies vt ait Amb. quia alij ad min9
ante tēpus tale nō ſunt formati. Xp̄us au
tē dante conſenſu virgine beata fuit ſtatī
format9 ⁊ incarnatus vt ait da. 3. li. ſiliar
ſuarū. Tertiū fuit in verbi generatione

q2 ſicut ceteri parti gignuntur de ſubſtan
tia patris ⁊ parti de ſubſtantia matris.
Ita xp̄s. de ſubſtantia. ſ. matris ſm hūani
tatē fuit ſicut de ſubſtantia patris ſ3 diui
nitatem. Et ideo cū ſm ſubſtantialitatē
cauſetur germanitas. tantā germanitatē
habuit xp̄s ad ſolā matrem. quantū nos
habemus ad patrē ⁊ matrem ⁊ maiorem
quāto fuit de puriſſimis partib9. Et ideo
in euangelio veriſſime dicitur mater ei9.
Quartū fuit in eius parturitiōe: q2 ipm
edidit ſine dolore ſic cōceperat ſine corru
ptione: q2 ſēper clauſa manſit ⁊ integra.
Et iō dicit Iſa. vltio. ꝙ virgo benedicta
anteq̄ parturiret peperit: q2 ſine dolore edi
dit. Decia contēplatio eſt qbus contra x. cōtēp.
rietatibus ſacrm icarnationis fuit ornatū
Dicit autem ꝙ ornamentis corporalib9
iuxta ꝙ opponunt dolores cōtrarij: eo ꝙ
oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcūt.
Ita in ſacro icarnatiōis fuerunt multe cō
trarietates adinuicē. Quarū pma fuit. q2
ibi fuit de ſūmo gñe q̄tū ad diuinitatē
dicente apoſtolo ꝙ cū ī forma dei eſſet. nō
rapi. ar. ē eſſe ſe equa Deo. Et infim9 quā
tū ad hūanitatē q2 eſt de infimo genere eo.
ꝙ infimū gradū tenet in genere rōnabiliū
Vñ beatus Diony. vocat ipſā hūanita
tē deitatē q2 ſemetipſū exinaniuit. Scda B
fuit q2 ibi fuit finitū ⁊ infinitū. q2 ſm diui
nitatē maior ē oibus creaturis ⁊ celi. ſ. ābi
tu in circūſcriptus. ſm hūanitatem ꝟo. in
vtero virginis clauſus. Iccirco tunc iple
ta ē illa ꝓphetia. Verbū breuiatū fecit dñs
ſup terrā. Tertia fuit q2 ibi fuit diues ⁊
paup. q2 tūc ī xp̄o ſ3 deitatē ſunt abſcōditi
oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie dei pr̄is ſ3 hu
manitatē vero fuit ſine domo: nat9 pannis
paupib9 inuolutus vñ p̄s. ſimul in vnū di
ues paup. Quarta fuit q2 ibi fuit fortis ⁊ i
firm9. q2 ille q portat oia ꝟbo virtutis ſue:
per quē facta ſunt oia factus ē ita validus
ꝙ mater portabat. Iō dicit Iere. [illegible]
es ſic vir fortis: Iſtis aūt adiūgit [illegible]
trarietas ꝙ ieſus fuit ſimul viator ⁊ [illegible]
henſor: ſm animā vt habetur. iij. ſen[illegible]
rū de qua contrarietate poteſt intel[illegible]
qd̄ habetur in euangelio. Spiritus [illegible]



xi. Cōtē. [illegible]ceptus ē ⁊c. Undecia cōtēplatio ē: q
b9 dignitatib9 fuit ſublimatū ſacrm icar
nationis: dr̄ aūt ꝙ dignitate quadruplici
ſ. Prīa: q2 creatura ſp referebat ad deū
ſiue ad creatorē: deus āt nō referebat ad
creaturā. Nūc āt p icarnatiōē ꝟbi myſteriū
cepit de9 referri ad creaturā: ſiue p hūani
tatē aſſūptā: q2 ſ3 Bre. hō ois creature
aliqd h3: iō p pticipatione. ois creatura
refert ad ipm. Scda fuit hois ſublima
tio: q2 nā hūana ī icarnatiōe ſic fuit ꝟbo
ↄiūcta ꝙ hoies frēs dei extunc appellari
poſſūt. Tertia fuit āgelo2 honorificatō
q2 ſic nobiles barōes honorāt: ſi ſorores
nubūt regi eo2: ita āgeli fuerūt honorati
eo ꝙ brē ꝟgīs aīa q̄ eorum ſoror germa
na erat: q2 ſ. ab eodē pr̄e pducta. ſ. deo: ⁊
ad ei9 ymaginē: fuit ī icarnatiōe ꝟbi diſ
ponſata. Quarta fuit diuine po͂ dēmōſtra
tio: q2 l3 de9 ſuā nimiā potētiā: eo ꝙ oia
de pīma mā formādo demōſtrauit: vt ait
Aug. ſup ge. tñ maior ē ī eo ꝙ aīam ⁊ pri
mā mā3 d nihilo creauerit: q2 plus diſtat
aliqd d nihilo facē q̄ aliqd de aliq° facē.
Et eadē rōe qñ de9 fecit ꝙ hō eēt de9: q2
pl9 diſtat creatura a dō q̄ ab āgelo: imo ī
finitū. Iccirco null9 inētus ē dign9 apif
[illegible]: dcm̄ fuit apo. xj. c. Duodecia cō. ē
xij. Cont. qb9 miraculis iſta natiuitas fuit ornata ⁊ re
ferūt quatuor ſingulariſſima miracula.
Quo2 p^m fuit d tēpli fractiōe. Scdm
d olei emanatiōe. Tertiū d carnaliū ho
minū extictiōe. Quartū d ſybille reuela
tiōe. Et hec oia patēt ī ſmōib9 pcedētib9
bñ ītuēti ⁊c. Decimatertia cōtē. ē q° die ⁊
qua hora fuit māifeſtata iſta bñdcā nati
xiij. Cont. tas. Et dr̄ ꝙ die dñica: illa. n. die xp̄s fuit
nat9: vt p3 ex dcis ſcd'r: hora ꝟo nocti me
[illegible]nat9 ē: vt dcm̄ fuit ſup^a ī pcedētib9 ſ
[illegible]q̄ dies ⁊ q̄ hora fuerit quadruplici
[illegible] ↄſecrate: vt p3 ī pcedētib9 ſmōi
[illegible] in eorum articulis. Rogemus
[illegible]⁊c.
[illegible] de eodē Sermo ſecundus.
[illegible] caro factū ē. Jo. p°. Hoc bre
[illegible] de ꝟbo abbreuiato itelligit
[illegible] tria pdicatori ꝟbo diui ne
[illegible] iunāt. o3. n. pdicator hr̄e
[illegible] illuſtratū p cogitatiōē. Aūc

ctū iflāmatū p dilectionē. Effectū ↄſūa
tū p bōi opis ad īplectionē. Nā pdicator
ſine cogitatiōe n̄ pt docē. Siñ dilectiōe n̄
pt placē: Sine bōi opis ad īplectione. nō
pōt mouē. Pmo g° o3 pdicatorē hr̄e itelle
ctū illuīatū p cogitationē: qd̄ pbat ꝟbi d
ſcriptio cū dr̄ ꝟbū. Verbū. n. cordis ē for
mata cogitatio ⁊ cog° aboa re quā ſcim9
vt dic Aug. vi. d tri. Formata āt cogitatio
⁊ cogni°: ⁊ ſacr ſcriptur ſtudioſa medita
tio illuſtrāt itellectū pdicatoris ſuū qua n̄
luſtratiōe n̄ poterit illuſtrare itellectū audi
torū. Eſſe. n. recipiēs o3 eē denudatū a u^a re
cipiēti qlib3 alios illuiāns ⁊ pficiēs o3
ī ſe pfici ⁊ illuſtrari. Nēo. n. dat qd̄ n̄ h3
vñ pdicatori ſic illuſtrato pōt ad ſras diri
gi illō ꝟbū p̄s Lucerna pedib9 meis ꝟbū
tuū: ꝟbū. n. pdicatoris d3 eē lucerna pedi
b9. ſ. affectōib9 auditoris ad dirigendū ī vi
ā3 moris. Scdo o3 pdicatorē hr̄e affectū
iflāmatū p dilectionē: qd̄ pbat carnis cō
di° cū addit caro. Nēo. n. carnē ſuā odio
hūit. Apoſt. ad phil. v. Charitas āt dile
ctio neceſſaria ē pdicatori: q2 ſm. b. Bre. ī
hōelia. Qui erga aliū charitatē nō h3 p
dicatoris offiñ ſuſcipe nullaten9 d3. Vñ p
dicator exultās p dilectionē pt dicē illud
p̄s. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt ī de
um viuū. Tertio o3 pdicatorē hr̄e affectū
ↄſūatū p bōi opis ad īplectionē: qd̄ pbat
ſci executio: cū ſubdit: factū ē. Qui. n. ſcd
n̄ īplet qd̄ ꝟbo docet: mādatū ſoluit. ⁊ mi
nim9 ē ī regno celo2. Qui āt fecerit ⁊ do
cuerit hic btūs ī ſcō ſuo erit: ⁊ magn9 vo
cabit ī regno celo2. Rogabim9 g° dñs p
nobis carnē factū: vt ipe p ſuā miſico: dias
nobis ↄcedat cogitationē ī itellectu: dile
ctionē ī affectu: ⁊ bōi opis ad īplectionē
ī effectu vt āt hic facili9 impetrem9 ꝟginem
⁊ glioſam deuotiſſime ſalutem9 dicentes.
Aue maria ⁊c. Verbū caro factū ē. Vt
rū vbi ſup^a. Scdm btūm Aug. xiij. d tri
ni. Quāuis de9 p ſuā oī potētiā gen9 hu
manū alio mō q̄ p ꝟbi ſui icarnationē
repare ⁊ ſaluare potuiſſ3. tñ null9 alr̄ mo
dus fuit: ita ↄgru9 ⁊ ↄueniēs reparatōi hūa
ni gñis. ſicut p icarnationē ꝟbi diuini: vt
ſicut hō leſe extrat p ꝟbū ītentū: ⁊ per
culpā ceciderat. p ꝟbū a demone iſpiratū

ſic a culpa reſurgeret .p ꝟbū īcarnatum. Nā hō p̄ſcē reparari nō poterat niſi recu pararet .m̄ētis īnocētiā. Dei amicitiā. Et ſtatus ſui excellētiā. Sui aūt ſtatus ex cellētiā homo recupare n̄ poterat niſi ei⁹ reparator eēt de⁹: q2 ſi eēt pura creatura. tūc hō pure creature tāq̄ ſuo reparatori ſubdi tus fuiſſ3. Et ſic ſui ſtatus excellētiā n̄ re paſſet. Hō ēt dei amicitiā recupare n̄ po terat niſi p ꝯuenientē mediatorem q tanq̄ amicus. In vtrūq3 manū mittere poſſet: ⁊ vtriu ꝯ3 p̄ticeps eēt ꝯformis. Ut ſicut deo equalis p deitatē. Ita hoi ſilis eēt p hūa nitatē: Hō iſtmp mētis īnocētiā recupat nō poterat niſi dimiſſa culpa quā dimitti nō decebat p iuſtitiā diuinā. niſi p ſatiſfa ctionē ꝯdignā. Et q2 p toto gñe hūano. nō niſi de⁹ ſatiſfacē poterat nec ſatiſfacer debeat. niſi hō q peccauerat. Jō ꝯgruētiſ ſimū fuit genus hūanū .p deū hoiem re pari. Uñ ait. Leo papa in ſmōe iſti⁹ ſo lēnitatis vn⁹ ⁊ idē: dei ⁊ hoiu3 mediator niſi eēt ver⁹ de⁹. nō afferret remediu3. Et niſi eēt ver⁹ hō. nō p̄beret exemplū. Q2 g° hō p̄ſcē reparari non poterat niſi recuparet mētis inocentiā: Dei amicitiā. Et ſui ſta tus excellētiā. Et iſta nō poſſūt ꝯuenieter fieri: niſi p icarnationē ꝟbi: vt declaratū ē. Jō p ſalute hūani gñis. Uerbū caro fa ctū ē. In quo qdē ꝟbo. tria exp̄mūt: q̄ ad ſacr̄m diīce icarnatiōis neceſſario reqrū tur. Quoꝝ. P^m ē aſſumētis pſone nobi litatis. Scd3 ē aſſūpte n^e veritas. Tertiū ē vniōis medie īdiſſolubilitas aſſumēs ē pſona deifica: q2 ꝟbū aſſūpta ē vnio ypo ſtatica: q2 ſcrī ē. P^m g° qd reqrit ad ſa cr̄m icarnatiōis diīce ē pſone aſſumentꝭ nobilitas: q̄ ē ꝟbū. Uerbū. n. ē ſa pſona in trinitate deifica: q2 eadē pſona q̄ dr̄ fili us eo q naturalr nat⁹. dr̄ ꝟbū: eo q itelle ctualr dr̄ genitū ⁊ pductū. Eo. n. ꝟbum q° fili⁹ ſ3 Aug. vij. de tri. Euāgeliſta tñ potius vtit hoc noie ꝟbi q̄ noie filij: ad denotādū q gñō diuīa ē oīo itellectual ⁊ i materialr ſine oī corruptiōe. Hoc g° ꝟ bū ē ꝟbū itellectuale: nō imaginabile: ver bū i materiale nō ſenſibile. Eſt. n. ſit du plex ꝟbū in nobis: vt docet Aug. xiij. de tri. Uerbū. ſ. cordis qd latet exterius. Et

ꝟbū oris qd ſonat exteri⁹. Nomē ꝟbo p̄n cipali⁹ ꝟbo mētali qd latet iteri⁹ q̄ ꝟbo vocali qd ſonat exteri⁹ attribuit. Q2 vox exteri⁹ nō dr̄ ꝟbū: niſi q2 ſignificat iterio rē mētis ꝯceptū dicēte Aug° i ſmōe de b. Jo. Baptiſta. Uox ſonus ē ⁊ idex cogi tatiōis. Uerbi tñ diuini ꝓprietatē nō mu tat ꝟbū ſenſibile qd ſonat exteri⁹. S3 ver bū itellectuale qd [illegible] iteri⁹. Nā ꝟbū diuinū increatū [illegible] ꝟbū creatū in quattu or ꝯditiōibus ꝯueniūt: q̄ ꝓprietatē verbi diuini declarāt ⁊ oſtēdūt. P°. n. ꝯue niūt i itelligibili emanatiōe. Scdo i mētali expſſiōe. Tertio i exēplari diſpoſitione. Quarto i corporali manifeſtatiōe. P° nāq3 ꝟbū diuinū: ⁊ ꝟbū mētale ꝯueniūt i itellectuali emanatiōe. Utrūq3. n. ꝟbū in itelligēdo ꝯcipit vtrūq3 i itellectuali pte pducit: q2 ad vtrūq3 act⁹ itellectualr ter miat. Uñ deus p2 p̄t dicere illd ps. Eru ctauit cor meū ꝟbū bonū. Cor dei p̄ris ꝟ bū bonū eructauit q2 eternalr ꝟbū īfini te bonitatꝭ itellectuali emanatiōe gñauit. Scdo ꝯueniūt i expſſiōe. Per vtrūq3. n. ꝟbū res itellecta totalr exp̄mit: Si. n. pl⁹ vel min⁹ p ꝟbū exp̄meret q̄ a dicēte di ceret: ⁊ exp̄meret: dicētis memorie ꝟbum nō adequaret. ac p hoc ipſcctū ꝟbū [illegible] ret: vt docet Aug. xiij. d tri. Cōueniūt. n. totali expſſiōe. Uerbū. n. ē notitia expſſi ua ⁊ declatiua. ex vij. de trini. Uñ d ꝟbo diuino p vt ē expſſiuū ⁊ declaratiuū ꝟita tis ait. b. Jacob⁹ i canonica ſua. Uolūta rie. n. genuit nos ꝟbo ꝟitatis. Q2. n. vtrū q3 ē itelligibile iquātū h3 rōe3 ꝟitatꝭ. Jō ꝟbū diuinū dr̄ ꝟbū ꝟitatis. Q2 ē expſſi uū ⁊ declaratiuū cuiuſlib3 itellectionis. Tertio ꝯueniūt i exēplari diſpōne. Per vtrūq3. n. ꝟbū res fiēda exēplariter [illegible] nit: q2 ſine ꝟbo nulla res artificial[illegible] tur: vt ſicut ſcdm artificialē pduc[illegible] cedit i artifice ipa cognitio. ſic [illegible] no oīa diſpoſita fiēda i ꝟbo. [illegible] ps. Dixit ⁊ facta ſunt. Jdſ[illegible] us pater ab eterno ⁊ eternali[illegible] dixit ⁊ genuit in quo omnia [illegible] enda. De verbo autem diuin[illegible] notitia ſue ſapientia. D iſpo[illegible] tur eccl. i. Fons ſapie ꝟbū [illegible]



tia. Uerbum dei in excelſis eſt fons ſapi entie ꝯquia deus pater per verbum ſicut per fontem ſapientie omnia ſapienter di ſpoſuit in numero pondere ⁊ menſura: ſapie. xj. Et ad hebr. xj. Intelligim⁹ apta ta eē ſecula ꝟbo dei. Quarto ꝯuenit iux ta iterioꝛ mai ſeſtatiōe vtrūq3. n. ꝟbū quodā aſſūpto iduit: vt nobis exteri⁹ māifeſtet. Sicut. n. ꝟbū mētale qñ voce iduit: voce ſentit: nec tñ i vocē ꝯuertit cū voci unit Ita ꝟbū diuinū carne veſtit: ⁊ i carne ſē tit: nec in carnē ꝯuertit cū carni vnitur. De hoc aūt ꝟbo carni iūcto: ⁊ in carne nobis māifeſtato ait. b. Jacob⁹ in canoni ca ſua. In māſuetudie ſuſcipite iſitū ꝟbū Uerbū eni dr̄ iſitū: q2 na^e hūane in vtero virgiali ē iſitū: vt q nō poſſumus [illegible] in acceſſibile cernere i ſe: ſaltē obūbratione3 carnis vnite videam⁹. Uerbū. ſ. i carne: ſolē i nube. Lumē i teſta cereū i lāterna. Ecce g° ꝟbū īcarnatū q̄uo ⁊ ꝟbū nr̄m quodāmō māifeſtatū: ſ3 n̄ pfcē: q2 ꝟbū di uinū ⁊ ꝟbū nr̄m i plib⁹ ſūt diſſimilia q̄ ſilia. Uerbū nāq3 [illegible] ē variabile ⁊ mu tabile: ſ3 ꝟbū diuinū ē oīno iuariabile ⁊ ſtabile. Uerbū nr̄m ē accidēs. S3 ꝟbū di uinū ē ſuppoſitū ⁊ p ſe ſubſiſtēs. Uerbū nr̄m ⁊ gignēte diſtiguit ēentialr. S3 ver bū diuinū a p̄re dicēte nō diſtiguit ēen tialr. ſ3 tñ pſonalr ꝟbo nr̄o ꝯuenit nom̄ geniti: ſ3 nō nom̄ filij. ꝟbo aūt diuio cō uenit veriſſime tā nomē geniti q̄ nom̄ fi lij: q2 ꝟbū diuinū pcedit a p̄ncipio viuē te ⁊ p rōnē vitalē ⁊ ſ3 rōnē ſilitudinis p fcē i eadē na^a ſubſiſtēs q̄ ꝯcludūt pfectio nē ⁊ ꝓpria3 rōnē filij. Uerbū āt nr̄m q̄uis ſit a p̄ncipio vitali: ⁊ p actione3 vitalē: ⁊ ſ3 rōnē ſilitudinis: nō tñ ē eiuſdē na^e: ſpē vel nūero: cū gignēte: nec ēt ſubſiſtens ſed alteri: vt itellectui nr̄o iherēs. Uñ ꝟbum [illegible] i īfinitū deficiēs a ꝟbo diuio alloqn [illegible] ſciaz ⁊ pfectionē ꝟbi pōt dicē illd ps. [illegible] ſcā ē: ſcia tua ex me: ꝯfortata ē: ⁊ [illegible] ro ad eā. Sic g° p° deſcribit ſa [illegible] ice icarnatiōis: quo ad p^e aſſumē [illegible] tatē: q2 ꝟbū. Scdo deſcribitur [illegible] aſſūpte na^e ꝟitatē: q2 caro vbi p ſy [illegible] pōit pars p toto: ps q̄ ē caro p [illegible] Jux illo yſaie. Uidebit oīs ſa

lutare dei. Non tamen dixit verbum: ani ma facta eſt: ſed dixit verbum caro factū eſt. Et hoc ad exp̄mendu3 nature aſſum pte ꝟitatē ⁊ paſſibilitate3: propter quod di. apo. ad Ro. j°. Qd fact⁹ ē ex ſeie dauid ſ3 carnē. xp̄s. n. fact⁹ ē ex ſeie dauid ſ3 car nis corpulētā ſbam: nō āt ſ3 ſcianꝭ ꝯcu piſcētiā. Ubi ſciendū ē q xp̄s fact⁹ ē ſ3 carnē: ſup^a carnē: p̄ter carnē: ⁊ pp carne3. P^rio xp̄s fact⁹ ē ſ3 carnē p carnis aſſū ptionē. Scdo ſup^a carnē p ſcti ſpūs opa tionē. Tertio p̄ter carnē. p carnis icorru ptōe3. Quarto pp carnē pp carnis libatō nē. P^rio dr̄ q xp̄s fact⁹ ē ſ3 carnē: per carnis aſſūptionē: q2 xp̄s fili⁹ dei verā car nē nr̄as ſūpſit de ꝟgie maria: q̄ ē eiuſdem ſpēi cū carne nr̄a: Sic aiā ſua ē eiuſd ſpēi cū carnis [illegible]: q2 qd ē i aſſūptibile ē icura^e vt ait Dama. iij. ſniaꝝ ſuaꝝ. Et iō vere poſſum⁹ dicē de xp̄o illud gen. 37. Caro eni ⁊ ſr nr̄ ē. Scdo xp̄s fact⁹ ē ſup^a car nē p ſcti ſpūs opationē: Caro eni nr̄a foꝛ mata ē opatōe naturali. ſi caro xp̄i fuit foꝛ mata opatōe ſupnaturali. i. opatōe ſpūſſci Uñ dixit angel⁹ ad ꝟginē Spūſſctūs ſu pueniet i te ⁊ virt⁹ altiſſimi obūbrabit ti bi. Iſta obūbratio ē carnis xp̄i formatio: q2 tūc corpus xp̄i opatū eterno lumini co pulabat. Uñ xp̄s potuit dicē illud ſapie. vij. In vētre mr̄is figurat⁹ ſu3 caro. Et ſi gnāter dicit. q figuratus ē caro. nō gñā tus caro: q2 caro xp̄i n̄ fuit gñata ab hoie ſ3 a ſpūſctō: ſicut a ſūmo artifice figurata fuit formata tñ cū opatiōe naturali mr̄is ⁊ ei⁹ opatiōe gñata. Tertio xp̄s factus p̄ter carnē p carnis icorruptionē. Nō ſo lū q2 i morte xp̄i ei⁹ caro nō vidit corru ptionē: vt dr̄ Act. ij. Uey ēi hāc ſingula rē xp̄i natiuitatē nihil de carnis corruptō ne traxit ⁊ ꝯcupiſcētia nihil de peccati le ge manauit. Uñ mūdus eēt ab oī ingna mēto carnis ⁊ ſpūs ſa cori. vij. Quarto xp̄s fact⁹ ē pp carnē pp carnis liberatio nē. Uñ carne carnē liberās ne pdēt quos ꝯdidit. Uñ de ipō ſcribit ad hebr. v. q in dieb⁹ carnis ſue. factus ē oībus obtēpanti bus ſibi cā ſalutis eterne. Sic ergo ſacr̄m diīce icarnatiōis deſcribit. Scdo quo ad na^e aſſūpte veritatē: q2 caro. Tertio

ſtio loqͭ apo. ad ro. x. finis legis ē xp̄us
ad iuſticiā oī credēti. finis āt ꝑ ꝯſūatōe ac
cipi p̄t: q2 eiꝰ ortu fuit ꝟtualit̄ lex ꝯſūata.
Nonū fuit iſtitutio nouitatꝫ pſcē q̄ ē i no
uo teſtō. q̄ dr̄ lex libertatꝫ. iuxta illud apl̄i
ad ro. Nox p̄ceſſit dies āt ⁊c̄. Iſti' āt noui
dici q ꝯpaꝛ ad legē. ſicͭ ad noctē aurora fu
it i natiuitate. b. Io. bap. ꝫ maīe fuit i xp̄i
natitate: q2 ibi ſtella p̄uia. ſ. lucifer. hic ſol
ſeq̄ns. De iſto bn̄ficio dr̄ apoc. xxi. Et di/
xit q ſedebat i trono. Ecce no. fa. oīa: q2 in
xp̄i natitate fuerūt oīa ſpūaliter renouata.
Decaᵐ fuit redēptio hūani gn̄is. qd̄ fue
rat p tyrānū crudeliſſᵐ captiuatū: q2 eū
nullꝰ poterat redimē niſi offerret p̄ciū to
tū hūanū genꝰ valebat qꝫ n̄ hꝫ aliqua pu
ra creatura. Jccirco natꝰ ē dī filiꝰ. q diues
ē ad offerēdū tm̄. De q̄ bn̄ficio ait. b. pe. i
canō² p̄mo di. Sciētes qꝫ n̄ corruptibili/
bus auro vel argēto redēpti eſtꝫ: ſed p̄cio/
ſo ſāguīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Undecimū fuit
Placatio diuīe offēſe. q̄ ſm̄. b. Anſel. i li
bro cur d̄s hō. p aliū placari n̄ poterat. ni
ſi p pueꝛ natū eo qꝫ culpa erat īfinita: q2
īfinite offēſus ⁊ oīs pura creatura ē fini/
ta. De q̄ bn̄ficio. dr̄ ad eph. ij. ip̄e. n. ē paꝛ
nr̄a q̄ fecit vtraqꝫ vnū. Duodecimū fuit
Btitudo extriſeca: q2 ſm̄ theologos ſicut
cēntia diuia ē oīm bt̄ificū potētiaꝝ itri/
ſecaꝝ. ita xp̄i hūanitas potētiaꝝ extriſeca
rū pp̄ hoc dicūt. qꝫ ſi Adam n̄ peccaſſet
xp̄s fuiſſet natꝰ ad reficiēdū potētias exteri
ores De q̄ bn̄ficio ait. Io. x. di. ꝑ me ſiqs
itroiuerit ſaluabit̄ ⁊ igrediet̄ q̄tū ad po/
tētias iteriores ⁊ egrediet̄ q̄tū ad potētias
exteriores. ⁊ paſcua iuēiet. Iſta. xij. bn̄ficia
fuerūt figurata exo. xv. p. xij. fōtes q erāt in
hely qd̄ iterp̄taꝛ p deitatē: q2 ſicͭ ex illis fō
tibꝰ fuerūt reſſocilati filij iſrael i deſto. ita
p iſta. xij. bn̄ficia. reficiūt̄ xp̄icole i hoc mū
do ab illa deitate ⁊ ſicͭ illi fōtes erāt fluē/
tes ita iſta bn̄ficia. Cum igit̄ . xij. mirabi
lia iducāt itellectū nr̄m ad admiratiōem
iccirco ſūt nobis i hac ſolēnitate xp̄i dili/
gēter ꝯſiderāda cū fideli ꝯſideratōe: vt n̄
circa terena: ſed circa celeſtia ſit occupata
mēs nr̄a: vt i nobis illō apoſ. ꝛa corin. 3. i
pleaꝛ. Nos āt reuelata facie ⁊c̄. Itē ꝯſeq̄n
tia. xij. bn̄ficia ſcilicet nr̄m affectū ad ſince/
rā dilectionem niſi ſimꝰ tā īgrati ſicͭ illi q
bus fuit dictū: eduxi vos p deſtū. xl. annis
nec ſūt atrita veſtimēta vr̄a mānā de celo
pluī vobis ⁊ obliti eſtꝫ mei. Debemꝰ igit̄
ardētiſſime ſacrāmi diuīe natiuitatꝫ amare
vt dicamꝰ cū Iere. xv. Inuēti ſūt ſmōes
⁊ comedi eos ſcm̄ ē mihi ꝟbū tuū i gau/
diū: ⁊ i letitiā cordis mei q2 iuocatū ē no
mē tuū ſup me dn̄e d̄s exercituū. Qd̄ mihi
⁊ vobis ꝯcedat xp̄s ieſus dei ⁊ virginis
filius. Amen.

De eodem ſermo quartus

Erbū caro fcm̄ ē Io. p̄mo. Scd̄z
bt̄m Aug. iij. c. d̄ tri. Quāuis deꝰ p
ſuā oīpotētiā genꝰ hūanū alio mō q̄ p ꝟ
bi icarnationē repare ⁊ ſaluaꝛ potuiſſet.
Tn̄ nullꝰ aliꝰ modus fuit ꝯueniētior: vt ſicͭ
hō i eē exierat p ꝟbū icarnatū ⁊ icreatū. ⁊
p culpā ceciderat a demōe. Sic a culpa
reſurgeret p icarnatū. Sui āt ſtatus excel
lētiā hō recupare n̄ poſſet. niſi ei reparator
eēt d̄s: q2 ſi eēt pura creatura: tūc hō pure
creature tāq̄ ſuo reparatori ſubditus fuiſſꝫ
Et ſic ſui ſtatus excellētiā n̄ repaſſꝫ. Eſt
ergo ſciēdū qꝫ iſta glīoſa factō hꝫ quatuor
excellētias. Hꝫ. n. ſūmā potēſtātē i cā origina
li. Perfectā puritatē i cā materiali. Inſo
litā nouitatē i cā formali. Saluberrimaꝫ
vtilitatē i cā finali. Pᵐ pꝫ: q2 cā origi
nalis ſiue efficiēs iſtiꝰ factōis ē trinitas p
ſonaꝝ: q2 opa trinitatis ſūt idiuiſa ad ex/
tra: ut dicit. b. Aug. eo qꝫ hn̄t eādē potētiā
opādi. Et iō oēs tres pᵉ p eaꝝ potētiā ifi
nitā: opate ſūt iſtā bn̄dictā icarnationem:
Tn̄ hoc nō obſtāte: terminata ē ſolū ad ꝑ/
ſonā filij. Exēplū ſi tres ꝟgīes facerēt vnā
iduītū: ⁊ vnā tm̄ iduerēt ipꝫ. Sic de xp̄o
q2 ꝫ apoſtolū i ſiliτudinē hoīuꝫ factꝰ [illegible]
tu icētꝰ vt hō. Scd̄z ēt pꝫ: q2 [illegible]
it fo²ata ex puriſſimis ſāguibꝰ [illegible]
ꝫ Damaſ. li. iij. ſniaꝝ. B[illegible]
ctā hūit puritatē: vtpote q2 [illegible]
q̄ nata: q2 i mr̄is vtero ſc[illegible]
labe peccati origialis pūa[illegible]
grē decorata: ⁊ ſup oēs [illegible]
Et iō d̄ eiꝰ pulchritudie [illegible]
cebat vt ꝟgo ea puritate [illegible]
deo maior negt itelligi. [illegible]
vnio ypoſtatica naꝛ hūane [illegible]



Eſt āt iſta factio tā inſolita ⁊ noua: qꝫ nō
habet ſibi ſimilē totaliter in natura q2 hec
nō ē vnio accidētis cū ſubiecto nec mate/
rie cū forma vel cōpoſito. ideo ſcribit̄ Hie
re. xxxi. ca. Nouū faciet dn̄s ſuper terraꝫ
femina circundabit viꝝ hoc eſt xp̄m in q̄
ꝟtute diuina ē vnio iſta taꝫ inſolita ⁊ no
ua. Quartū pꝫ q2 ex iſta factiōe glīoſa
deus factus eſt homo ad nos informādū
per ſuam ſapientiā: ⁊ redimendum p ſalu
tarem potentiaꝫ. di. apoſtolo prima Cor.
xp̄s factus eſt nobis ſapiētia iuſtitia ⁊ ſan
ctificatio: ⁊ redemptio. Sic ergo ꝟbum ca
ro factuꝫ eſt: in quo verbo tria exprimunt̄
que ad ſacramentum dominice icarnatio
nis neceſſario reqruntur. ſ. Primū aſſu
mentis perſone nobilitas. Secunduꝫ aſſū
pte nature ꝟitas. Tertiuꝫ vnionis medie
indiſſolubilitas. Aſſumēs eſt perſona dei
fica: quia verbum. Aſſumptum eſt pſona
humana: q2 caro. Aſſumptio ē vnio ypo
ſtatica. q2 factum eſt. Primum ergo qd̄
requiritur ē perſone aſſumētis nobilitas:
quia verbum. Verbum eni eſt ſecunda ꝑ/
ſona in trinitate deifica filius. vꝫ. Euāge
liſta tamē potius vtitur nomine verbi q̄
filij ad denotāduꝫ qꝫ generatio eſt omni/
no intellectualis ⁊ imaterialis ſine omni
corum corruptione: vnde deꝰ pater poteſt
dicere illud p̄s. Eructauit cor meum ꝟbū
bonum. Eructauit quādo eternaliter ver
bum infinite bonitatis itellectuali emana
tione generauit. Secunduꝫ aſſumpte natu
re vnitas: quia caro. vbi p ſynecdochē po
nitur pars ꝓ toto pars que eſt caro pro to
to homine. iuxta illud Iſa. videbit oīs ca/
ro ſalutare dei. Nō tamē dixit: verbū ani
ma facta eſt: ⁊ hoc ad exp̄mendum nature
aſſumpte vnitatem ⁊ paſſibilitatē. xp̄s. n.
filius dei verā carnem aſſumpſit de virgi
ne que eſt eiuſdem ſpeciei cū noſtra. iuxtā
illud Geñ. iij. Caro eni ⁊ frater noſter ē
Tertiū: vnionis medie idiſſolubilitas: q2
[illegible] glorioſa factio ē nature humane cum
[illegible] verbi indiſſolubilis vnio: cū dici/
[illegible] caro factum eſt. Eſt ſenſus: ver
[illegible] humanitati ypoſtatice vnitū
[illegible] a ſeculo n̄ eſt audituꝫ quia vtrā
qꝫ naturam: in vnam conueniſſe perſonā
niſi fides credat ſermo n̄ explicat ſm̄ leo/
nem papā. Quia igit̄ icarnati verbi mi/
ſterium in ſermōe propoſito ꝓ ſolēnitate
natiuitatis xp̄i ē itroductum: ideo circa
iſtud miſterium inſiſtenduꝫ mēte deuota
occurrunt contemplatiōes declarāde. Et
omnes iſtas contēplationes habes ſupra
in primo ſermone ⁊ ibi require.

¶ Quintus ſermo. offi.

Loria i altiſſimis dō ⁊ i t̄ra paꝛ 2.
hominibꝰ bōe volūtatis. Luc. offi.
ij. ca. Quia ſm̄ p̄claraꝫ Dañ.
prophetiā duo ſunt officia ſpiri
tuum supernoꝝ. Quoꝝ primum ē deo
aſſiſtere per mentis erectiōem beatificam
Secundum ē nobis miniſtrare p cordis
condeſcenſionē mirificaꝫ: di. Dañ. millia
millium miniſtrabāt ei ⁊c̄. Jccirco beatꝰ
Luc. euā. q incarnationis chriſti ſacramē
ta ſingulariter ꝓpalauit. Iſtō duplex offi
cium i hoc hymno ⁊ cātico angelico itro
ducit di. glīa in altiſſimis deo ⁊c̄. Iſtū. n.
hymnū āgeli i natiuitate xp̄i cātauerūt. In
quo qdēꝫ cātico duo facit: q2 p̄io demō
ſtraꝛ officiū aſſiſtēdi in grarū actiōe cū p̄/
mittit. Gloria i altiſſimis. Scd̄o d̄cla
raꝛ officiū miniſtrādi in bonoꝝ annūcia
tione: cum ſequit̄. Et in terra paꝛ ⁊c̄. Iſta
duo officia fuerūt prefigurata i Geñ. per
illā ſcalā quā vidit Iacob. p quā angeli
aſcendebant ad deū. ſ. ad ſibi aſſiſtendum
Et d̄ſcēdebāt ad nobis miniſtrāduꝫ. Qd̄
āt vidit: dn̄m innixum ſcale: ſignificat qꝫ
ipſemet venit i hūc munduꝫ: ad nobis mi
niſtrandum. vn̄ ait i euāgelio: filiꝰ hoīs n̄
vēit miſtrari ⁊c̄. Et pp̄ hoc fuit vocatꝰ
angelus teſtamēti i zacharia: q2 officiū an
gelicū in ſuuꝫ aſſumpſit. De p̄io officio
angeloꝝ qd̄ eſt deo aſſiſtere p internā ſur
ſuꝫ actionē. Loqtur Io. i Apoc. di. Au/
diui vocē āgeloꝝ multoꝝ dicētiuꝫ alle. De
ſecundo qꝫ eſt nobis miniſtrare p externā fa. po
ꝯdeſcēſionē loqtur Math. di. qꝫ āgeli mi them.
niſtrabāt xp̄o poſt cōſumatā tēptationē. .i.
Circa p̄mā partē thematis. in qua an bn̄fic.
geli ſic deo aſſiſtētes ei gratias referunt d̄
qnqꝫ beneficijs q̄ a nato puero receperūt

pmum beneſi. ſingulariter. Et primũ fuit: qꝛ pnatum pueꝝ fuit eoꝝ natura ſumme nobilitata vꝫ aĩa rationalis que eſt ſoror angeloꝝ: qꝛ ab eodẽ patre genita: qꝛ ad ymaginem pr̃is ſicut angeli facta: minus ab eis diffe rẽs q̃ ſoror a fratre quãtũ ad virtutes: fu it deſpõſata dei filio inſepabili copula in incarnati v̑bi myſterio. lꝫ.n. diuinitas fue rit ſepata ab humanitate in triduo morꝫ nõ tñ ab aĩa. Ideo plus angeli q̃ hoĩes exultabãt: vnde dicit̃ in Apoca. q̧ angli dĩ. Gaudeamus ⁊ exultem⁹ ⁊ dem⁹ glo riã deo: qꝛ venerũt nuptie agni: ⁊ vxor ei⁹ pparauit ſe pp plenitudinẽ ſanctificatiõis aĩe xp̃i quã habuit priuſq̃ vnirent̃ ſimul ⁊c̃. Scd̃ꝫ bñficiũ fuit qꝛ p hũc pueꝝ

ſcd̃um beneſi. fuit eoꝝ yerarchia repata. Et ideo ſicut boni ciues gaudent de reſtauratiõe ciuita tis ſue deſtructe: ⁊ referũt grãs. Sic an geli nato puero ciuitatẽ celeſtẽ quã p ca ſum demonũ diminutã ⁊ depopulatam reparare veniebat: non ſolum ſicut prius: ſꝫ priuſq̃ prius: vt patet in virgine mr̃e: ⁊ in ipſo capite: imo q valorꝫ oĩum prio rũ in vnũtrãſcẽdebãt. Ideo dicit Age us propheta in figura q̧ maior erat futu ra gloria domus dei nouiſſime q̃ prime

Tertiũ bñficiũ eſt: qꝛ pnatũ pueꝝ fu

tertium beneſi. it hoſtiũ ſuoꝝ ſeuitia ſuperata: lꝫ.n. Mi chael ⁊ angeli ei⁹ vicerẽt in celo ⁊ alios inde expellerẽt: tñ ſup terrã plus inualuit draco cũ angelis ſuis vt nõ ſolũ vinceret ſꝫ regnaret in mundo. ſ. victoria habita: ⁊ volẽte Micha. ⁊ angelis ei⁹ gen⁹ hũanũ vinceret̃ deuictũq̧ traheret i īfernũ dõec nat⁹ ẽ q draconẽ fugaret ð mũdo. dĩ. i Jo. Nũc pnceps mũdi eiciet̃ foras ð q̃ victo ria dĩ in Yſai. a. Gloriã meã alteri nõ da bo: ⁊ laudẽ meã ſculptilib⁹. i. demonib⁹ qꝛ eã vſurpauerãt vſq̧ ad xp̃i aduentum ⁊c̃. Quartũ bñficiũ fuit: qꝛ pnatũ pue

quartũ beneſi. rũ fuit eoꝝ cuſtodia roborata. Quid.n. pderat nobis ante hãc natiuitatẽ angelo rũ cuſtodia: cũ oẽs finaliter pderemur. ⁊ qd eis pderat ad beatitudiẽꝫ cũ gaudiũ accidentale nõ acqrerẽt de ſaluatis: ſicut pnatũ pueꝝ poſtea acquiſiuerũt: ideo dicit in yſa. q̧ angeli pacis amare flebãt. Sꝫ pro ſecũda cuſtodia dicit̃ in Luc. Gau diũ erit in celo corã angelis dei ſuper vno peccatore penitentiã agẽte: qꝛ nullo mo do amittitur: ſꝫ ſaluat̃: ideo dicit̃ in yſa. Ecce gloria dñi ſup te orta eſt. Quin tũ bñficiũ fuit: qꝛ pnatũ pueꝝ fuit eoꝝ emiſperiũ aut eccl̃ia. illuſtrata. Sicut. n. ſol illuminat oĩa que ſunt in hoc mundo ſic xp̃us ẽt quantum ad humanitatẽ illu ſtrat oĩa que ſunt in celo. Unde p xp̃i nati uitatẽ tota yerarchia angelica nouã acqſi uit illuminationẽ ⁊ decorẽ qualẽ aĩs nõ habuiſſet cũ a ſuperiorib⁹ in ipſis inferiori bus diuina claritas infundat̃ ſm Diony: Xp̃us aũt ab inſtanti ſue cõceptiõis beã tus vltimate exiſtẽs ſm aĩaꝫ ſtatiꝫ potuit oẽs angelos illuſtrare: ſꝫ forte diſtulit vſ que ad aſcenſionẽ. Unde ſicut gaudẽt ho mines de ortu ſolis: ſic angeli letabãt̃ de natiuitate xp̃i. Unde de incendio quo xp̃s inflamat ⁊ luce quo illuſtrat ãgelos: dĩ in p̃s. Qui facis angelos tuos ſpũs ⁊ mini ſtros tuos ignẽ vrentẽ. Jõ clamabãt an geli i Eze. Bñdicta gl̃ia dñi ð loco ſcõ ſuo

Circa ſcd̃aꝫ ptẽ thematis i qua angli ſunt miniſtrãtes mũera diuina nobiſcũ di cũt. Et in terra pax oĩb⁹ b. vo. Eſt atten dẽdũ q̧ in xp̃i natiuitate fuit hoĩb⁹ qntu plex pax acqſita: ſicut añ multas pugnas habuerãt. Et pmo fuit acqſita pax mona ſtica q̃ eſt vni⁹ ad ſeipũꝫ: in aĩa.n. hũana fuerat ſemp pugna inter intl̃m ⁊ volunta tatẽ: quoꝝ intellectus ẽ magr̃ dirigẽs vo lũtas v̑o ſicut dñа ſperãs in aĩa rõali: qꝛ ſm Anſel. ip̃a ẽ regina in toto aĩe regno. Intellect⁹ g̃ docebat volũtatẽ: vt deo obe diret: vt ſe ſibi ſicut dño hũiliaret ⁊ ſe re putans liberã nolebat deo obedire: ⁊ inde naſcebant̃ oẽs trãſgreſſiões ⁊c. teſta. Uñ ſemp itellect⁹ repugnabat volũtati: ⁊ vo lũtas intellectui. Uñ xp̃s in ſua natiuita te volũtatẽ humiliauit: qꝛ ſemetipſuꝫ exi na niuit formã ſui accipiẽs factus obedi ens deo pr̃i ad phil. ij. ca. Et ſic pacẽ [illegible] ſticã fecit deus aĩe nr̃e exẽplũ humilitatis de qua pace loqñs apl̃us ad gal. [illegible] ctus ſpũs. i. aĩe rõal̃ ẽ pax iſta. ſ. [illegible] tẽtiaꝝ. Secũdo fuit acqſita [illegible]

iiij. cõtem:



[illegible]ſtica: q̃ eſt eoꝝ q habitãt in vna domo qꝛ .n. aĩa ſenſitiua q̃ hꝫ vires ſicut bruta ⁊ itel lectiua q̃ hꝫ vires ſicut angli ſp pugnaue rũt: qꝛ in veteri te. dũ viuebãt carnl̃r: totũ regnũ aĩe dabat̃ virib⁹ ſenſitiuis iniuſte ſicut ſiqs cõſtitueret ſuos pncipari: ⁊ pn cipes ſuire naturaliter. Naturaliter.n. intellectiue ſenſitiuis pncipari debent: iõ nõ erat pax: ſꝫ ipſo nato qꝛ p legẽ ei⁹ do cet̃ vita ſpũalis: fuerũt reducte vires itel lectiue ad ſuũ dñiũ: ⁊ pax fuit i domo illa i qua tũc habitabãt. Sꝫ hãc pacẽ pturbãt q carnaliter viuũt: de qua rixa loqt̃ apl̃s ad gala. v. dĩ. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpi ritum ⁊ ſpiritus aduerſus carnem: de pa ce.n. propoſita loquitur ad Hebre. Soli citi ſuate vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis: qñ.n. iſte aĩe cõueniũt ẽ vni⁹ ſpũs ad be ne opandũ. Tertio fuit acqſita pax po litica: q̃ eſt eoꝝ q ſunt i eodẽ regno: qꝛ ad l'am in ei⁹ natiuitate fuit tãta habũdãtia pacis: vt deſcriberet̃ vniuerſus orbis: vt dĩ in Luc. iuxta illud p̃s. Orietur in dieb⁹ ei⁹ iuſticia ⁊ habũdãtia pacis ⁊c̃. Iſtã pa cẽ cũ fratre ſuo qlibꝫ dꝫ hẽe ⁊ cuſtodire: qꝛ oẽs ſumus fratres ab eodẽ pr̃e creati: ⁊ de eadem matre eccl̃ia ꝓgeniti: Iſtam pacẽ habuit xp̃s. ẽt cũ inimicis: iuxta illð p̃s. Cũ his q oderunt pacẽ erã pacificus. Per iſtã pacẽ a xp̃o hereditas diuina ꝓmit tit̃ math. v. Bñ pacifici qm̃ filij dei voca bũt̃. qð ſi filij ⁊ heredes ⁊c. Q⁹ fuit acqſi ta pax yerar. q̃ ẽ angeloꝝ ad hoĩes: qꝛ pri⁹ liter eos fuerãt inimicitie: ſic inter ciues ciui tatũ oppoſitarũ quarũ altera erat infern⁹ cui⁹ ciues erãt añ xp̃i aduentũ oẽs hoĩes Altera paradiſus cuius ciues erãt ſoli an geli. Iſta inimicitia fuit pfigurata p inimi citiã q̃ erat inter hieruſalẽ ⁊ babylonẽ: q̃ dĩ ciuitas ꝯfuſiõis. Nato aũt xp̃o: qꝛ hoĩes facti ſunt ciues celeſtis patrie. iõ angli pa cificati: pacẽ nobis pdicauerũt. Olim eni ãgeli pſequebant̃ hoĩes: vt q̃rto. Re. De ſenacherib ⁊ in plaga egypti de pmogeni tis ⁊. ij. Re. vbi dĩ q̧ angel⁹ pcuſſit. lxx. [illegible] viroꝝ. Poſt aũt natiuitatẽ xp̃i lau [illegible] ſupõr dĩ. de demone. q̧ pcep⁹ eſt [illegible] fratrũ nr̃oꝝ i ſtagnũ vbi hoĩes vocant ffes: de q̃ pace loqtur apo. ad eph. dĩ. q̧ xp̃s euãgelizauit pacẽ hijs q ꝓpe. i. anglis ⁊ hijs q lõge. i. hoĩb⁹ q adhuc erãt deo lõginq. Quito acqſita fuit pax the orartica: q̃ ẽ dei cũ ſua creatura: qꝛ inimici tia dura ⁊ iplacabilis fuerat dei ad huma nuꝫ gen⁹ poſt primã hoĩs offẽſaꝫ intantũ vt de⁹ tact⁹ dolore cordis intrinſec⁹ dixit ð hoĩe: penitet me feciſſe hoĩeꝫ. Uñ ꝓpter hoĩeꝫ maledixit terre. vt hꝫ geñ. pꝛio. Ma ledicta terra ⁊c̃. Ideo xp̃s nat⁹: iſtas inimi citias ſoluit i carne ſua quã de v̑gine ſum pſit. vt ait apl̃us ad eph. ⁊ vt ſolidior ami citia remaneret naturã hũanã iſolubiliter deſpõſauit cum deitate. Et quãto hec ini micitia erat crudelior tãto pax erat magis optata cũctis mortalib⁹. iõ dĩ lapis angu laris qꝛ in ſe cõiũxit parietẽ vtriuſq̧ na ture ad pacẽ ꝯfirmandã. Iſta ẽ illa pax de qua dĩ i libro. ſapiẽ. Donũ ⁊ pax ẽ electi dei ⁊c̃. Sꝫ iſta pax nõ denũciat̃ ab anglis niſi hoĩbus bone volũtatis. Ad hoc.n. q̧ hoĩes ſint bone volũtatis: qtuoꝝ reqrunt̃.

Quoꝝ. ſ. primũ ẽ q̧ pctã pterita nr̃e vo luntati diſpliceãt ⁊ abnegent̃ futura: ſicut iob dicebat. Unũ loquut⁹ ſuꝫ qð vtinã nõ dixiſſẽ ⁊ vltra nõ adijtiã. Scd̃m ẽ q̧ vo luntas nr̃a ma'a opa odiat in quocũq̧: ⁊ bona opa diligat qñ videt iuxta illud p̃s. Dilexiſti iuſticiã ⁊c̃. Tertiũ ẽ q̧ volũtas nr̃a hẽat effectũ charitatis ad ꝓximos: qꝛ q diligit frẽm ſuũ in lumie eſt: ⁊ q odit eũ homicida eſt. vt ait Jo. i canonica ſua ⁊c̃.

Quartũ ẽ q̧ volũtas nr̃a diligat plus ce leſtia q̃ terrena: ⁊ plus de ipſis loquat̃ ⁊ tractet ⁊ cogitet cõiter dĩ. Jo. in canonica ſua. Qui diligit mũdũ nõ ẽ charitas pa tris i eo. Quitũ ẽ q̧ hõ magis diligat deũ q̃ ſeipꝫ. dĩ dño i math. Qui odit aĩaꝫ ſuã i hoc mũdo ⁊c̃. Et i actib⁹ dĩ q̧ ſci: nõ di lexerũt aĩas ſuas vſq̧ ad mortẽ. Hoĩbus igit̃ bõe volũtatis qꝫ tuꝫ ad iſtos mõs fuit ab ãgelis ãnũciata pax eterna. Quã no bis cõcedat xp̃s ih̃s dei ⁊ virginis marie filius Amen.

¶ Sermo ſextus.

O Riet̃ vobis timẽtibus nomen meũ ſol iuſticie. malachie. iiij. ca. Quia ſm beatũ dio. de di

uinis nominib⁹ cap.iiij. Sol iſte quē ocu-
lis corporeis cernim⁹ ē euidēs diuine bo
nitatis imago p̄ceteris ſēſibilib⁹ creaturiſ
Jccirco malach: pp̄heta natiuitatē filij dī
deſcribēs futurā ipſā ſub ſolis ſilitudine i
troducit. Et ſm hoc i v̄bo pp̄oſito: xp̄i na
tiuitas dupliciť cōmēdať ſcilicet. Pri̇o
ſiċ memoriale uenerabilis dignitatiſ. Cū
p̄mittiť. Orieť vo. ti. no. me. ⁊c̄. Secundo
vt locale i obfuſcabilis claritatis cum ſeq
tur ſol iuſticie ⁊c̄. De p̄mo: ſic.n. ſol n̄ lu
cet ſibiipſi ſ3 ceteriſ creaturis quas illumi
nat. Sic dei fili⁹ nō fuit ſibiipſi natus. ſed
hoib⁹ quos redemit. Jntelligendū ē tamē
ꝙ xp̄s fuit ſingulariter nat⁹ quatuor gene
ribus pſonaꝝ. ſ. Pri̇o cōiugib⁹ cū ſum-
ma hōeſtate cohitātib⁹: q: Maria ⁊ Jo-
ſeph ibi erant p̄ſentes vt habetur in Luc.
Scd̄o angelis ſpiritualr̄ exultantib⁹. Jō
dixerunt: hodie nat⁹ ē nobis ſaluator mū
di: vt habeť i textu. Tertio paſtorib⁹ ſolli-
cite vigilantib⁹: vt habeť ibidē ꝙ angeli
paſtoribus pri̇o annunciauerunt. di. eis
Annūcio vob̄ gaudiū magnū ⁊c̄. Quar-
to regib⁹ celeſtia cōtēplantibus. q: l3 re-
ges. ſ. magi i epipha. venerūt ad xp̄3: tam̄
ſtella: ſm. b. Aug. illa die p̄mo eis apparu
it dū curſus ſydeꝝ expectabāt: ⁊ cōſili mō
xp̄s hodie naſciť quatuor generib⁹ pſona
ruꝫ. Et p̄mo illis q i ſtatu mr̄imōiali pu
re ⁊ honeſte n̄ ſicut bruta animalia cōuer-
ſāť. q: iſti figurati ſūt p Mariā ⁊ Joſeph
inter quos fuit regula digniſſimi mr̄imo
nij. Secūdo illis q ſunt i ſtatu religionis
⁊ ſiċ hoies mūdi cōmorāť q: ſm. Hiero
ny. i carne p̄ter carnē viuere nō terrena vi
ta ē ſ3 celeſtiſ. Vñ dicit Diony. d̄ btō Joā
ne euāgeliſta ꝙ in hoc mundo manēs ſce
pat vitā angelicā. Tertio illis q ſunt i ſta
tu p̄latōis ſicut viri paſtores q n̄ de ſeipīs
paſcēdis. ſ3 d̄ ouib⁹ ſuis ſollicitanť vñ. b.
Ambro. ſup Luc. Nox naſcētis xp̄i figu
rabat ſcl̄m. Grex ppl̄m: ⁊ paſtores ſacer
dotes ⁊c̄. Quarto naſciť ill' q ſunt i ſtatu
nobilitatis: ⁊ ad celeſtia poti⁹ q̄ ad terrēa
afficiunť ſiċ illi reges q tractabāt celeſtia
⁊ n̄ terrena. Jō xp̄i natiuitas reſpectu illo
rū oīum dī lux in li. Reguꝫ vbi dī: Siċ lux

aurore mane oriēte ſole abſ3 nubib⁹ rutilat
q: illa hora ē ſinglr̄ gaudioſa. Secūdo cō
mēdať xp̄i natiuitas in v̄bo pp̄oſito ſicut
Jochale ⁊c̄. ibi ſol iuſticie. Siċ.n. ſol ē pul
chrius. Jochale q̄d ſit i rebus ſenſibilib⁹:
ſic puer iſte nat⁹: eſt pulchrior q̄ ſit i reb⁹
ſup celeſtib⁹. ipſe.n. ē equalis pulchritudi
nis cū ſpiritu ſctō in quē deſiderāt angeli
pſpicere vt ait Petr⁹ i canonica ſua. Jn
telligēdū eſt tn̄ ꝙ ortus ſolis. habet qua-
tuor pp̄etates. natiuitati xp̄i ꝯueniētes. Qua
rū p̄ma ē. ꝙ male beſtie effugāť: iuxta illō:
Ort⁹ ē ſol ⁊ ꝯgregati ſunt ⁊c̄. Scd̄a eſt ꝙ
hoies aſſecurant vñ ſequit i p̄s. Exibit
homo ad opus ſuū ⁊c̄. Tertia ē ꝙ infirmi
alleuiant. q: ſ3 Aſtrologos. Sol ē plane
ta beniuol⁹ ⁊c̄. Quarta ē ꝙ tunc ſenſus q
etanť. Et iō ſomnus illius hore eſt getiſſi
mus. Sic in xp̄i natiuitate.
Pri̇o dm̄ões cepert exterreri. q: iā ſciē
rāt: ꝙ iſte naſcebať: cui vn⁹ ipſoꝝ dixit in
euāgelio: veniſti an̄ tp̄s torq̄re nos ⁊c̄.
Scd̄o cepert hoies aiari: di. āglo. An
nūcio vobiſ gaudiū magnū qd̄ ērit oī pplo
q: natus eſt vobis hodie ſaluator mundi.
Tertio cepūt infirmi alleuiari. q: ſci p̄res
q erāt i lāguore infirmi i ſcripturis diuis a
ſe editis nouerāt tp̄s ei⁹ ſiċ iudei nouerūt
locū natiuitat' xp̄i. Et iō fuit eis nimia cō
ſolatio ſiċ ē captis: cū fili⁹ regis naſciť q:
redimi ⁊ libari ſperāt. Quarto cepunt ho
mines ⁊ coꝝ ſenſus qetari: q: tūc fuit tāta
abūdātia pacis i terra: vt vniuerſus orbis
vni romano ipio quiete obediret: vt dī i
Luc. ex deſcriptōe vniuerſali tūc facta. Jō
natiuitas ei⁹ eſt bene ortui ſolis cōparata:
vt ꝓ ipſo dicať illud ecc. xxvj. Siċ ſol ori
ens mūdo in altiſſimis deo: ita ſupple xp̄s
ieſus dei fili⁹ nat⁹ ē in hoc mūdo. Q: igiť
de ſolis ortu iuſticie ē ſolēnitas gaudij nr̄i
p̄cipui iccirco circa ei⁹ natiuitatē occurrūt
mēte deuota multa ꝯtēplāda. Quoꝝ p̄
ma cōtēplatio iſta ē. Qualiter bñdicta na
tiuitas fuit i veteri teſtamēto p̄figurata. Ad
cuius euidentiam ē ſciēdū ꝙ i veteri teſta
mento inueniūť quatuor figure preclare ꝙ
xp̄i natiuitate. Quaꝝ p̄ma fuit d̄ flore pul
lulante Jſai. xi. vbi diciť ꝙ virga de radice



de yeſſe. ⁊ flos de radice ei⁹ aſcēdet: Jſta
virga yeſſe fuit illa virgo de progenie da
uid qui fuit filius yeſſe Math. primo. c.
que fuit virga rectiſſima: q: nullius tor-
ſione peccati obliquata. Et de radice hu-
ius virge aſcendit flos ille. cui pulchritu-
do in diuinis appropriatur. ſicut patri for
titudo. vnde apoſtolus ad hebre. primo.
Qui cum ſit ſplēdor glorie ⁊c̄. Jſte. ſ. flos
proceſſit de radice huius virge q: dei fili⁹
fuit ex proprijs virginis ſanguinibus pro
genitus. Secunda fuit de virga vigilāte.
Jere. primo. c. di. virgam vigilantem ego
video. ⁊ ſequitur. bn̄ vidiſti vigilabo ego
ſuper verbo meo vt faciam illud iſta vir
ga vigilans: eſt virgo mater que non ſolū
vnq̄ dormiuit per. peccatum mortale. de
quo ſomno apo. di. Surge qui dormis ⁊
exurge a mortuis. Sed neq3 dormitauit.
per peccati venialis maculam. ⁊ deus pa
ter vigilauit. vt faceret verbum ſuum i ea
ſm illud. Jo. primo verbum caro fcm̄ eſt
Tertia fuit d̄ porta clauſa. Ezech. xliiij.
vidi inquit portam clauſam ab oriente q̄
non aperietur ⁊ homo non tranſibit per
eam: ſed tantum dn̄s deus iſrael ⁊ tamē
erit clauſa in eternum illud ſanctuarium
fuit virginis corpus. qd̄ fuit dn̄o dedica-
tum iuxta illud. p̄s. Sanctificauit taber
naculum ſuum altiſſimus. Jſtius ſctua-
rij porta orientalis fuit clau' a: q: ipſa per
manſit in ortu xp̄i integra ⁊c̄. Quarta fu-
it de petra exciſa dan. iiij. vbi viſus eſt la-
pis abſciſus de monte. i. de virgine ſacra
que fuit cōparata mōti ſyon. propter ma-
gnitudinem ſue virtutis in p̄s. Nunquid
ſyon dicet homo. De iſto monte fuit ab-
ſciſſuꝫ xp̄s ſine manibus. i. de eius corpo-
re fuit formatus ſine humanis operibus.
Et ſequitur in prophetia ꝙ illius lapidis
regnum non diſſipabitur. Secunda cō
templatio eſt qualiter iſta beata natiuitaſ
fuit in veteri teſtamento prophetata cir-
ca quam inducuntur quatuor prophetie.
Quarum prima eſt p̄s. xi. Jn ſole poſu
it tabernaculum ſuum ⁊ ipſe tanquā ſpō
ſus procedens de thalamo ſuo. Taberna-
culum xp̄i eſt eius humanitas in qua ha-

bitauit omnis plenitudo diuinitatis cor-
poraliter. ſm apoſtoluꝫ iſtud tabernacu-
lum poſuit in ſole quando naturā huma
nam aſſumpſit ad diuinitatem: ſed in ſua
natiuitate pceſſit de tabernaculo. i. de vir
ginis vtero. ſicut ſponſus q̄m ſine aliqua
moleſtia matris ⁊ ſponte Aug. in ſermo-
ne de natiuitate virginis. Jſta in letitia
dn̄m parturiuit. Non ſicut alij nati qui
violenter extra ad modum latronum ex-
pelluntur. Secunda pp̄hetia eſt yſa. vij.
c. vbi dicitur. Ecce virgo concipiet ⁊c̄. ⁊
ſequitur. Et vocabitur nomē eius Ema-
nuel quod interp̄tatur nobiſcum de⁹ vel
deitas: q: fructus quem virgo peperit nō
ſolum floruit humanitate preclara. ſed re
ſplenduit diuinitate prefulgida. Tertia
prophetia eſt Jere. xiiij. c. vbi propheta lo
quens ad dn̄m dicit. Quaſi colonus fru-
ctus es in terra ⁊ quaſi viator declinās ad
manendum quare futurus es vir vagus
⁊ vir fortis qui non potes ſaluare. fuit.n
colonus cum in ſua conceptione virginiſ
vteruꝫ fecundauit. Et quaſi viator ⁊c̄. q:
nouem menſibus in virginis vtero habi-
tauit. Fuit quaſi vir vagus: q: in diuer-
ſorio natus. ⁊ vir fortis qui non poteſt ſal
uare q: fuit pannis inuolutus. Quarta p
phetia eſt in. p̄s. xviij. Eructauit vt gigas
ad currendam viam a ſummo celo egreſ-
ſo eius. licet. n. puer natus fuerit puulus
per humanitatem. fuit tamen gigas infi-
nite magnitudinis ſm deitatem. Jſte gi-
gas n̄ coactus a patre. ſed ſponte. fecit du
os curſus. Quoꝝ primus fuit a ſummo
celo egreſſo eius Secundus fuit a monte
oliueti ad dexteram patris eius in aſcen-
ſione ſicut primus fuit in icarnatione ibi
Et occurſus eius vſq3 ad ſummuꝫ eius.
Tertia contemplatio eſt qualiter iſta
benedicta natiuitas fuit in veteri teſtam̄
to prenunciata ad qd̄ declarandum p̄ter
premiſſa inducuntur quatuor teſtimonia
Quorum p̄mum fuit yſa xl. vbi dī Ro-
rate celi deſuper ⁊ nu. plu. iu. aper. ter. ⁊
ger. ſal. Jſte nubes ſunt prime Jerarchie
ſuper celeſtes in quib⁹ deitas habitat. ſ3
multiplicem ſacre ſcripture figuraꝫ. Jſte



Marginalia (left page): C · D · 2. ps themī. · p̄ma cōtēp.

Marginalia (right page): iii Con. · iij. Con.

pluerūt iuſtū. qñ oēs tres pſone p verbū
pariter incarnauerūt. ſm Aug. primo de
trini. Et terra fuit aperta ad germinādū
ſaluatorē. qñ virgo bñdicta pbuit aſcenſū
angelo: q: p cōſenſuʒ aīa opaƭ. Scdʒ fuit
yſa. 55. ca. vbi dicit. Qñ deſcēdit imber
de celo ⁊ nix. ⁊ illuc vltra nō reuertitur. ſʒ
Ƈ infundit terrā ⁊ germinare eā facit: ſic erit
verbū qd egredieƭ de ore meo. nō reuertetƭ
ad me vacuuʒ. ſed faciet quecūqʒ volui ⁊
proſperabitur in his ad que miſi illud ver
bum patris eſt filius virginis matris.

Tertium fuit Jere. tertio creauit domi
nus nouum ſuper terram mulier circun-
dabit virum. Iſtud nouum fuit impletū
quando mater dei pertulit filiū qui erat
dei verbum ⁊ ſapientia ſʒ apoſtolum ⁊c.

Quartum fuit baruch. 3. ca. hic eſt in-
quit deus noſter nō eximabitur alius ad
eum ⁊ ſequitur. poſt hec in terris viſus eſt
⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Tunc
autem cepit cum hominibus ↄuerſari cū
viſibiliter voluit de virgine naſci. Quar
4ª. ta contemplatio eſt qualiter iſta ſacra na-
Cōtē. tiuitas fuit in eodem veteri teſtamento
multipliciter reuelata. quod auctoritate
quadruplici confirmatur auctoritate pa
triarcharum. Ubi enim natiuitas chriſti
non fuiſſet reuelata Jacob non dixiſſet il
lud Non auferetur ſceptrum de iuda ⁊
dux de femore eius donec veniat qui mit-
tendus eſt ⁊ ipſe erit expectatio gentium.
Gen. xlix. Secundo auctoritate pontifi-
D cum dicēte Moyſe. Obſecro domine mit
te quem miſſurus eſt. quod non dixiſſet ni
ſi ⁊ ipſe redemptorem expectaret quem p̄-
nunciauerat Jacob. Tertio auctoritate
prophetarum di. dañ. in tranſlatione. lxx.
interpretum cum venerit ſanctus ſancto-
rum ceſſabit vnctio veſtra. ⁊ etiam in no-
ſtra dañ. 9. vt impleatur viſio ⁊ prophe
cia: vt vngatur ſanctus ſanctorum ⁊ de-
leatur iniquitas terre ⁊ inducatur iuſtitia
ſempiterna quod non dixiſſet. niſi de chri-
ſti natiuitate certificatus fuiſſet Quarto
auctate apoſtoloruʒ dicite Jacobo primo
ca. In manſuetudine ſuſcipite verbum in
ſitū quod ſaluare poteſt animas veſtras

verbum enim diuinum inſitum fuit hu-
mane nature. Quinta contemplatio ē. 5ª.
qualiter iſta felix natiuitas fuit in nouo te Cōtē.
ſtamento euangelizata. Et ſciendum eſt
q quattuor genera perſonarum chriſti or
tum anunciauerūt. Et primo ab angelis
euangelizantibus. ut habetur in luc. tunc
enim fuit iſte hymnus angelicus primo
cātatus. Glia i excelſis dō ⁊c. Scdō aſtel
lis refulgentibus. q: ſtella que regibus ap
paruit eis vt fertur de chriſti ortu locuta
fuit. Tertio a regibus inquirentibus.
quia querendo chriſtum anunciabant xp̄i
ortum. di. ubi eſt qui natus eſt rex iudeo- D
rum. Quarto a poſterioribus enarrā-
tibus. quia omnes qui audierant mirati
ſunt de his que dicta ſunt a poſterioribus
ad ipſos in luc. in qbꝰ principlr notaƭ. q
iſtius ſolemnitatis participes ſunt. ſ. reli-
gioſi deſignati per angelos ſacerdotes p
paſtores. virgines per ſtellas in corrupti-
biles ⁊ ſeculares per reges. Et ideo dicit
angelus in luc. anuntio vobis gau. quod
erit omni populo q: hodie ſaluator mun
di natus eſt ⁊c. Sexta contemplatio ē 6ª
vbi fuit iſta natiuitas celebrata vbi eſt ſciē Cōtē.
dūm. q beatus luc. ⁊ math. notant quat-
tuor lōca. ſ. primo quidem regnum iuda
vbi regnauit dauid: q: iure hereditario il-
lud regnum debitum fuit chriſto ſm hu-
manitatem. ideo dixit gabriel ad virginē
in luc. dabit ei dominus ſedem dauid pa-
tris ſui ⁊c. Secundo. ciuitatem bethlē
in qua natus eſt dauid ⁊ vocatur ciuitas
dauid vt patet prima Re. 6. ca. que quidē
iure hereditario pertinebat marie ⁊ Joſe
ph. luc. 2. ibant omnes vt profiterentur ſin
guli in ſuam ciuitatem: aſcendit autem Jo
ſeph a galilea ⁊c. vnde math. 2. cū natus
eſſet ieſus in bethlem ciuitatem iude. beth
lem quippe domus panis interpretatur.
q: panis angelorum ⁊ hominum ibi naſci
tur. Tertio diuerſorium quia vt fertur
pp nimiam multitudinem gentium non
potuerunt habere hoſpitium cum eſſent
pauperes quāuis de regali ſtirpe. Quar
to preſepium quia virgo puerum pannis
inuolutum reclinauit q: nō habebat in di-



uerſorio locū. in p̄ſepio vt dicitur fuerunt
ibi bos ⁊ aſinus comedētes iuxta prophe
ciā Abacuch di. in medio aialiū dñe co-
gnoſceris. quorū alterū vt fert Joſeph du
xiſſe. dr vt portaret virginē. ſ. grauidā: ⁊
bouē vt ide faceret ſūptus ſuos. Septi-
ma ↄtēplatio ē cui loco fuit iſta natiuitas
7ª. appropriata ⁊ dr in ſacra ſcriptura. q xp̄s
Cōtē. cognominaƭ a quadruplici ciuitate. de qua
rū qualibet dr fuiſſe. ⁊ primo dr fuiſſe de
ciuitate Syō q: ibi ↄgenitus ſic aliqs de
noiaƭ a ciuitate. vñ fuerūt ſui primi ↄge-
nitores in ſyon. n. fuerūt ↄgeniti duodeci
reges ex dauid. ⁊ iō illa ciuitas fuit dauid
appellata. Scdō de ciuitate bethlē iuxta il
lud ↄphericū qd iudi reſpōderūt iudei herodi. i
math. vi. Et tu bethlē terra iuda ⁊c. Ter-
tio de ciuitate nazareth i math. q: ibi edu
catus fuit. vñ in titulo triūphali poſitū fu
it ieſus nazarenus rex iudeorū. vñ ↄphe-
te p̄dixerunt q eſſet nazareus vocādus.
Quarto de ciuita. ierlm i multis ↄphijs
q: ibi ſepultus ē ſolēt. n. ſcti a loco vbi ſe
peliunƭ noiari ſic ſcūs Petrus in roma
ſcūs Jacobus de galicia ⁊c. ſʒ iſtā varia
tionē intelligitur varia teſtimōia in ſacra
ſcriptura de xp̄o. Octaua ↄtēplatio ē
8ª. quo tpe fuit iſta natiuitas cōſumata circa
Cōtē. quā notanƭ quattuor tēpora. Et primo ex
parte mūdi inueteraſcētis. q: p actis quin
qʒ milibus annis ab ortu mūdi circa ſextū
millenariū xp̄s naſciƭ ſic primus Adā. 6.
die fuit formatus de terra imaculata gen.
primo. Scdō ex parte ſolis occurētis q: ſi
cut refert yſidorus. xp̄s fuit i ſolſticio natꝰ
in quolibet. n. cētenario retrocedimus p
vnā diē. vt patet de facto in illo aūt ſolſti
tio terminaƭ curſus ſolis deſcendentis ad
meridiē ⁊ inchoaƭ curſus aſcendentis ad
aqlonē. ſic in xp̄i natiuitate fuit cōſuma-
tus curſus eiꝰ a celo ⁊ inchoatus regreſ-
ſus. ſicut etiā a natiuitate qlibet apropin-
quat ad mortē. Tertio ex pte virginis pa-
rientis q: in. 15. anno virginis bñdicte ange
lus cā ſalutauit. cū eēt duodēnis vt refert
yſid. q: dei filius nō diſtulit incarnationē
quā deſiderauerat eternaliter ex quo virgo
naturaliter eē potuit mater vera q fit i an

no duodecimo. Quarto ex pte ↄphete p̄
uidentis tēpus. n. iſtud fuit reuelatū dañ.
vt habetur. ix. ca. q vſqʒ ad xp̄ʒ ducere nu
merat ebdomadas ſeptuaginta duas que
itelligūtur annorū iuxta illud ezech. quar
to capi. diē pro anno dedi tibi ⁊ tot anni
reperiuntur a tempore danie. vſqʒ ad xp̄i
natiuitatem. Ideo ſacrm iſtius tpis deſi
gnans paulꝰ ad Gal. iiij. c. At vbi venit
plenitudo tēporis miſit deus filium ſuū.

Nona cōtemplatio eſt quo die natiui- 9ª.
tatis xp̄i fuit manifeſtata dr q in die dñi Cōtē.
co dr enim q illa die xp̄us fuit natus vt
colligitur a xp̄i annūciatiōe ex dictis ſctō
rumque quidē dies inuenitur in ſacra ſcri
ptura quadruplici myſterio ↄſecrata. Et
primo myſterio angelice creatōis. illa. n.
die vt ait yſidorus ſub noīe lucis angelos
cōdidit de qua creatiōe hētur gen. pmo
caꝰ ſm ſacro dñice gñationis iō xp̄s volu
it naſci illa die qua fuerūt angeli creati.
Tertio ſacro dominice reſurrectionis. in
hac enim die xp̄s reſurrexit vt pʒ ex euan
geliſtis. Quarto ſacro ſpūalis inflāmatō
nis: q: illa die fuit miſſus ſpūſſanctus: vt
pʒ i act. Ideo pro iſta ſolēnitate ⁊ die in-
ducitur illud ps. Hec dies quam fecit do 10ª
minus exultemus ⁊c. Decima cōtē- Cōtē.
platio eſt qua hora iſta ſolemnitas fuit cē-
lebrata ⁊ dicitur q chriſtus fuit natus in
media nocte: que hora fuit ſāctificata qua
druplici myſterio: Et primo myſterio de-
uote confeſſionis. Illa enim hora ſancti
patres in veteri teſtamento xp̄i ortum pe-
tentes ſurgebant ad laudandum deuʒ di.
ps. Media nocte ſurge. ad confiten. ti. Et
Math. xxv. Media nocte clamor factus
eſt. ſ. angelorum ecce ſponſus venit. i. xp̄s
natus ē. Scdō myſterio deifice icarnatio
nis. Iſta. n. hora dr dei filiuʒ deſcendiſſe d
celis pꝰ i vtero vgis. vñ dr ſap. 18. dū me
diū ſilēniū tenerēt oia ⁊c. ⁊ ſeqƭ oīpotēs
ſmo tuꝰ dñe ⁊c. Tertio myſterio dñice
gñatōis vt colligiƭ ex luc. q: paſtores cuſto
diebāt vigilias noctꝰ ſupꝰ gregē ſuū: ⁊ ita
tʒ eccla. Quarto my. dñice paſſiōis iſta
. n. hora fuit paſſio xp̄i ichoata vt colligiƭ
ex euāgelio tūc ipʒ miſtris ocdēntibꝰ. iō iſta

hoꝛa ſurgit eccleſia ad laudandum deum
iſta eſt illa hoꝛa in qua fuit egyptus ꝑcuſ
xj. ſa: ⁊ filij iſrael liberati vt habetur in exo.
Cōtē. Undecima contemplatio eſt quibus p̄
uilegijs natiuitas xp̄i fuit ſublimata dici
tur ꝙ quatuoꝛ fuerunt priuilegia ex parte
generantis. Quoꝛum primum fuit ꝙ ip
ſa genuit ita nobilem filium ex tpe ſicut
deus pater ab eterno eundem. Idem.n.ē
filius dei patris. ⁊ virginis: vt ait Anſel
mus in de conceptu virginali. Secundū
fuit quod xp̄s habitauit in virgine quan
tum ceteri in ſuis matribus .xlvj. diebus
quibus foꝛmantur natoꝛum coꝛpoꝛa ſm
Aug. vnde oſtendit. qȯ non hoꝛruit mun
diſſimum virginis vterum. q2 .ix. menſib⁹
ibi ſtetit. ſubito.n non ſucceſſiue coꝛp⁹ ei⁹
diuina virtute fuit foꝛmatum cum aīa ce
teri autem non ſic. Tertium fuit. q2 totaꝫ
ſuam ſubſtantiam de virgine xp̄s aſſum
pſit. Sed alij partim a parte: ⁊ partim a
matre ideo dicit .b. Dyo. qȯ de puris vir
ginis ſanguinibus dei filius fuit foꝛmat⁹
Quartum fuit qȯ mater ip̄m peperit ſine
doloꝛe: ⁊ ſine filij vlla coꝛruptione. cū vir
ginitate perfecta: vt teſtatur Aug. in ſer
mone ideo dicit Origenes ſup math. ma
xij. ter eius. cuius eius. qui in celis eſt ſiñ ma
Con. tre. ⁊ in terris eſt ſine patre ⁊c. Duode
cima contemplatio eſt quibus priuilegijs
fuit iſta natiuitas dotata ex parte naſcen
tis dī autem qȯ quatuoꝛ. ⁊ primum fuit
de peccati priuatione: q2 cum ceteri naſcā
tur filij ire nihil in hac ſingulari natiuita
te de lege peccati manauit. vt dic̄ leo. Se
cundum fuit de charitatis illuſtratione.
q2 iſte puer non fuit natus ignotus ſicut
cōiter ceteri: licet habuit plus de ſapia q̄
angeli q2 tantam in terris quātam in ce
lis. Tertium fuit de gr̄e perfectiōe: q2 eius
anima tm̄ habuit de gr̄a qȯ plus habere
nequiuit ⁊c. Quartum de gr̄e conſuma
hoc fuit ꝓpter ei9 maiorē puritatē iuxta di
ctū ſap̄. ꝓuer. xxij. Qui diligit cordis mū
dicīā ꝓpter grām labioꝝ hēbit amicū re
gem ꝛc̄. Jſta aūt ſpālis familiaritas
fuit declarata q̄druplicit̄. ſ. Primo i
dn̄i trāſfiguratione mat. xvij. ad qd̄ ꝓdi/
giū videndū admiſit tm̄ tres diſcipulos
ſcꝫ petrū iacobū ꝛ ioānem: quoꝝ iſte fuit
B vnus ſicut ſolēt principes iochalia preci
oſa que hn̄t paucis ꝛ familiariſſimis re/
uelare. Scd̄o in puelle ſuſcitatōe luc.
viij. qñ voluit facere iſtud miraculū ſecre
tū nullū admiſit niſi iſtos tres ſicut ꝑnci/
pes qñ volunt manifeſtare qñ peregrināť
tur: ſolēt paucis ſꝫ maxime familiaribus.
reuellare. Tertio in ſua dn̄ica ꝯtriſta/
tiōe math. xxvi. qñ iminēte paſſiōe cepit
tedere ꝛ pauere aſſumēs ſeorſū iſtos tres
tanq̄ magis ꝓbatos ne forte ſcādalizarē
tur ceteri vidētes eū timere mortē. Sicut
ſolent principes ad populum diſſimulare
paſſiones ꝛ ſuas aduerſitates ſuis dilectiſ
manifeſtare ꝛc̄. Quarto in ſua medietate
ꝛ iſtud fuit eiſignū ꝓpriū ꝛ certū: cetera
enī tria fuerūt alijs tribus cōia. Jpſe enī
in ardnis erat mediator inter xp̄m ꝛ alioſ
diſcipulos: ſicut ſolēt familiariſſimi ꝑnci
pi inter ipſū ꝛ eius familiam mediare.
Jſta aūt mediatio ꝓbať io. xiij. qñ nul
lus alioꝝ fuit auſus interrogare de pd̄ōa
ꝓditoris ſed petrus innuit ioāni q̄ interro
garet xp̄m qd̄ ꝛ fecit. Septima ꝯſidera 7 ꝯſi.
tio ē de priuilegio ſue charitatis. dicit enī
btūs Grego. vt inductū eſt ſupra q̄ pri/
uilegio amoris ꝑcipui altius a dn̄o meru
it honorari. Jntelligendū ē tñ q̄ ipſe i
euāgelio ſacro q̄nquies appellatus ē bea
tus ioānes euan. diſcipulus ille quē dili/
gebat ieſus. ſ. Prio in dn̄ice ꝯſecrati/ D
onis myſterio. ſ. in cena qñ diuina eucha
riſtia fuit iſtituta. dicit̄ enī io. xiij. Erat re
cūbens in ſinu eius diſcipulus ille quem
diligebat: in quo dať in te' q̄ ipſe ardebat
charitatꝭ amore ad iſtud digniſſimū ſacra
mētū. Secūdo in miſterio dn̄ice paſſi
onis. Cū vidiſſet in quaꝫ Jeſus in cruce
maēs matrē ꝛ diſcipulū quem dilig.bat.
Jo. xix. Jn quo dať in te' q̄ ipſe ardebat
charitatis amore ad paſſionem dominicā
quā videbat. Viſa enim magis mouēt q̄
audita. Tertio in miſterio dn̄ice reſur
rectiōis q2 maria mag. vēit ad b. Petrū
ꝛ aliū diſcipulū quē diligebat ieſus redi/
ens de ſepulchro. Jo. 2. Jn quo dať intel
ligi q̄ ardebat amore charitatis ad domi
nicam reſurrectionē. Quarto in miſte/
rio dn̄ice apparitionis q2 Jo. 21. ſtante Je
ſu in littore ꝛ diſcipulis exiſtibus in ma/
ri: in qua apparitiōe ceteris ipſuꝫ non co
gnoſcētib9. Joānes ſtati cognouit dn̄m ā
longinquo di. Dominus eſt. Nā ꝓuerbi
um eſt q̄ q bene diligit a lōgiquo cogno/



... Cuius rō eſt naturalis q2 ſpēꝫ dilecti
habitā freq̄nter ad mēoriā reducit: ꝛ talis
ſpēs p actus cōfirmať. Quinto in my/
ſterio dn̄ice pſecutionis. q2 Jo. 21. Cum
dixiſſet dn̄s petro. Sequere me, p̄nūciatio
neꝫ martyrij ſignans qua morte clarifica
turus eſſet deū. Et conuerſus Petrus
vidit illuꝫ diſcipulū quē diligebat Jeſus
ſequentē. Jn quo dať intelligi q̄ ardebat
amore charitatis ad mortē pro xp̄o pferen
dā ꝛc̄. Octaua cōſideratio eſt de ſacra
8 cōſi. mēto ſue obdormitiōis qñ fuit cōſopitus
in ſinu dn̄i Jeſu xp̄i. Jo. 13. Erat ingd i
ſinu ieſu recūbens diſcipulus. ꝛc̄. Ubi
notāduꝫ eſt q̄ xp̄us in hac cena beato ioā
ni euāgeliſte fecit actus quattuor. ſ.
A Primo imediate in ſuo latere colloca
uit. q2 circa finē ſolet maxime dilectio de/
monſtrari. vnde ibidē dicit̄. Cū dilexiſ
ſet ſuos. ꝛc̄. Secundo. cōſumata cena
adhuc ſedēs in ſuo gremio reclinauit ipꝫ
erat īgd recūbēs i ſinu ſuo ꝛc̄. Ter9 poſt
reclinatōeꝫ ſoporē ei imiſit: q2 qñ aīa eſt a
ſenſib9 abſtracta ē ad celeſtes iſtructiones
magis diſpoſita dicente Eliſacet. the. ad
Job 33. p ſomnū deus erudit hoies ꝛc̄.
Quarto poſt obdormitionē eius. ocu/
los appuit ſcꝫ interiores q ſunt clauſi p
peccatū Ade: vt aīa nō videat ſpiritualia
q̄ ex ſua natura videre nata fuit: ſicut vis
exterior corporalis: vnde dicitur numeri
22. Apuit dn̄s oculos Balaā vt videret
angelū ꝛ. 4. Re. vi. Apuit aūt dn̄s ocu/
los pueri helyſei: vt videret militiā celi.
Jſtis aūt quattuor diſpoſitiōibus qua/
ſi ꝑmiſſis ſequūtur q̄ttuor opatiōes quas
xp̄us operatus eſt in iſta anima beata.
B Quia. Prio fuerūt ei ſecreta celeſtia re
uelata. vt intuitiue cerneret q̄ alioſ doceret
certius in poſterum. vn̄ dicit in ꝑma ſua
cano. p9 cap9. Ab initio qd̄ vidimus ꝛ
audiuimus: ꝛ proſpeximus oculis noſtris
de verbo vite annūtiamus vobis. ꝛc̄.
Secūdo iſtoꝝ ſecretoꝝ celeſtiū fuerūt ei
ſimulachra infuſa alioquin deuiꝰ recorda
re nō potuiſſet q2 recordatio fit p ſpēm ſui
obi: pꝫ mirabilr̄ in eius doctrina. vn̄ q
animaꝫ eius vidiſſet intuitiue etiā cōſperi
ſet clare illa ſecreta celeſtia in eius depicta
memoria. ꝛc̄. Tertio fuerunt oia illa
ydola ſuſpenſa vt eis vti nō poterit vſqꝫ
ad aduētū ſpūs ſan. alioqn ſi i illo ligate
nō fuiſſēt: nūq̄ poſtea de reſurrectiōe dn̄i
dubitaſſet ſicut dubitauit. Jo. xx. Quēad
modū dona ſupnaturalia: vt ſapientia ꝛ
gͣ in paruulis eſt ligata vſqꝫ ad tēpus ꝑ/
fectuꝫ adeo ꝛc̄. Quarto fuerūt oia illa re/
ꝑſentatiua relaxata vt eis vteretur libere
ad recordādum qd̄ viderat ꝛ hoc qñ acce
pit donū ſpūſancti. q2 tūc fuit tēpus ꝑdi/
cationis preuiſum a xp̄o. vt dicit iudas in
epiſtola ſua p9 cap9 q̄ inquit vita eterna
que erat apud patrē aparuit nobis. Et q2
i iſto ſacratiſſimo ſonno beat9 ioānes mē
taliter vigilabat ideo dici poterat illud
cant. 5. Ego dormio ꝛ cor meum vigilat
ꝛc̄. Nona conſideratio eſt de ſacramē 9 cōſi.
to ſue adoptiōis qñ v̓bo ſaluatoris factus
fuit filius matris dei di. do. ieſu in cruce.
Mulier ecce filius tuus. deinde dixit diſci
pulo. Ecce mater tua ioānis. 19. ca. Jntel
ligēdū eſt tñ qd̄ illa recōmendatio mutua
fuit ab eo facta. ſ. q̄druplici rōne. Et pri
ma. Ad virginis memoriale cōtinuuꝫ q2 Nō.
ſublata dilecti preſentia naturaliter eius
ſimilitudo delectat. vn̄ propter hoc fuit in
uentuꝫ prio idolū vt teſtatur ſap. ſapie no
no Et q2 btūs ioānes xp̄o ſimilis erat in E
actibus ꝛ pfectiōibus. id̄ in actibus quaſi
ꝓ imagine reliqt eū matri ſue ꝛc̄. Scd̄a
fuit ad virginis diminutū ſolatiū aliqua
liter reſtaurandū ad qd̄ leges humane ad
inuenirūt adoptionē ꝛ arogatōeꝫ nō niſi i
ſolatiū eis. q filijs ſunt orbati. Jta xp̄s in
ſolatiū ſue matris ꝓ filio naturali. quem
amittebat ei dedit filiū adoptiuū. Tercia
fuit. ad virginis debitū obſeq̄ndū. q2 fili9
eſt ad matris obſequꝫ: inde ē qñ ſe ſubtra
hit ſponte ſicut xp̄s opꝫ qd̄ ponat ſuū vica
riū. Et id̄ x9. loco ſui. b. io. iſtituit. vt ma
trē cuſtodiret loco ſui: eiqꝫ miniſtraret: id̄ ſe
qť q̄ ex illa hora accepit eāꝫ diſcipl's i ſuā
ꝛc̄. Quarto fuit ad ꝑficiēdū gratū cōſor
tiū inter virginē ꝛ virginē vt eēt floridus
aſpectus. Et iſta ē rō q̄ aſſignat. b. hiero.
i ſmōe aſſūptiōis. Sed ex omnib9 iſtis fu
it. b. io. q̄trupl'r ſublimatus q2 ipſe primo
fuit fact9 fili9 v̓ginis adopti9 ſic̄ xp̄s. nālis

Et ſic in naturalibus ē miraculū eē filiū
virginis naturalem. eodem modo in po-
liticis ꝙ habeat filium adoptiuum ꝛc.
[I] Scḋo fuit frater ꝟbi quo fuit filius
mri ſue. q2 fr̄nitas nō attēdit̄ niſi i ſ̄itudi
ne ad vnitatē pentū ꝛ ſicut nāle deſideri
uꝫ ē ad ꝓlē ita in ſuo gradu ad fr̄nitatez
ꝛc. Tertio fuit eodē mō filius pr̄is dei
mō ſingulari: q2 nō ē maius filiū eē pr̄is
q̄ fratrē eſſe ꝟbi adoptiue. ꝛ iō cū xp̄s aſ
ſūpſit eū ad ſuā fr̄nitatez eodē mō ad pa-
tris filiationē ꝛc. Quarto q2 fuit affi-
nis ſpūſcti. ꝛ alūpnus. q2 ſicut ex germa
nitate nāli ꝯtrahit̄ affinitas ita ex fr̄nita-
te ciuili. cū illis ac tali facti ſunt germani
Et iō cū germanitas fuerit in fr̄nitatem
ꝛ in ſpūſcm̄. ſed Ri. de tri. aliquā affini-
tatē hūit ſuo mō b. io. ad ſpūſctm̄. ex fra-
ternitate dn̄i ieſu xp̄i gen⁹ eiꝫ xp̄i ſumus
10ª ꝯſi dera° oēs act. xvij. c°. Decia ꝯſideratio ē.
De myſterio ſue inthonatiōis q̄ celebra-
ta fuit in euāgelii deſcriptiōe. Si eīm al
tius intonaſſꝫ tot⁹ mūdus eū cape nō po
tuiſſet. ſꝫ ſctōꝝ teſtionia. eo ꝙ negociat⁹
fuerit circa ꝟbi diuinitatē. Intelligen
dū ē ꝙ btūs Io. itroduxit quatuor p̄co-
nia trāſcēdētia ad ꝟbi diuinitatē ptinen-
[E] tia. Quoꝝ .ſ. $P^{m}$ eſt. de ꝟbi eterna
gn̄atōe. de q̄ fuerat p yſ. dcm̄. Gn̄atōnē
ei⁹ qs enarrabit. ꝛ tn̄ hāc gn̄atōeꝫ narrat
b. io. di. i prīn° erat ꝟbū ꝛc. vn̄ videt̄ itel
ligi ꝙ btūs Io. in hac deſcriptiōe faculta
tē ſctōꝝ p̄cedētiū trāſcēdebat. Scḋm fu
it. De creturaꝝ a ꝟbo emanatiōe. Cū ſe
quir. Oia p ipꝫ fcā ſūt. ꝛ quēadmodum
di. ꝓpheta. ꝟbo dn̄i celi firmati ſūt. Et lꝫ
ad illud p̄coniū attigiſſēt alij ſcti nō tam̄
niſi in facultate ſupnāli ꝛc. Tertiū ē.
De ipi⁹ ꝟbi exēplaritate. Cum ſeqt̄. Qḋ
fcm̄ ē i ipo vita erat: q2 ſicut archa ē i mē
te artificis. ita ſuo mō tot⁹ ille mūd⁹ exē
platus ē in mēte diuina. Ipſe dn̄s ſolus
ē q̄ ad illud exemplar: ſic docet Aug. ad
qḋ p̄coniū ꝯtingere nō ſolū ſcti. ſꝫ ēt ſub-
limes ph̄y. vt recitat Aug. de platōe po
tuiſſent ꝛc. Quartū ē. De iſti⁹ ꝟbi ra
dioſitate qua illuiat oēs vt ꝟitatē cogno
ſcere poſſent ſincerā. ſicut lux ſolis. iō di.
Erat lux ꝟa: q̄ illuiat oēm hoīem veniē
tē i hūc mūdū. Iſtis āt p̄miſſis p̄conijs
ſubiūgit̄ myſteriūꝫ incarnatiōis ſibi diui
nitas reuelatā. ꝛ celitus di. Et ꝟbū caro
fcm̄ ē. Iſtud āt myſteriū qḋ vocauit btūs
Dio. cōpoſitionē ſm noē. ſm Aug. ipm
de tri. vocatuꝫ ē archanuꝫ oī rōni ꝛ igno
tuꝫ oī ꝟbo ēt digniſſimo ꝝ angeloꝝ itelle
ctui ꝛ ieffabile ꝛc. Vndecia ꝯſideratio ē 11ª ꝯſi.
De myſterio ſue viſiōis. Videtur autē ꝙ
btūs Io. vidit deuꝫ p eēntiā in hac mor-
tali vita. ꝛ illud credit̄ fuiſſe in ſōno. ſic
paulus in raptu. q2 nō appet i diuia ſcri-
ptura maior rō de illo q̄ de iſto. Et tam̄
btūs Aug. de btō paulo ꝯcedit. Iſtud
āt ꝯfirmatur quadrupliciter. Et. P° [F]
q2 ei fuit reuelatū myſteriū gn̄atiōis eter
ne quā nullus deguſtare pōt ſine ſuo ter-
mino. ꝛ nullus re⁹ cognoſcit̄ ſine termio
tūc autē gn̄ationis illi⁹ ē ipſa diuinitas
ꝛc. Scḋo q2 ei fuit reuelatuꝫ myſteriū
icarnatiōis qḋ termiatur ad ꝟbi ꝓprieta-
tē ꝛ illa ad diuinitatē ſub ꝓpria ratione.
Tertio ipē di. Io 2. vidim⁹ gl'iaꝫ ei⁹
actus āt beatificus nō pōt bn̄ cognoſci ni
ſi eius ꝯditio ſciat̄. Quarto q2 ipē io.
dixit in pª canonica ſua p° c°. Fidē quam
oculi ſui ꝓſpexerāt ipm ānunciabat ipoſ-
ſibile ē āt articulos fidei vidiſſe q ptinent
ad diuitatē qn ipſa diuinitas fuerit viſa.
q̄ ē ſbum in eis ꝛc. Duodecia ꝯdera- 12ª ꝯſi.
tio ē. de myſterio ſue cōfeſſiōis ꝛc. Vbi ē
itelligēdum ꝙ poſt dn̄i aſcenſionez anq̄
diuiderent̄ apl̄i fuerūt ad ordinādū ſym-
bolum fidei catholice cōgregati in hieru-
ſalē. In quo poſuerūt duodeciꝫ articulos
fidei ſm numeꝝ duodeciꝫ apoſtoloꝝ q fi
dē xp̄i ꝓ tota vniuerſali eccl̄ia ſunt ꝯfeſſi
Et iter eos btūs Ioānes ſicut colūna fu
it: q2 ipſe cuꝫ petro dicebant̄ colūne: vt te
ſtat̄ apo⁹ ad Gala. ij. c°. In qua autez
deſcriptione ſunt quatuor dicenda circa
perſonaꝫ beati Ioannis notabilia. Quo
rum. Primum eſt. Cum in iſtis duo
decim articulis ſicut tres pertinentes ad
tres pſonas diuias. q fuit digreſſi. ꝛ p̄nci
paliū iter oēs ſed petrus deſcribit artic
lū pſone patris. Et Jacobus fratris dn̄i



ſiliū qui ē de ſpū ſancto. Ita Ioānes fi-
lium q erat de filio di. Et in ieſuꝫ xp̄m fili
um eius vnicū dn̄m nr̄m. Et ꝯuenienter
iſte articulus fuit ſibi datus ſicut illi q vi
derat myſteria verbi ꝛc. Scḋm eſt. ꝙ
[B] btūs Ioānes ad aliū gradum apoſtolat⁹
fuit aſſūptus poſt dn̄i reſurrectionē q̄ ante
q2 āte fuerat q̄rt⁹ poſtea ſemꝑ fuit ſcḋs i-
mediate reꝑſitatus poſt b. petrum. vnde
Luc. act. i. numerās oēs apoſtolos poſt xp̄i
aſcenſionem ponit Ioānem $2^{m}$. ſicut eniꝫ
fuit tranſlatus petrus. de ſcḋo loco ad pri
mum ita btūs Io. de 4° ad $2^{m}$. in q̄ dat̄
intelligi ꝙ i eccl̄ia non ſunt faciēde ꝓmo-
tiones ſm ordinem origis: ſed virtutū ꝛ re
fectiōis ꝛc. Tertium ē ꝙ ipſe ꝯtra po-
tentiſſimum aduerſariū ordinatus fuit in
acie. Iſti enim duodecim apl̄i illas duo-
decim ꝟitates deſcribere ſtatuerūt ad ob
uiandum erroribus quos futuros ꝓuide-
bant in eccl̄ia. Et ſic i actibus ꝯtra hoſtez
peiorem pugnator melior iducitur ꝯtra il
lum erroreꝫ q maxime ipugnare debebat
eccliam vt erroreꝫ arrij ꝯtra quē in ſo ar
ticulo b. Io. aſtruere viſus ē xp̄i deitatez
ꝛ cum p̄re equalitatem. Quartū eſt ꝙ
ceteri apl̄i non fuerūt retardati. Jacobus
ꝛ Andreas ex trāſlatione bti Io. rō autē
huius ē. q2 minimus apoſtolorū fuit i ſub-
limiori gradu. poſt aduētū i ſpūſancti: vt
pꝫ ex ꝟbis xp̄i: ꝛ iō q fuit maximus añ ei⁹
aduentū ꝛc. ꝛ beatus Andreas q fuit ter-
tius non fuit retroactus quāuis btūs io.
13ª ꝯſi° fuerit magis ꝓmotus. Tertiadecia cō
ſideratio eſt. De myſterio ſue ꝓfeſſionis.
Vbi ē intelligēdū ꝙ xp̄s aſcendens in
celum dimiſit quatuor p̄cipales ordies
in eccl̄ia vt refert btūs paul⁹ ad ephe. x.
Quoꝝ .ſ. Primus ē ordo apoſtoloꝝ.
Secundus eſt ordo prophetarum.
[D] Tertius eſt ordo euangeliſtarum.
Quartus eſt ordo doctorum.
Et omnes iſti ordines cōcurrunt in beato
Ioanne ſolo. Fuit eīm primo apoſtolus
vt pꝫ in deſcriptiōe ſcḋi articli. ſo fuit euā
geliſta vt pꝫ i dſcriptiōe tertij articli. 3° fu
it ꝓpheta. vt patuit i apoc. 4° fuit doctor
ſic patuit i deſcriptiōe epl̄arū ꝛ p̄dicatiōe
verbi diuini in quibus epl̄is ēt myſteriū
beate trinitatis euidentius oībus alijs ex
p̄ſſit. i. Tres ſūt q te. dāt i celo pa. ꝟbū ꝛ
ſpūſſanctus. ꝛ hij tres vnum ſunt Io. ij. 14ª ꝯſi dera.
Quartadecia ꝯſideratio ē. De myſte-
rio ſue aſſimilationis. Cum eīm quatuor
euangeliſte ſit ſimilati p quatuor anima-
lia: vt habet ezech. vt ait btūs Greg. ſup
ezechielem. Ita ꝙ primus habuit faciem
hoīs. ſꝫ faciem leonis. tertius faciem bo-
uis. quartus vero faciem aqle volantis.
beatus añt Mat. ſignatus per faciē hoīs
q2 primo deſcribit humanitatem xp̄i.
Secundus Marcus p faciem leonis. q2
deſcribit xp̄i reſurrectionē. Terti⁹ Lucas p
faciem vituli. q2 deſcribit xp̄i ſacerdotiuꝫ.
Quartus Ioānes per facieꝫ aquile: q2 de
ſcribit xp̄i diuinitatem circa quā negocia-
tur. Intelligendū eſt tn̄ ꝙ btūs Ioan-
nes df̄ a uila quadruplici rōne. Et. [I]
Primo rōne q2 aqla habet ſubtilita-
tem in ſuo ſtatu nidificat enim in locis
ſublimib⁹ ꝛ arduis. ideo dr̄ Iob. 3°. Nū
qd ad preceptum tuū eleuabit aquila. ꝛ
ponet in arduis nidū ſuū. Et per iſtū mo
dum b. Io. fuit eleuatus ad ſubtilitatem
deitatis in contemplatione. ꝛ poſuit ni-
dum ſue manſionis in arduis. i. in cōſide-
ratione trinitatis qḋ eſt arduiſſimum i co
gnitione vt patuit in ſua doctrina ꝛc.
Scḋo q2 aqla habet claritatē viſionis
in ſuo aſpectu: vt di. Dio. inde angelica ie
rar°. i. ca° ꝙ aquila in reuerberatis oculiſ
reſpicit ſolem. ideo angeli aquilis cōpara
ti ſunt. ꝛ per illum modum b. Io. vidit de
um vt patuit per eēntiam ita vt oculi ei⁹
ex tanto viſibili excecati non fuerunt ſicut
oculi humani ex aſpectu ſolis. Tertio
q2 aqla hꝫ exemplaritatē in ſuo volatu ꝛ
doctrinā docet enim pullos ſuos volare
ſolicite. vnde deut. 32. ſicut aqla ꝓuocās
ad volandū pulos ſuos ꝛc. Et per illum
modū b. Io. viſus ē i omni doctrina ſua
prouocare fideles ad volatū ꝯtemplatio
nis volitans ſuper eos. ꝛ de ſublimibus
que ſuſcepit ſemper faciens mentionem.
Quarto q2 aquila habet diuturnitatē
in ſuo decurſu: eo ꝙ poſt ſenium renouat̄

vnde ꝑs renouabitur vt aquile iuuentus
tua. Et per illũ modũ beatus ioannes fu
it diuturnior ad litterã oĩbus aliis apo-
ſtolis: qꝛ magis diu vixit. vñ ſeniorem ſe
15.ꝯſi° ſcribebat cũ oĩb⁹ iunior fuiſſ3. Deciaqn
ta cõſideratio eſt. quare beatus ioãnes nõ
fuit a xp̃o princeps apl'oꝝ cõſtitutus cum
precceteris apud eũ fuerit dilectus: qui ꝑ-
ſonã nõ accipit ſed amat ſm̃ vniuſcuiuſ-
q3 virtutẽ. Et iõ cum ipſe fuerit vt patet
ex pręmiſſis inter apoſtolos virtuoſiſſim⁹.
ſibi decebat principatus tanq̃ optimo in
ciuitate vel cõmunitate ⁊c̃. Intelligen
dum eſt tamen q̇ xp̃s noluit ei conferre
illum principatum quem commiſit petro
ſicut colligigimus ex dictis ſanctorum:
quadruplici ratione. Et p̃ma ẽ qꝛ habu
it impedimentum etatis: non enim fuit
A decens q̇ iuuenis eſſet caput eccleſie: quia
habebat docere ⁊ corrigere. ſicut xp̃s nolu
it predicare donec habuit. xxx. annos: nec
diſcipulos cõuocare. Scd̃a eſt qꝛ habuit
nimiam cõiunctionẽ cõſanguinitatis cu3
xp̃o ne forte ſumerẽt exemplum vt ſucce-
derent cognati in eccleſia quia dñs ꝓpin
quum ſibi ſtatuiſſet: qui dixerat que ẽ ma
ter mea ⁊ qui ſunt fratres mei ⁊c̃. Tertia
eſt qꝛ ipſe erat ſufficienter beneficiatus cũ
ei dñs matrem cõmiſiſſet ſicut beato pe-
tro cõmiſit eccl'iam Jo. xxi. ca° Quarta ẽ
quia ip'e erat eminenter eleuatus ad con
templationem ſeraphicã. ⁊ cura paſtora-
lis habet ad inferiora trahere mentẽ. vn-
de beatus Dyo. de angelica ierarchia di
cit q̇ nullus de ordine ſeraphin ad exteri
ora mittitur qꝛ ad ſuperiora ſunt intenti.
16.ꝯſi° Deciaſexta cõſideratio ẽ de iudicio ſue
imerſionis: qꝛ noluit ꝓconſuli iuxta edi-
ctum imperiale obedire vt a predicatiõe
ceſſaret ⁊ xp̃m negaret iuſſit eũ in dolium
feruentis olei imergi: d̓ quo. q. fortiſ athle
ta vnctus nõ aduſtus exiuit. Ad q̇d mira
culũ ⁊c̃. ꝓpter qd̓ putam⁹ cũ merito mar
tirio coronatũ: qꝛ l3 in tali ſupplicio nõ oc
cubuerit: tñ mortis periculo ſe ſponte ob
tulit in xp̄i cõfeſſione. Intelligendũ ẽ
tñ q̇ quattuor inueniunť modi martirio-
B rũ in diuia ſcriptura. quoꝝ ſcilicet. Pri
mus eſt martiriũ qd̓ eſt in corpore ⁊ aĩa:
ſicut martiriũ xp̄i q in corpe fuit cõfoſſus
⁊ in aĩa triſtitia ſalutifera ꝑ nobis opp̄ſ-
ſus: vt oñdiť tertio ſnlaꝝ. Scd̓s ẽ i cor
pore tñ ſicut martiriũ. b. ſte. q fuit in cor
pore attritus ⁊ in aĩa letus moriẽs cũ ia3
xp̄m cerneret. Tertius ẽ in aĩa tñ. ſicut
eſt martiriũ mr̃is dñi q̃ fuit i paſſiõe dñi
doloris gladio miro pl⁹ ſauciata q̃ ſi fuiſ
ſet in corpore paſſa: q̃to eñi aĩa ẽ nobilior
tãto pena ẽ grauior ⁊ ſuppliciũ aĩe nõ eſt
ſupplicio corpis cõparãdũ. De cui⁹ mar
tirio ꝓphetizauerat Simeon. luce. ii. Et
tuã ipſius aĩam ⁊c̃. Quart⁹ ẽ in corpe
⁊ aĩa ſeorſũ: nõ ſicut xp̃s totã ſimul. S3 ſi
cut. b. Jo. q fuit prio i paſſiõe xp̄i ſicut ma
ter vulneratus in mẽte: ⁊ poſtea in doliũ
merſus. ⁊ q̃tum fuit in ſe ꝑ fide xp̄i fuit ꝑ
emptus. Qd̓ aũt. b. Jo. euãgeliſta fue-
rit v̓e martir: ꝓbat beat⁹ Gre. qꝛ Mat.
xx. dñs ieſus xp̃s dixit Jac. ⁊ io. Calicẽ q
dem meũ bibetis cũ loq̄reť ad lrãm d̓ mor
17.ꝯſi
dera.
te ⁊ martirio ſuo ⁊c̃. Decimaſeptima
cõſideratio ẽ. De ſupplicio ſue relegatio-
nis qꝛ ꝑ ꝑpetratũ miraculũ ñ fuit ꝑp hoc
morti traditus ſ3 diuina diſpẽſatiõe i exi-
liũ miſſus in inſulã que dr̓ pathmos: vt li
brũ de reuelationibus ibi cõſcriberet i lo-
co ſolitario q erat ꝯueniẽs ad diuinas re
uelatiões. In qua inſula fuerũt ꝑncipa
C liter quattuor demõſtrata. Primũ fu
it totus decurſus eccl'ie militãtis vſq3 ad
finẽ vt p3 per ordinẽ libꝛ intuẽti q termi
natur in deſcriptiõe ſupne hieruſalem. Se
cũdũ fuit ordo iudicii cõſumãtis. Ter
tiũ fuit calamitas eternaliter damnatoꝝ.
Quartũ fuit felicitas eternaliter ſalnã
doꝝ. Intelligendũ ẽ tñ q̇ ipſo manẽ
te in illo exilio dyoniſius ariopagita mi-
ſit ei quattuor v̓ba deſcripta q̃ habenť in
epl'a q̃ ſic intitulať: Joãni euan. exulãti in
pathmos ⁊c̃. Et p̃imũ dictũ erat q̇ gau
dere deberet ⁊ ñ triſtari: qꝛ ipſe erat v̓e dile
ct⁹ a v̓o amabili ⁊ a valde amabili. ſ. xp̃o ſicť
ſerui cõſolanť qñ a ſuis dñis ſũme dili-
gunť. Scd̓m dictũ erat q̇ ipſe ꝯuerſa
bať in hoc mũdo ipaſſibilr̃ ⁊ corporaliter
e ſine ꝯtagione: ſicut angeli cuſtodientes
hoĩes inter hoĩes cõuerſanť. ⁊ iõ gaudere
debebat. Tertiũ dictũ erat q̇ ipſe gau



dere deberet ꝑ eo q̇ in hoc mũdo inchoa
uerat gaudiũ p̃adiſi delectatiõib⁹ iugiter
vacãs celeſtib⁹ viſiõibus: ſicut mali i hac
vita dũ torquenť in mẽte: iã inchoãt pe-
nã iferni. Quartũ dictũ erat q̇ ei pre-
nũciat ex p̃te dñi q̇ Quis igiť hoc nõ igno-
raret q̇ a cuſtodia que ẽ in pathmos di-
mitteret ⁊ ad terrã aſye reuerteret ⁊ face-
ret ibi bonas v̓gines dei: ⁊ his qui ſũt p⁹
ſe traderet. In iſta aũt iſula. b. Jo. con
ſummauit dẽs terminũ toti diuine ſcriptu
re vt p3 apoca. vltio: Ueni dñe ieſu: vnde
ſicut ſacra ſcriptura fuit ꝑ moyſẽ inchoa-
ta. Jta fuit ꝑ beatũ Jo. cõſumata ipſo di
ꝯſi° 18 cente ibidẽ. Siq̇s appoſuerit ad hoc ap-
ponet ei dñs plagas ⁊c̃. Decimaocta
ua ꝯſideratio. De remedio ſue regreſſiõis
Fuit enĩ diuina ꝓuidẽtia de inſula redu-
ctus ad epheſum domitiano perempto vt
eccl'iam illuſtraret virtutibus ⁊ exemplis.
Intelligendũ ẽ tñ q̇. b. io. poſt ſuu3 re
greſſum floruit q̃druplici genere miracu-
loꝝ. Et p̃imũ ꝯuerſiõe corpoꝝ. pulue
rẽ enĩ cõuertit i lapides precioſos: Crato
nẽ philoſophũ cõuertit. Uirgas et cõuer
D tit in aurũ ⁊ gẽmas fecit ex lapidibus.
Scd̓m ꝯfractiõe idoloꝝ qꝛ tẽpla ⁊ ido
la ſubuertit ſupra naturã ꝑ ſolã orationez
⁊c̃. Tertiũ impaſſibilitate venenorum
dũ bibito mortifero veneno remanſit inco
lumis ſicut ꝓmiſit ei xp̃s Mar. vltio. Si
quis mortiferũ biberit nõ ei nocebit. q̇ ñ
habeť in aliquo alioꝝ apl'oꝝ iſtud miracu
lũ. Quartum in ſuſcitatiõe mortuoꝝ.
Suſcitauit. n. q̃ttuor mortuos druſianã
dũ rediret de pathmos: ⁊ duos de vene-
no defunctos ⁊ iuuenẽ vnũ aliũ. Cũ tñ ꝑ
xp̄m nõ fuerint niſi tres reſuſcitati ſm̃ il-
lud qd̓ ꝓmiſerat ioãnis. x. ca° Decia
ꝯſi° 19 nona cõſideratio ẽ. De miraculo ſue trã-
ſlationis: qꝛ cũ a xp̃o vocatus fuiſſet ei ꝑ-
ſonalr̃ apparẽte ⁊ ſibi dicente. Ueni dile-
cte mi tp̃s ẽ vt mecũ epuleris cũ fratrib⁹
tuis fecit fieri foueã in die reſurrectiõis do
minice ⁊ in ipſa expleta p̃dicatiõe ⁊ orati
one deſcẽdens lumen de celo aduenientẽ
xp̃o fuit ſublatus. Intelligendũ eſt tñ
q̇ i ve. te. inueniũť q̃tuor hoĩes q dicũť
fuiſſe trãſlati. ſ. Prim⁹ fuit enoch qui
ambulauit cũ deo ⁊ nõ apparuit qꝛ trãſtu
lit eũ dñs gen. v. ca°. Scd̓s fuit Hely
as q aſcẽdit ꝑ turbinẽ i celũ. 4. Re. ii. ca°.
E Tertius fuit Moyſes cuius corp⁹ fu
it trãſlatũ: nec inuentũ a filiis iſrael deute
ro. vltimo ca°. Quart⁹ fuit Dauid de
quo nõ hr̃ ita expreſſe: tñ aliq doctores fu
erũt hoc opinati: vt refert Hiero. ex v̓bo
beati Petri di. act. ii. Sepulchrũ ei⁹ apd̓
nos eſt: innuẽs q̇ corpus ei⁹ trãſlatũ fue-
rit. Beatus aũt Joãnes nõ fuit trãſlatus
ſicut dauid: cuius corpus mortuũ fuerat i
ſepulchro vſq3 ad xp̄i reſurrectionẽ. Nec
ſicut Moyſes q videntibus filiis iſrael fu
it mortuus ⁊ ab eis ſepultus. Nec ſicut
enoch ⁊ helyas corporaliter qꝛ illi nõdu3
ſunt mortui. Cũ ſint ab antixp̃o occidẽdi:
ante iudiciũ ⁊ a xp̃o ſuſcitãdi. Ueruz autẽ
io. ſicut fuit ad celũ aſſūptus a xp̃o euocatus
Jta crediť ceteroꝝ imortalitatẽ ꝯſecut⁹. ⁊
iõ crediť q̇ ſicut mr̃ dñi i corpe ⁊ aĩa fuit aſ
ſũpta: ita beat⁹ io. fuit i vtroq3 glificatus
Et iſta ſnĩa cõfirmať auctoritate quadru-
plici. quaꝝ. Prĩa eſt xp̄i dicẽtis mat.
xvi. Filius hoĩs venturus ẽ in gl'ia cũ an
gelis ſuis ⁊c. Et ſeqtur. Sũt qdã dehinc
ſtãtibus q nõ gu. mor. ⁊c̃. ꝯſtat autẽ de
oĩb⁹ q ibi ſtabãt q̇ mortẽ guſtauerũt ⁊c̃.
Scd̓a eſt eiuſdẽ dñi dicẽtis Mat. ix.
vbi loquẽs de aduẽtu ſue glorie ad iudicã
dũ adiũgit. Amen dico vobis. ſũt quidã
dehinc ſtãtibus q nõ gu. mor. ⁊c̃. Ter-
tia ẽ eiuſdẽ dñi di. io. xxi. ca° vbi cũ dñs di
xiſſet petro. Sequere me ꝑ ſua morte vt
ibidẽ habeť. Et petrus diceret de ioanne:
hic aũt qd̓. dixit ieſus: ſic eũ volo manere
donec veniã ad iudiciũ ⁊c̃. Quarta ẽ
diſcipuloꝝ q eũ noſcerẽt modũ rñdẽdi ip
ſius ita opinati ſũt: qꝛ ibidẽ legiť. Exiit er
go ſermo inter frẽs q̇ diſcipulus ille non
moriť. Intelligẽdũ ẽ tñ q̇ ille quattu-
or auctẽs que ſũt dicte imediate ipſis ꝯſo
nãt q̃tuor ꝯcluſiões. Quaꝝ. Prima ẽ
F q̇. b. io. in ſua trãſlatiõe nõ fuit defunct⁹
vt mr̃ dñi vt ait Hiero. Scd̓a ẽ q̇ nõ-
dũ eſt mortuus nec moriť vſq3 ad diem
iudicii: quia citra illum dicit. Chriſtus ve
niens in maieſtate non apparebit. Ter
tia ẽ qꝛ ipſe ñ morieť i die iudicii qꝛ adhuc

videbit ieſum venientem: ⁊ tñ ipſe nō vi-
debit veniēs niſi reſurrectiōe ꝯſūata. vt hē
tur .j.cori.iij.c°. Quarta ē. Si tunc nō
erit mortuus poſtea nō morietur: q: dicit
apo⁹ ibidē ꝙ nouiſſima hora deſtruetur
mors. tñ q: eſt difficile. de hoc fidem adhi
bere q: beatus Joannes in hoc plus ha-
buit de priuilegio q̄ virgo beata ⁊ ipſemet
xp̄s. lȝ v̄ba euangelij hoc videātur ſona-
re. Jccirco hoc totum ē magis deo ꝯmit-
tendū ipi cuiꝫ nihil ē īpoſſibile. Nota
tamē ꝙ ſtatus ſctōꝝ ſunt quattuor. Et.
M Primus eſt. Cuius caro vidit corru
ptionem ⁊ mortem: ſicut patriarche qui
ſunt mortui ſine v̄ginitate. Secundus
ē. Quoꝝ caro vidit corruptionē: ſȝ non
mortē, ſicut Enoch. qui ſine v̄ginitate trāſ
latus eſt. Nam filios hūit ⁊ viuus trāſla-
tus fuit ⁊c̄. Tertius ē. Quoꝝ caro non
vidit corruptiōem: ſed bene mortem vt ca
ro xp̄i ⁊ marie virginis. Quartus eſt.
Quoꝝ caro non vidit corruptionem nec
mortem. vt caro bti Jo. euangeliſte: q: vir
go. Et viuus ē trāſlatus. Sed ē dubiū
I Quare in hoc btūs euangeliſta Jo. hūit
.ſ. maius priuiliū. q̄ xp̄s ⁊ btā Maria v̄
go. Dicendū ꝙ hoc non ē inconueniēs
ꝙ ſanct⁹ minor ⁊ inferior habeat aliqđ pri
uilegium qđ non hñt ſuperiores. q: talia
priuilegia nō faciunt ad felicitatē eēntialeȝ
vel ꝯſubſtātialem. ſȝ ad accidentalē. vnde
Maria mater xp̄i caruit ordine ſacerdo-
tali. q eſt ſumm⁹ nec eā xp̄s filius eius cō
ſecrauit. ſicut ſanctus petrus ⁊ nos: q̄ po-
tentia in nobis eſt dignitas magna ⁊c̄.
2ª ꝯſi° Uigeſima cōſideratio ē. de p̄ſagio ſue
reſurrectionis. Dixerat eīm quidam ꝙ ſi
cut Enoch. ⁊ Helias ſunt in finē ſecli vē
turi ad conuertendum mundū. ideo viui
ſunt tranſlati. Jta. b. Jo. viuus fuit tranſ
latus vt iudicium preueniat. Quia cum
btūs Aug. ⁊ ceteri ſancti diſtiguant tria
tpa. ſ. Nature. Legis. Et grē. Sed vnus
teſtis aſſūpt⁹ ē tpe legis nature ſic Enoch
Alius tpe legis ſcripte ſicut Helias. Jta
decens eſt vt tpe legis grē. 3⁹ aſſumatꝰ ad
quem magis expectat illa p̄dicatio. Et
ꝯfirmatur illa deductio: q: omnes qui in
ve. teſtamento viuentes tranſlati fuerunt
añ futuꝝ iudicium expectatꝰ. Et nō ē ma
ior rō de vno quā de alio. Jſta aūt ima
gina° ꝯfirmatꝰ quadruplici auctāte diuīe
ſcripture. Quaꝝ. Prima ē ap. c. x. vbi
dicebat ei angel⁹ oꝫ āt te iterū ꝓphetare
regibus ⁊ gentibus. ⁊ ꝑ pulis liguis mul
tis. Et tñ conſtat illud in ſuo regreſſu in
aſia. non fuiſſe ꝯpletum in vna ꝑuula ꝓ-
uincia. ⁊ ideo expectatur adhuc ꝯplēduꝫ
Scđa ē apli pauli ad theſo. 4°. Mortui
q i xp̄o ſūt reſurgēt p̄mi. deīn ait. Nos ſᵉ
qui viuimus. q reſidui ſumus rapiemur
⁊c̄. iſtud aūt non pōt dicere de ſeipſo in ꝑ
ſona ꝓpria cum ipſe ꝑnoſcet ſe non eē reſi
duum in aduentu xp̄i. imo de nūero mor-
tuoꝝ in xp̄o ſȝ ſicut eccl̄ia intelligit ipꝫ eē
locutum ſtigmatibus xp̄i ad mundū intē
ti in ꝑſona. b. Franciſci de illa reſiduita-
te in ꝑſona. b. Jo. euangeliſte ⁊c̄. Tertia
ē ſaluatoris di. Luc. 21. Amen dico vob
non p̄teribit ge. hec do. oīa fiāt ſȝ ſigna fu
tura xp̄i ad iudicium venientis. Conſtat
āt oēm illam gñatōeꝫ eē pteritam q̄ ad
oēm ptranſitum morꝫ p̄ter ipꝫ. Quar
ta ē. Eiuſdem dñi di. Mat. x. Amen di-
co vobis nō ꝯſumabūtur ciuitates iſrael
.ſ. diſcurrendo ꝑ oēs ciuitates iſrael per
actum predicationis donec filius homis
veniat illud āt nō pōt intelligi quo ad p̄-
dicationem apoſtoloꝝ primā. q: in omnē
terram exiuit ſonus eorum ſȝ p̄s. Et ideo
oꝫ ponere ſeām que termietur ad ſȝ aduē
tuꝫ xp̄i: vt itelligatꝰ ꝙ ſicut enoch ⁊ elias
venient tpe ante xp̄i. Jta beatus Joānes
facta pace ante tp̄s xp̄i aductus vt popu
lus reducatur ad deū ſicut beatus Joan-
nes baptiſta fuit miſſus añ primum aduē
tum iſtud tñ non ē certum. Jdeo firmiter
⁊c̄. Jdeo ē firmiter tendēdū ꝙ btūs io.
erit cum xp̄o in iudicio. ſicut iudicās ⁊ nō
ſicut iudicatus. ⁊ cū ipo illuſtriſſime remea
bit ad celum cū eo reuerſurus. ⁊ in perpe
tuū regnaturus. Qđ ēt nobis concedat
ieſus xp̄s dei ⁊ virginis filius: Amen.

¶ In eodē ſeſto: ſermo ſecundus.

Go Joānes vidi ciuitatē ſan-
ctam apocali. xxj. c°. Quſtatus



gratie in via precedit ſtatum glorie in pa
tria. ſm doctrinam ſaluatoris. Jccirco. b.
Jo. euangeliſta in verbo ꝓpoſito dupli-
ter cōmendatur. Et. Primo quantū
ad ſtatū meriti queꝫ habuit in eccl̄ia mili
tante. Cum premittitur. Ego Joannes
qui interpretatꝰ. in quo eſt gratia qua me-
diante qlȝ meretꝰ in via. de qua apo⁹. ait.
Grā dei ſum id ꝙ ſum ⁊c̄. Scđo quā
tum ad ſtatum p̄mij queꝫ habꝫ in eccleſia
triūphāte. Cū ſeqꝰ. Uidi ciuitatē ſcilȝ. i.
celeſtem patriam quādo fuit aſſumpt⁹ ſu
pra ipſam in montem magnum ⁊ altum
ut apoc. de qua ciuitate dī ibi. ꝙ nō eget
neqꝫ ſole: neqꝫ luna ⁊c̄. Circa cōmen-
dationem bti Jo. inſiſtendo quantuꝫ ad
iſtum duplicē ſtatuꝫ inducuntꝰ plures ar-
ticuli: Eius comendationis magnitudi-
arti. nem decorantes. Primus articulus ē
Quale fuit exordium ſue origis. Dī ꝙ
fuit germanus xp̄i conſanguineus p̄mus
ſicut Joannes bapᵃ. ſecundus q: fili⁹ ſa-
lome: que fuit ſoror matris xp̄i. ſi ē Ma-
ria cleophe: vt pȝ per Yſido. li°. ethicoꝝ.
Et ideo colligitur ad eius cōmendatiōeꝫ
Primo ꝙ fuit de gñe patriarcharuꝫ
a quibus habuit fidem veram ⁊c̄. Se-
cundo fuit de genere ꝓphetarum a qui-
bus habuit ſapientiam claram. Tertio
fuit de genere reguꝫ a quibus habuit cle
mentiam innatam. Quarto fuit de ge
nere ſacerdotum a quibus habuit ſactita
tem perfectam. Jdeo de omnibus dicit
ſapiens. Jſti ſunt viri miſericordie. quo-
rum iuſticie obliuionem non acceperunt
2⁹arti. cum ſemine eoꝝ permanent bona ⁊c̄.
Secundus articulus eſt. Quale fuit
meritum ſue vocationis qua fuit vocat⁹
a dño a maris litore ſicut petrus: vt dicitꝰ
in Mat. lȝ āt vocatio petri fuerit prior.
duritione tñ Joānes vocatus fuit prior
pfectiōe quadruplici rōne. P°. q: fuit
ſe iuuis xp̄m in iuuentute. ſicut petrus in
ſenectute magis autē laudatur virtus in
iuuenibus. q̄ in ſenibus. q: ſunt oēs incli
nati ad voluptates. ideo dixit Berzelaus
ad dd. ij. R̄e. Nunqđ vigent ſenſus mei
ad diſcernendum ⁊c̄. ſ. ꝓpter ſenectutem
Secundo q: ſic in prima vocatione ſi-
cut petrus in ſcđa monitiōe fuit cōuerſus
vide andreas ꝑus petrum informauerat
qñ inuenit eum: ⁊ duxit eum ad ieſum: vt
dī in ioanne ⁊c̄. Tertio. Q: petrus re
liquit ſolum bona fortune. ſ. nauim ⁊ re-
tia. ioannes autē non ſolum illa: ſed etiaꝫ
pro xp̄o bona nature. ſ. patrem ſuuꝫ: vt pȝ
in Mat. Quarto q: non ſolum pro-
pter xp̄m dimiſit patrē. quē. ſ. adiuuabat
ſed ēt matrem quā nutriebat: lȝ mater bo
nam habuerit patientiam: vt dicit ioānes 3⁹arti.
os auri ⁊c̄. Tertius articul⁹ ē. Quale
fuit p̄conium ſue deſponſatōis. Fuit eīm
ſua virginitas ſicut Marie ex hoc cōſecra-
ta. q: matrimonio adiuncta. Unde no
tandum ē ꝙ in ſacra ſcriptura. inueniūtꝰ
quattuor virginitates conſecrate. Quarū:
Prima fuit xp̄i. q: fuit informata ſa-
cramento incarnationis ꝙ eſt ſuper om-
nia alia ſacramenta. Scđa fuit Ma-
rie que fuit conſecrata matrimonij ſacra
mento cum ioſeph viro ſuo. Tertia fuit
ioſeph ne matrimonium virginis pona
tur claudicare a ſumma perfectione.
Quarta eſt virginitas ioannis euangeli-
ſte que fuit conſecrata ſacramento matri
monij qđ dñs confirmauit per ſuam p̄-
ſentiā ⁊c̄. Quartus articulus ē. Quā- 4⁹art.
tum fuit priuilegium ſue familiaritatis
ad xp̄m. Et dī ꝙ in quattuor myſterijs
dominus ſingularē familiaritatē oſtēdit.
Et. Primo in myſterio ſue transfigu-
ratōnis q: quando. ſ. voluit ſuam glām
manifeſtare non aſſumpſit niſi petrum ⁊
io. ⁊ iacobum. Secūdo. Jn myſterio reſur-
rectionis quando voluit puellā a mor-
tuis ſuſcitare. tunc non aſſumpſit ſecum
niſi illos tres apoſtolos vt habetur i euā
gelio. Tertio. Jn myſterio ſue oratōis
quando eīm voluit ſecrete orare tpe ſue
paſſionis illos tres tñ ad archanum ſue
orationis admiſit ⁊c̄. Quarto. Jn my
ſterio ſue finalis predicationis in cena.
q: petrus qui preceteris p̄cellebat in cena
non fuit auſus interrogare de proditoris
ꝑſona. niſi mediāte ioāne: vt pȝ in euan-
gelio. ideo appellatus ē in euāgelio diſci

5⁹ art. pulus quē diligebat ieſus. Quintus articulus eſt. Quale fuit priuilegiū ſue charitatis ad ieſum. Et dr̄ q̄ ſue charitatis excellentia que ē virtus precelſa. ex cauſis quatuor maxime declaratur. Primo q: xp̄s plus ceteris ipſum dilexit. vt p3 in euangelio. Sed ipſe diligit vnūquēq3. ſ3 q̄ plus ab eo diligitur. vt dr̄ in ioanne.

E Secundo q: plus de charitate q̄ ceteri locutus eſt: ex habūdātia autem cordis os loquit̄. vt ait dn̄s in euāgelio. Tertio q: plus ceteris charitatē dei erga nos recognouit. vt p3 in canonicis ſuis. Iſta ēt gratitudo ē filia charitatis ⁊c̄. Quarto q: ſpū prophetie plus floruit ceteris ꝓphetarū. iſta autem inſtructio attribuitur ſpūi ſancto qui eſt chraritas que diffuſa ē in cor. no. per ſpm̄ ſctm̄ qui datus eſt nobis. ſm apoᵐ. Sext⁹ articulus ē. Qua-

6⁹ art. le fuit priuilegium ſue puritatis excelſe q̄ quadruplici ſignaculo declaratur. Et.

Primo ex xp̄i familiaritate ſingulari qui mentes virgineas ſingulariter. ſibi ſociat: vt p3 in apoc. vbi dicit̄ virgines enī ſunt ipm̄ ſequunt̄ agnum ⁊c̄.

F Secundum ſignaculum eſt eius imortalitas. vn̄ btūs Hiero. dicit de ipſo q̄ ſicut fuit a dolore mortis alienus. ſic fuit a dolore carnis extraneus. Tertium eſt. Reuelationū ſublimitas. q: archana celeſtia ſol̄ purgatis mentibus aperiuntur iuxta illud beati mundo corde ⁊c̄. Quartum ē. Amoris integritas. q: xp̄3 ſuper omnia dilexit amore conſumante oēm ad modū3 ignis in eo in puritatem: ignis. n. iſte eſt purgatiuus ſūme: vt p3 p dio. de angelica ierar-

7⁹ ar. chia. Septimus articulus eſt. Quale fuit preconium ſue ſacratiſſime obdormitionis quando. ſ. ſuper pectus dn̄i in cena recubuit. In quo ſomno dulciſſimo fuerunt ei. quatuor myſteria reuelata. Et.

Primum fuit. Reuelationis aie xp̄i quā qui videbat intuebatur in ea omnē plenitudinem pulchritudinis eſſe in ipſa depictā. ideo dicit Jo. p°. vidimus gl̄iam

G eius ⁊c̄. Secundum fuit myſterium ſacratiſſime vnionis humanitatis ad verbum quā etiā angeli ignorauerūt. iō que-

rebāt in Iſa. tēpore aſcenſionis quis eſt iſte qui venit de edom ⁊c̄. Tertiū fuit: Mi. ſue ſacratiſſime incarnationis verbi ad naturam humanam. ideo dixit illud ineffabile Jo. j°. Verbū3 caro ⁊c̄. Ad cuius intelligentiam nullus alius potuit attingere ⁊c̄. Quartum fuit. Mi. ſupernaturalis emanationis diuinarum perſonarum ad inuicem ⁊ creaturarum a verbo. ideo dixit omnia per ipſum facta ſunt. Iſta aūt omnia ſine familiaritate ineffabili ei non potuerunt reuelari. q̄ ſatis eſt manifeſtum. Octauus articulus eſt. 8⁹ ar.

Quale fuit eius priuilegium in preſentia dominice paſſionis ſolus enim ip̄ ē inter diſcipulos dn̄i nobis potuit teſtificari. ex his que audierat ⁊ viderat nr̄e redēptōis ſacra. Et. Pᵐ fuit in crucis ſupplicio

Scōm fuit in mortis articulo.

Tertiū fuit in ſanguinis profluuio.

Quartū fuit in aque viue miraculo. Que quatuor intuitus ē oculis ſuis. vt nobis eēt certior teſtis. iō di. in euāglio. Et qui vidit teſtimonium perhibuit ⁊cetera.

Nonus articulus eſt. Quantū fuit ꝓ- 9⁹ ar.

uilegiū ſue ineffabilis ſubſtitutiōis. quādo fuit a xp̄o matri virgini in filium ſubſtitutus. qn̄. ſ. ſtabat iuxta crucem mater eius. In qua ſubſtitutione fuerunt ei data. quatuor inſignia. Quoꝝ. Primum fuit. q: ſcūs fuit v̓ginis filius ex ſingulariſſima gr̄a. ſicut xp̄s erat ei⁹ fili⁹ ex hūana natura p v̓bū xp̄i ſolo ſuo ſermōe oīa efficiētis. iuxta illud ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Scōm fuit. q: fact⁹ fuit frater dn̄i pp v̓itatē eternā ⁊ german⁹. ſ. v̓bi eterni ⁊c̄. Tertiū fuit. q: fact⁹ ē fili⁹ dei p̄ris p ſingulariſſimā gr̄am. ſicut xp̄s p naturā3 diuinā. l3 filiatiōe alteri⁹ rōnis ex germanitate quā ad xp̄m hūit. Quartū fuit: q: ſm iſtū reſpectū fuit fact⁹ dn̄s oīu3 angelorum: q: frater illi⁹ q oībus dn̄atur. Et illa ſunt iſignia ceteris nō ꝯceſſa. lic3

10⁹ ar. ſint yꝑbolica ⁊c̄. Decimus articulus ē. Quale fuit ei⁹ priuiliu3 in gaudio dn̄ice reſurrectiōis. In quo ē notādu3 q̄ ipſe floruit in quadruplici actu v̓tuoſo. Et. Primo actu diligētie inqſitiōis



I qn̄ quidē currebat ad monumentū cum petro. ſed ipſe citi⁹ precucurrit non v̓tus p̄iculū ad probandū articulū dn̄ice reſurrectiōis. Scōo actu firme adheſionis p fidē ad reſurrectiōis actū ⁊ argumētu3 qn̄ qn̄ introiuit in monumētū vidit ⁊ credidit firmiter. Quis dn̄m non inuenerat vt teſtat̄ ibidem. Tertio actu certe cognitiōis. q: nullus ali⁹ cognouit xp̄m qn̄ māifeſtauit ſe ad mare tyberiadis. donec dixit Jo. dn̄s eſt. vn̄ di. qui bn̄ amat de lōge noſcit. Quarto actu v̓tuoſe ꝓſecutiōis. qn̄ dn̄m ſequebat̄ inuitātē petrū ad paſſionē volēs ipſam donec audiuit. Sic eum volo manere donec veniā ⁊c̄.

11⁹ ar. Undecimus articulus ē. Quale fuit eius priuilium in operatiōe miraculoꝝ. Et dr̄ q̄ ipſe refulſit in quadruplici gn̄e miraculoꝝ. Et. Primo. In curatiōe

K iſirmoꝝ. q: cū petrō fecit illud miraculū ſollēniſſimum p q̄ iudei fuerūt cōuicti. d̄ illo claudo: vt p3 in act̄. Secundo. In tranſmutatiōe rerū precioſaꝝ ⁊ in reſtitutione: vt p3 in gēmis illoꝝ iuuenu3. ⁊ auro: ſicut mutauit dn̄s in eius nuptiis aquā in vinum. Tertio. in fugatione venenoſoꝝ. vt p3 in poculo ariſtodemi. vt impleret̄ in eo illud dcm̄ a dn̄o. Si mortiferū qd biberint ⁊c̄. Quarto. in ſuſcitatiōe mortuoꝝ. q: quatuor mortuos ſuſcitauit. ſ. duos p poculum iterfectos. Et iuuenem ⁊ druſianā. vnum plus ſuſcitauit q̄ xp̄s iuxta v̓bum xp̄i. Maiora horu3 faciet. Duodecimus articulus ē. Qua-

12⁹ art. le fuit eius martyrium. Et dr̄ q̄ quadruplex eſt martyrium. ſ. Primum in corpore ⁊ aīa. ſicut martyrium xp̄i.

L Secundum ē in aīa ſolu3. ſicut ē martyrium virginis. quando Simeon dixit tuā ipſius aīa3 ⁊c̄. Tertiū ē in corpore tm̄. ſicut illud beati ſtephani. Quartū ē. Nec in corpore nec in anima per mortem. ſed per quotidianam mortificatiōe3 vt ait b. Greg. beatus ioannes fuit martyr. ſo modo. ſicut beata v̓go. q: ibidem preſens fuit. Et etiam quarto modo ſm exēplum. b. Greg. ⁊c̄. Sed nunqd fuit martyr 3°. modo. Dr̄ q̄ ſic ante portā3 latinam. ⁊ in inſula pathmos quātum fuerat ex ſe. Ideo dixerat iacobo fratri ſuo. ⁊ ſibi dn̄s. Calicem quidem meum bibetis ⁊c̄. Et hoc itellexit p martyrium. ⁊ ſicut mr̄ dn̄i p̄ceteris fuit martyr. ſic iſte p eūdē modū: q: aīa patit̄ pluſquā corpus. ſ3 Ri. de arra ſpōſe: pena iferni ſi eēt voluntaria eēt facillima ⁊c̄. Tertiuſdecimus articulus ē. Quale fuit ei⁹ priuilegiū i ſui trāſlatiōe. Et dr̄ q̄ in ſacra ſcriptura iuenit̄ ꝓuiliu3 quadruplicis tranſlatiōis. Quaꝝ trāſlationu3. Pᵃ fuit 13 artl. ade i ſtatu inocētie. 2ᵃ fuit Enoch in ſtatu legis nature. 3ᵃ fuit Helie i ſtatu legis ſcripte. 4ᵃ fuit xp̄i poſt reſurrectionē in ſtatu gr̄e. Iſti⁹ āt trāſlatio non fuit ſic illa xp̄i. q: ioānes añ ſuā trāſlatiōe3 nō habuit corp⁹ incorruptibile. Nec ſicut Enoch ⁊ Helie. q: iſti dr̄r eē in p̄adiſo terreſtri. ioānes aūt vocat⁹ fuit a dn̄o vt eēt cū frib⁹ ſuis. S3 fuit ſic ade i ſtatu innocētie. q fuiſſ3 ſine morte trāſlatus ſi nō peccaſſet. Et ex hoc vt declaret̄ q̄ b. ioā. vixit. q. ſicut i ſtatu inocētie pp ei⁹ nimiā puritatē. Decimuſquart⁹ articulus ē. Quale fuit ei⁹ ꝓuilium i ſua imortalitate. Et hoc vide i p̄cedēti ſmone i articulo. 19°. ad lrām. I. Quintuſdecim⁹ articulus ē. Quale ē ei⁹ ꝓuiliu3 quātū ad ſ3 xp̄i aduēᵐ. Et hoc vide i p̄cedēti ſmōe i arti°. 20. ad lra3. K. Sextuſdecim⁹ articulus ē. Quale ē ei⁹ ꝓuilī3 i finali ꝯſūatōne. Et putat̄ ab aliqbus q̄ nūq̄ moriat̄.

M Et hoc. P° qn̄ agit̄ de morte enoch ⁊ helie in apoc. nō fit mētio de eius morte. 2°. q: a xp̄o. p eo dr̄ i euāglio. Sūt qdā de hic ſtātib⁹ q nō gu. morte. 3°. q: xp̄s dixit. Sic eū volo manere. ⁊ ex q̄ veneris null⁹ moriet̄. 4°. q: ipſe eēt i cōſcia. i. i v̓itate i pena de expectatiōe morꝭ future. ſic dr̄ d̄ lazaro. q̄ reſuſcitat⁹ a xp̄o nūq̄ fuit let⁹ pp mortē futurā. ⁊ ſic ioānes nō eēt

N p̄ſcē btūs. Circa ei⁹ ſ3 ſtatū. ſ. p̄mij. qō ſ3 i celo iſiſtēdo. Dectat̄ q̄ btūs io. h3 felicitatē nouē ordinū angeloꝝ v3. P⁹ ordinis angeloꝝ pp puritatē excellētiſſimā. q: iſtis angelis ſm Hiero. ē cognata v̓ginitas. ⁊ q̄ p̄ceteris purgāt̄. ſ3. b. dio.

Secundo ordinis archangelorum.qꝛ docuit angelos qđ pertinet ad archangelos ſcribens ſeptem angelis ſeptē eccleſiarum. vt pʒ in apoc. Tertio ordinis virtutum ꝓpter miracula ⁊ mirabilia q̄ fecit vt patuit ſupra. Quarto ordinis principatuum:qꝛ principes eccl̃ie.ſ. apl̃os docuit.⁊ illuſtrauit.ſicut faciunt principatus de mundi principibus ⁊c̃. Quinto ordinis ptãtum ad quos pertinet arcere demones:qꝛ fuit ei dictum. Dedi vobis ptãtem calcandi ſupra virtutem inimici ⁊c̃. Sexto ordinis dn̄ationū ad quos pertinet diſtinguere dn̄ationes ⁊ prelationes eccl̃ie in ſorte ſibi commiſſas. ⁊ diſtinxit ad modum ierarchie angelice. Septimo ordinis thronoꝝ in perſcrutatiõe diuinorum iudiciorum.qꝛ audiuit que locuta ſunt ſeptē tonitrua. ſʒ ea non ſcripſerit.ꝓpter malos vbi erant occulta dei iudicia vt colligitur ex apoc. Octauo ordinis cherubin:qꝛ illuminauit ſingulariſſime eccl̃iam ſua doctrina preceteris apoſtolis vt pʒ in euangelio ⁊ epl̃is ſuis.⁊ apoc. vbi fuerunt ei ineffabilia ac mirabilia reuelata. Nono ordinis ſeraphin ꝓpter ſuperhabundans incendium charitatis. Et per ꝯñs omnium alioꝝ habuerit felicitates. vt pʒ per Dio. de angelica ierarchia. Ad quas felicitates nos perducat ſuis meritis ieſus xp̃s. Amen.

¶ De eodem ſermo tertius.

Gratia ⁊ veritas per ieſum xp̄ʒ facta ē ⁊c. Joãnis p̄º. Jſtud verbum creditur fuiſſe Joãnis baptiſte vt ex textus ſerie declarat̃. Qꝛ vero Joãnes interpretatur in quo ē gratia.ſm Hiero.⁊ dictus ioannes euangeliſta inuenit gr̃am ſingulariter in conſpectu dñi noſtri ieſu chriſti. vt narrat textus euangelij.iccirco ad eius laudem declarandam aſſumitur verbum illud. In quo quidem verbo anima beati ioannis ſanctiſſima dupliciter demonſtratur illuſtrata.ſ. Primo quantum ad ſuam ꝑfectionem ſupernaturalem.qꝛ ſupmūdi aliter elleuata. Cuʒ premittitur. Gratia ⁊ veritas ⁊c. Secundo quantum ad ſuam perfectionem naturalem qua fuit primordialiter in eſſe producta.ſine termino formali. Cum ſequitur. Per ieſum xp̄ʒ facta eſt.i.hec anima creata fuit.de quibꝰ perfectionibus duabꝰ inducitur illud io.p̄º. Accepimus gr̃am pro gratia. Accepimus gratiā naturalis perfectionis. ꝓ gratia ſupernaturalis infuſſionis.i.gratiam gratis datam. propter gr̃am gratum facientem quaꝝ vtraqʒ perfectiſſime floruit in beato ioanne euangeliſta. vnde ſanctitatem perfectam ⁊ excellentem.btūs dio. appellat ipſam aīam ſanctā in quadā epl̃a ad ipſum in pathmos directa. ceteri aūt dicunt̃ ꝯſiter corpora ſācta: ſed ille ſingulariter aīa ſacta ꝓpter excellentiam ſanctitatis. Quia gr̃ b.io.comendat̃ ſub nomine gr̃e.iccirco ad eius gratiā declarandam.conſiderandi ſunt ſui ſtatus in quibus inuenitur diuina gr̃a.in eo ſingulariter claruiſſe. Et. Primus fuit ſtatus ſue gn̄ationis naturalis. in quo fuit ei collata gratia. vt naſceretur de ſtirpe regia dauid.in qua ꝓpter xp̄m fuit omnis natio benedicta. ꝙ aūt ipſe fuerit ex illa progenie ꝓbat̃ p iſido.in li.ºtri. vbi deſcribit originem ſuam. In illa aūt progenie fuit vna radix ſanctiſſima.ſ.b. Anna que ꝓpter celſitudinē ſue ſanctitatis vocat̃ a damaſceno laude digna ex qua nouem plante ſanctitatis pullularunt.

A ¶ Prima quaruʒ fuit Maria mater domini primogenita eius.
¶ Secunda fuit Maria cleophe.
¶ Tertia fuit Maria ſalome.
¶ Quarta fuit ſanctus ſanctoꝝ xp̄s.
¶ Quinta fuit Jacobus minor.
¶ Sexta Simon apoſtolus.
¶ Septima Judas apoſtolus.
¶ Octaua Jacobus zebedei.
¶ Nona Joãnes euāgeliſta. Ex Maria cleophe. Jacobus minor. Sed ex Maria ſalome.ioā.natus fuit. Et ſic.b.ioan. euangeliſta habuit p̄º. Auiaʒ ſantā ⁊ matrem ꝯ duas amitas ſanctas.ſʒ altera ſanctiſſima ꝫ.º quatuor conſanguineos ſctōs. ⁊ vnus ſanctus ſctōꝝ. ⁊ vnicum fratrem ſanctum.ſ.ſcm̄ iacobum maiorem. Jſti



progeniei de qua natus fuit conuenit illud dauiticū hec ē generatio querentium dn̄m.querentium faciem dei iacob. Et ꝓ illa gratia.beato Joā.collata.inducit̃ iſtō i.ſc.in figura vbi dicit̃ ꝙ dauid inuenit gratiaʒ corā dn̄o:ꝓ tota ſua ꝓgenie ⁊c̃.

.ſtat. Secūdus ſtatus fuit. Sue primordialis vocationis. In quo fuit ſibi collata.gratia quadruplicis priuilegij.q̄ habuit ſua cōuerſio.ante cōuerſionem.beati Petri. Et. Primo qꝛ fuit vocatꝰ iunior.magis eni ē gratum deo qui incipit ei ſeruire in iuuentute.q̄ꝫ in ſenectute.ſʒ Joãnes erat adoleſcēs ⁊ Petrus antiquus.vt colligit̃ ex euangelio.ꝑmo de Joãne. Adoleſcēs ꝗdam ſequebat̃ eū amictus ſyndone. ꝙ dictū eē creditur de Joãne. De petro aūt dr̄. Cū enim ſenueris altꝰ cinget te.⁊ hoc nō diſtauit multis annis. Scđo qꝛ fuit vocatus Innocentior.maioris.n.gratie eſt aliquem preſeruare a lapſu: q̄ꝫ reparare poſt lapſuʒ. vt pʒ in beata ꝟgine ⁊ magdalena. Cū.n. Jo.fuerit ſemꝑ innocentiſſimus vt habet̃ ex dicto beati. Hierony. Petrꝰ fuit ſenex.ꝙ dat itelligere ſaluator in Joãne quādo dixit ei. Cum eſſes iunior ⁊c̃. Tertio qꝛ eius ꝯuerſio fuit velocior. Petrus aūt ante q̄ꝫ vocaret̃ fuit predicatus a beato Andrea vt habet̃ in Joāne. Sʒ.b. Joā.euāgeliſta.prima vocatōe totaliter fuit cōuerſus vt pʒ in Matth.

Quarto.qꝛ eius conuerſio.fuit difficilior. Petrus eniʒ dimiſit ſola retia. Joānes aūt patrē ⁊ retia.ꝙ fuit pl̃s dimittere q̄ꝫ regnū.qꝛ amātior eſt pater.q̄ꝫ regnum. Ut adoleſcētibus ad dn̄m ſeruire cupientibus daret exēplum virtutis.⁊ ēt parentibus.vt hr̃.Matth.iiij. Et ideo bene figuratus fuit in Noe in ſua innocenti ꝯuerſione.q ꝓpter ſuā innocētiā ſolus inuenit gratiam corā dn̄o.vt habet̃ in geñ.

.ſta. Tertius ſtatus fuit ſue ſcđarie electionis.qñ de nuptijs fuit vocatus ſm Hieronymū. In qbꝰ vt credit̃.xp̄s fecit ꝑmū miraculum in quo ſtatu fuit ei colata gratia virginalis conſecrationis. Ubi eſt ſciēdū ꝙ quatuor virginitates inueniunt̃ ꝯſecrate in diuina ſcriptura.ſcꝭ. ſupra in ꝑcedenti ſermone. Articulo tertio. Et clarius in primo ſermone, huiꝰ feſti. Cōſideratione.iiij.d. Sicut.n.ſacramētum ꝯfeſſionis ꝑficit virtutem penitentie. Sic ſacramētum matrimonij perficit virtutem virginitatis. Et ideo.b. Jo.bene fuit figuratus per Joſeph. cui poſt virginitatem ſeruatam.deus dedit gratiam in conſpectu principis ⁊c̃. Quartus ſtatus fuit. 4ºſta. ſue puriſſime virginitatis. Ubi eſt ſciēdum ꝙ in no.teſtamento inueniūtur quatuor virginitates priuilegiate. Quaꝝ .ſ.

¶ Prima fuit virginis Marie.
¶ Secunda fuit virginitas Chriſti.
¶ Tertia fuit Joannis baptiſte.
¶ Quarta fuit Joannis euangeliſte.

Uirginitas autem Chriſti fuit virtuoſa. ad pugnam concupiſcentie refrenandam. quia in ſe non habuit talem pugnā ſed nos in eius virtute poſſumus in nobis talem pugnam refrenare. Sine me inquit nihil poteſtis facere i Jo.x. Uirginitas autem matris fuit virtuoſa. ad pugnam concupiſcentie preueniendam.ne inſurgeret.ſicut maioris virtutis ē bellum preuenire:q̄ꝫ ipſum cum difficultatem vincere. qꝛ nunquam talis pugna poteſt in ipſa.ſʒ non ſufficeret eius virginitas ad noſtras temptationes tollendas. Uirginitas autem Joānis baptiſte. fuit virtuoſa ad pugnam concupiſcentie.per modum fuge euadendam.ideo circa quinquennium fugit ad deſertum. Ne leui ſalteʒ macularet vitam ⁊c̃. Uirginitas autem Joānis euangeliſte fuit virtuoſa ad pugnā concupiſcentie ſine fuga ſuperādam. Et ideo inter homines ipſe viuens ⁊ Chriſtum ſequens illam in ſe ſeruauit vbi multipliciter puritas impugnatur. quapropter ē ſic laudabilius pugnas vincere q̄ꝫ ipſas per fugam declinare.licet aliud ſit tutius.

Et ideo in hoc fuit laudabilior.⁊ honorabilior virginitas Joannis euangeliſte q̄ꝫ Joannis baptiſte. vt ei propter ſue mentis puritatem conueniat illud ſapientie. Qui diligit cordis mundiciam habebit amicū regē meritoqʒ dicat̃ ei qđ dixit gabriel an.mři xp̄i inueniſti gr̃aʒ apđ dn̄m

5ᵘˢ sta. Quintus status fuit sue ardentissime charitatꝫ. Circa qđ ē itelligēdū ꝙ quatuor īueniunt̄ īsignia charitatꝫ ī aliq̄. quoꝝ.
Pᵐᵘᵐ ē. qñ de dilecto multū loquitur ex habūdātia eiꝫ cordis os loqtur. vt ait xp̄s in euāgelio. Et ita ī amicis: vt patet:
Scđm ē. qñ diligēs. dilecto insepabiliter cōicatur. vt vbi ē thesaurus tuus ibi.
D & cor tuū erit xp̄s ī euāgelio. Tertiū ē. qñ carus ītense cognoscit̄. q2 vulgo dr̄ q diu amat de lōge cognoscit ꝛc. Quartū ē. qñ ꝓ dilecto mors acceptat̄. Maiorē hāc dilectionē nemo hꝫ vt aīam suā ꝛc. vt ait dñs in Jo. Ista aūt insignia charitatꝫ hūit b. io. euāgelista. Et. Primū q2 de dilectiōe semꝑ loquebat̄ ī suis epl̄is vt pꝫ ī eisdē. Scđm vero q2 post resurrectionē xp̄m in littore apparentē sol9 agnouit. Tertiū q2 in passiōe plus xp̄m associauit. ꝛ post fugā oīum cuꝫ matre reuersus fuit solus. vt pꝫ ī euāgelio ꝛc. Quartū q2 querēti dño si poterat bibere ei9 calicē. i. subsinnere eādē mortē: ꝯfestiꝫ r̄ndit ꝙ sic. vt pꝫ ī euāglio. Et iō. b. io. fuit figuratus ꝑ danielē. q erāt vir desideriorū. i. sc: aphicoꝝ īcendioꝝ. sicut ioā. dedit ei grām dañ. p°. c°.
6ᵘˢ sta. Sextus status fuit sue singularissime familiaritatꝫ cum xp̄o. Circa qđ ē itelligēdum ꝙ lꝫ xp̄o. xij. apl̄i fuerūt sēꝑ familiaritate ꝯiuncti. iuxta illđ io. Jā nō dicā vos suos ꝛc. Tñ ī hac. s. familiaritate fuerūt quatuor gradus ſm quatuor mysteria eis a dño reuelata. Qui
Pº ī aliq̄bus secretꝫ admittebant̄ oēs
E vt pꝫ. qñ secreto. xij. discipulis reuelauit mysteriū sue passiōis ī Mat: vt pꝫ. Scđo ī alijs admittebant̄ tm̄ tres vt ī mysterio sue trāsfiguratiōis: vt pe. ia. ꝛ io. Tertio ī alijs tm̄ duo. vt ī mysterio sue resurrectiōis. qñ solus petrus ꝛ io. venerunt ad monumētū q p̄mo īuenerūt ꝟitatē resurrectiōis vt in ioāne. Quarto ī alijs tm̄ vnus. vt ī mysterio īcarnatiōis. q2 soluꝫ io. euāgeliste fuit reuelatū ī cena. sic tenet eccl̄ia. vñ ip̄e erat de cōsilio sūme stricto. Et ista familiaritas fuit maximū signuꝫ duplice dilectiōis ad eū ꝛ ecōuerso. Uñ xp̄s diu fuit figuratus ꝑ illū p̄censam̄t.

cū quo inēit grāꝫ ruth. i. vidēs significātiam. b. io. euāgeliste. q vt aqla solē in reuerberatis oculis ē intuitus diuinitatem.
7ᵘˢ sta. Septim9 status fuit sue felicis obdormitiōis. in q̄ credit̄ vidisse diuinā eēntiaꝫ sine cui9 visione nō potuissꝫ intelligēꝟbi nām quā ī p̄n° sui euangelij sic expressit:
Intelligēdū ē tñ ꝙ quatuor hoīes īueniunt̄ ī sacra scriptura de qbus sit aliqua mētio ꝙ viderūt diuinitatē. Quoꝝ.
¶ Prim9 fuit Moyses.
¶ Secundus fuit Isaias.
¶ Tertius fuit Paulus.
F ¶ Quartus fuit Joānes euangelista.
¶ Sꝫ p̄m9 vidit diuitātē. sic vr̄ res ī ydolo. q2 ſꝫ Aug. de tri. De9 loq̄bat̄ moysi ꝑ subiectā creaturā. ī qua relucet creatoris ymago. iō dixit ei dñs ī nūeris. faciē meaꝫ vidē nō poteris. cū tñ loq̄ret̄ ei facie ad faciē. sic solet loq hō ad amicū suū. Secūdus ſpāꝫ vidit. sicut res appꝫ ī sōno. q2 ſꝫ Hiero. illa visio fuit ymaginaria. sicut in sōno. lꝫ nō solū. Terti9 vidit sicut res vr̄ ī speculo. vñ dr̄. quasi glīaꝫ dñi speculātes. reuelata facie ꝛc. Quart9 vidit. sicut res q̄ vr̄ ī euidēti speculo. Jo. istas alias nō vidit ī sōno. ſꝫ glīaꝫ ꝟbi. dicēs vidim9 glīam ei9. glīam. q. vnigeniti ꝛc:
Uñ post istā visionē. ita alte ꝟbi diuitatē itonuit. ꝙ eū totus mūd9 itelligē nō potuit. ſꝫ Aug. iō bñ dr̄. vidēs deū sic facie ad faciē. Jō fuit figuratus ꝑ moysē ī exo. Cui dcm̄ fuit a dño iuenisti grāꝫ corā me ꝛc.
8ᵘˢ sta. Octauus stat9 fuit sue dure passiōis. Ip̄e eīm ꝟe fuit martyr. sicut ait Greg. ī dialogo. q2 xp̄s ꝓmisit ei in euāgelio ꝙ calicē ei9 biberet. Est tñ itelligēdū ꝙ quatuor sūt martyrij gñā. vt pꝫ ī pcedenti ſmone ī articulo. iz. Et ista. Et ī p°. ſmōe h9: ꝯsideratiōe. i6.
Quartus eſt. Baptiſmus ſanguinis animam renouans. quando quis morit̄ pro fide. de quo loquitur ſaluator Luc. 12 bap° habeo baptizari. ⁊ coarctor vſqꝫ ꝙ perficiatur. q2 paſſionem deſiderabat. ſo- lus autem baptiſmus fluminis. animam perficiens dicitur ſacramentum. vt habe tur. iiij° ſer. d. pa. Tertius articulus ē. Quare baptiſmus fluminis ad cetera ba ptiſmata cōparatur. Circa quē articuluꝫ p̄ mittunt̄ due v̄itates. Quaꝝ. Prima ē. ꝙ bap⁹ xp̄i comparatur ad baptiſmū ioā nis. ſicut ad illud qd̄ euacuat. q2 aduenie te xp̄i baptiſmate. bap⁹ ioānis ceſſauit. vt habet̄ act. xix. c°. q2m paulus baptizatus fuit poſt baptiſmū ioannis. Secunda ē. ꝙ baptiſm⁹ fluminis comparatur ad ba- ptiſmū ſanguinis. ſicut ad illud. ꝙ neceſ- ſario nō p̄cedit. q2 qui ꝓ fide morit̄: q̄uis non fuerit baptizatus ſaluatur. baptiza- tus in ſanguine ꝓprio vt habet̄ exēplum d btā emerētia⁹ btē agnetis colectanea. Qd̄ aūt ſiñ bap° ſaluat paſſio ſuſcepta pro xp̄o iducit̄ Aug. i. iiij. ſnīaꝝ. d. iiija. Sed bap⁹ q ſolū ē ſacrm ad bapm flamis qua druplicer cōpatur. Et. Aliqꝫ bap⁹ flu mis p̄cedit baptiſmū flamis. ſicut q2m qs fictus accedit ad baptiſmum ⁊ poſtea de fictione conterritur. tunc eniꝫ recipit gra tiam ſpiritusſancti. ⁊ non in baptiſmo. vt notatur. quarto. ſ. Quandoqꝫ baptiſ- mus flamis precedit. q2 ſiquis baptiſmuꝫ flaminis non poteſt cōſequi quocūqꝫ cāu ipeditus ſufficit ei ſola cōtritio ſꝫ regulā

3 arti.

B

beati Cypriani que ponitur in .4. ſ. d.
4. vnde diſcipuli quibus predicauit Pe
trus act. x. prius acceperunt ſpm ſanctuz
ꝙ eſſent baptizati ꝛc. Quãqȝ bapꝰ fla
minis cõcomitat. ꝛ iſtud eſt de cõi lege
niſi quis ponat obicem. ſicut patuit in ba
ptizatis a paulo act. x. qui cũ baptiſmate
receperunt ſpm ſanctum vt docetur ibi
dem. Quãqȝ bapꝰ flaminis non precedit
nec concõitatur. nec ſequitur. ſicut in illo.
qui cum fictione ſua moritur. ſicut habet
4ꝰ art. de ſimone mago: qui fuit baptizatꝰ act.
8. ſed tamen fuit primo fictus. Quar
tus articulus ẽ. Quis iſtorũ baptiſmatũ
ẽ efficatior ad abluendum animaȝ. Et dĩ
ꝙ iſta quartuor baptiſmata ſunt in qua
A drupliei gradu in habitudine ad animã.
Eſt enim. Primus quidam Bapꝰ q
nullam delet culpam. nec penam. ſicut ba
ptiſmus io. quando erat. nec peccata di
mittebat. nec gram conferebat. vt habet
in. 4. ſ. d. 2ª. Secundo quidaȝ delet. ſȝ
non penam. ſicut bapꝰ flaminis. qꝛ ille cõ
comittatur oĩa ſacra noue legis in qbus
conſtat conferri gram ſpũſancti ꝛ tamẽ
in ſacro pnie non remittitur pena. ideo i
ponitur: vt pȝ per Hieronymum ꝛ ha
betur de pnia. di. p. cº. Menſuram.

Tertio quidam delet culpam ꝛ penã
quo ad preterita. ſicut bapꝰ fluminis. vnde
dicit Ambº ſuper epiſtolam ad ro. ꝙ p
ſolam fideȝ ſine gemitu omnia in baptiſ
mo condonantur. ꝛ habetur de conſe. di.
4. cº. ſine pnia. Quarto quidam delet
penam ꝛ culpam non ſolum quo ad pre
terita. ſed etiaȝ quo ad futura. ſicut bapꝰ
ſanguinis. vnde talis baptizatus vnq̃ cul
pam nec penam exſoluet. Unde dicit Au
gu. de vnico baptiſmo ꝙ qui in eccleſia
ſanguinem fundunt. vitam eternam etiã
ſine baptiſmate accipiũt. In tali ãt bapº
omnia ſacra complectuntur. vt dĩ. 4. ſ.
d. quarta. De iſto bapº locutus fuit xp̃s
iacobo ꝛ ioanni. qui tunc dixit eis baptiſ
mo. quo ego baptizo baptizabimini ꝛc.
5ꝰ art. Quintus articulus ẽ. Si anima nr̃a
poteſt ſine baptiſmo ablui a ſordibꝰ ſuis
Et dĩ ꝙ cum anima nr̃a cõiter per ſacra

mentum pnie a ſordibus abluat. tamẽ qꝛ
bapꝰ flaminis ipm ſacrm ſemper debite cõ
cõitatur ſicut ꝛ cetera ſacramenta eccle.
ideo ſine bapº flaminis non fit remiſſio pec
catorum ſaltem mortalium quantum ad
culpam. ſed quantum ad penã. diuiſa cul
pa in fluminis baptiſmate. vbi ſunt quatu
or remedia requirenda. Quoꝝ Pri
B mum ẽ. Effuſio lachrymaꝝ in animi cõ
punctiõe. cum quis recordatur de peccatis
ſuis. dĩ. cum propheta recedete a me ama
re flebo ꝛc. Secundum ẽ. Membroꝝ
attenuatio in corpis mortificatione. ſicut
dicit pſ. poſui veſtimẽtũ meũ ciliciuȝ ꝛ ci
nerẽ tanq̃ panem manducabam. Ter
tium ẽ. elemoſynaꝝ elargitio. in uni e pro
ſecutione. qꝛ ſicut aqua extinguit ignẽ. ita
elemoſyna peccatum. vnde Luc. xi. date
elemoſynam. ꝛ ecce omnia munda ſunt
vobis. Quartum ẽ. Precum multi
plicatio in deuota oratõe ſicut Moyſes
multiplicãdo pces ad dñm meruit veniã
pro totius ppli ſcelere. vt habetur exo. 33.
cº. Per iſta quatuor remedia fuerũt li
C berati in ſacra ſcriptura quatuor magni
reges. Quoꝝ. Primus fuit. Dauid q
diu fleuit. dĩ. mihi fuerunt lachryme mee
panes die ac nocte. Et iterum lauabo p
ſingulas noctes lectum meum. Et idõ fuit
ei dictum tranſlatum ẽ peccatum tuum.

Secundus fuit. Achab qui poſt mul
ta peccata operuit cilicio carnem ſuam. ꝛ
ieiunauit ac dormiuit i ſacco ambulauit
qȝ demiſſo capite. ꝛ ſic fuit miſericordiam
conſecutus: vt habetur. 3. re. 22. capitulo.

Tertius fuit. Nabochadonoſor. Cui
dictum fuit per prophetã conſilium meũ
tibi placeat. o rex. peccata tua elemoſynis
reddime. ꝛ iniquitates tuas in miſericor
dijs pauperum. Dan. 4. ꝛ ſic fuit miſeri
cordiam conſecutus. Quartus fuit.
Sedechias rex qui orauit ad dñm oratio
ne deuotiſſima. q̃ oro in fine ſo p ali. cõ
tinetur ꝛ ſic fuit miſericordiam conſecutꝰ
Cum tamen eſſet peccator omnium pec
catorum maximus ꝛc. Sextus articu
lus ẽ. Quãqȝ ſacramentum baptiſmi fuit 6ꝰ art.
inſtitutum. Et dĩ ꝙ inuenitur baptiſmi



ſacramentum. ĩn quatuor tpa varie pro
latum. Et. Primo fuit inſtitutuȝ qua
ſi ſub rõne preambuli qñ. ſ. ioannes cepit
predicare baptiſmum pnie. vt habetur in
Mat. ꝛ iſte quidem baptiſmus non fuit
niſi quoddã preambulum ad baptiſmum
xp̃i. vt habetur. iiij. ſ. d. ij ª. Secundo
fuit inſtitutus quaſi in rõne myſterij quã
do. ſ. xp̃s fuit baptizatus: vt hẽtur Luc.
3ᵒ qꝛ tunc contulit aqs vĩtutem regñati
uam ſanctificans eas. cum tactu ſue mun
diſſime carnis: vt dicit Ambº ꝛc. Ter
tio fuit inſtitutus in rõne quaſi conſilij. ſ.
quando xp̃s miſit diſcipulos ſuos bapti
re Jo. iiij. qꝛ ex parte baptiſmus nonduȝ
fuerat ſub precepto ſaltem vniuerſali datꝰ

Quarto fuit inſtitutus ſub modo pre
cepti Mar. vltº. quãdo xp̃s dixit apoſto
lis. Euntes in mundum vniuerſum ꝛc. Et
iſta fuit vltima inſtitutio. ꝛ ſic baptiſmꝰ
ante tp̃s ioãnis ſimplr fuit inutilis. qꝛ etiã
nulli conſultum. In tpe ioãnis baptiſte
fuit meritorius non ex ſ. ſed ex fide. Sed i
tpe xp̃i non ſolum ex fide. ſed ex ſ. qꝛ verũ
reputatur fuiſſe ſacramentum. ſed non oĩ
bus neceſſariũ. Poſt aſcenſionem autem
ẽ neceſſariũ ſimplr ad ſalutẽ. Circũci
ſio vo añ xp̃i pdicationẽ fuit euacuata vt
nõ eẽt neceſſaria. lȝ forte vtilis qꝛ ſynago
ga nondum erat ſepulta. poſt xp̃i mortem
ſolum fuit permiſſa. qꝛ xp̃i mors euacua
uit omnia legalia. Sed poſt euangelij di
uulgationem fuit firmiter ꝓhibita. vñ
dicit apoꝰ. ad Gal. 5. Si circumcidimini
xp̃s vt vobis prodeſt. vnde addit ibi pro
baptiſmate. In xp̃o enim ieſu neqȝ circũ
ciſio aliqd neqȝ ꝛc. Septimus articu
7ꝰ art. lus ẽ. Ubi iſtud ſacramentum fuit ordina
tum. Dr̃ ꝙ a quatuor euãgeliſtis notant
quatuor loca inſtitutiõis baptiſmi. Naȝ.
Primo btũs Marchus notat mon
tem tabor. qꝛ credimus eſſe illc mons i q̃
fuit dñs trãſfiguratus. q eſt in galilea ad
quẽ miſit xp̃s. xi. diſcipulos videre poſt re
ſurrectionem. ibi enim dixit eis xp̃s. Eun
tes in mundum ꝛc. Secundo beatus
Mat notat. Montẽ oliueti. qꝛ preceptuȝ
baptiſmi dedit qñ celum aſcẽdit Mat.

Aſcendit autem a monte oliueti act. pº
Tertio notat beatus Lucas. Betha
niam. vnde dicit dñm inde aſſumptum.
Luc. xxiiij. ꝛ ibi dedit pceptum de baptiſ
mo. ipa enim bethania erat in aliqua par
te montis oliueti. vt narrant hyſtorie.
Quarto notat btũs Joannes ciuita
tem hieruſalem in qua venit ad xp̃m Ni
chodemus nocte. quãdo dixit ei. niſi quis
renatus fuerit ex aqua ꝛc. Intelligen
dum ẽ autem ꝙ iſta quatuor loca huic ſa
cramento conueniunt ſpũaliter. Et.
Primo Mons tabor qꝛ ſicut fuit ibi
xp̃us ſplendidus factus corporaliter. ſic
anima fit in baptiſmo ſplendida virtuali
ter per virtutes ꝛ dona que ei infundun
tur. Secundo Mons oliueti qꝛ ſicut
xp̃us inde aſcendit in celuȝ ſic anima eiꝰ
qui moritur in gratia baptiſmali per pec
catum non obnubilata mox volat ad ce
lum. Tertio Bethania qꝛ ſicut xp̃s ibi
lazarum reſuſcitauit a mortuis. Sic in
baptiſmo reſuſcitat animam peremptam
plaga originali. Quarto Hieruſalem
qꝛ dicitur ciuitas pacis: qꝛ in ſacramen
to iſto reconciliatur anima que in ira dei
fuerat concepta. ideo dicit apoſtolus ad
Gal. 3º Omnes q in xp̃o baptizati eſtis
xp̃m induiſtis ꝛc. Octauus articulus
eſt. Qui ſunt iſtius ſacramenti effectus. 8ꝰ art.
Et dicitur ꝙ quatuor. Primus ẽ ca
racter qui imprimitur ſemper quãtũcũqȝ
ficto: vt habetur extra de baptiſmo ꝛ eius
effectu. Secũdus ẽ. Fides infuſa. qꝛ cui F
cunqȝ nõ ficto infundit fides. iiij. ſ. d. 4.
Tertius ẽ gra que dat paruulis p quaȝ
ꝓmerẽt vitã eternã. vt hẽtur. iiij. ſ. d. 5.
Quartus ẽ innocẽtia. qꝛ qcũqȝ bapti
zatur purgat tã alabe pcti originalis q̃
actualis. tã venialis q̃ mortalis vt eius
aĩa ſit in tãtã innocẽtia de pñti in quãta
fuerit creata aĩa ante remiſſa omnĩ culpa
vt hẽtur. iiij. ſ. d. iiij. Illi quatuor effe
ctus ẽ hñt p ordinem indelebilitate. Et.
Primus effectus ẽ idelibilis. qꝛ cara
cter ẽ ſignum oĩo indelebile. & in dãnatiſ
aut degradatis: aut excõicati: aut ſceleſtis
Secundus effectus ẽ indelebilis. niſi

A nobiſcum hereſis. qꝛ nullum aliud peccatū mortale fidē delere pōt. vt notat. 3. ſ. vbi de fide agitur. Tertius effectus delet per quodcūqꝫ peccatū mortale. qꝛ gratia diuina cum aliquo peccato mortali ſtare non poteſt. ſicut nec vita cum morte vt ibidem.

Quartus effectus. ſ. innocentie delet ſolum per peccatum veniale. qꝛ nullus talis ē ſimpliciter innocens vt habet in ꝓphetia. ideo ꝓs iſtud ſacramentum deſiderās ꝛ ſi ſig. dicit. Aſperges me dñe yſopo ꝛ mū

9 art. dabor ꝛc. Nonus articulus eſt. Que ſunt priuilegia gr̄e baptiſmalis. Et dī q̄ habet quatuor priuilegia vltra grām alio rum ſacramentorum. Et. Primum ē

B Anime virginitas. qꝛ poſt regenerationem baptiſmi amiſſa gr̄a per peccatum mortale quāuis anima recōcilietur per grām pn̄ia lez: tn̄ nunquā efficitur virgo. qꝛ quicūqꝫ fuit corrupta. ergo ſolum cū prima gr̄a baptiſmali durat virginitas aīe qua amiſſa nullatenus recuperari poteſt. Secundum ē. Ad permanendum facilitas. quia quādiu hō eſt in gr̄a baptiſmali faciliter in bono perſeuerat. qꝛ fomes peccati per baptiſmum remittitur. qō per peccatū mortale poſtea prouocatur. ꝛ ideo quāto magis per malorum iterationem ab hac gr̄a elongamur. tam minus ydonei ad perſeuerandū efficimur. Tertium eſt. Ad reſiſtendū viuacitas. qꝛ illam armaturā quā maxime hoſtis formidat. ex quo enim ſemel vicit ad ipugnādū inualeſcit. Et iō dicit beatus Jaco. reſiſtite diabolo ꝛ fugiet a vobis ꝛc. Quartū ē. Feſtinata felicitas qꝛ q in gr̄a baptiſmali moriunt a ſolis venialibus purgant. ꝛ flāmam faciliter trāſeunt quā apoſ ad cori. cōpat flāme ligni vel feni. aut ſtipule quaſi rapti trāſeuntes.

Iſte aūt tales aīe. que in gr̄a moriunt ſunt iſte virgines que ſecuntur agnū quocunqꝫ ierit. vt hētur in apoc. Et iō qꝛ talem decorē nullatenus poſſumus recuperare. eo q̄ ſacrm̄ baptiſmi nō eſt licitū iterari multū debem⁹ dolere. ꝛ ab eius elōgatione cauere ꝛc. Intelligendum eſt

D tn̄ q̄. Aliqui moriunt in gr̄a baptiſmali nō obnubilatam per peccatum veniale. nec exercitata per actus meritorios ſicut paruuli. ꝛ ideo hn̄t remiſſā gl̄iaꝫ ꝛ nullā penā ꝛc. Alij in eadē gr̄a obnubilata ꝛ ſi exercitata moriunt q̄ venialr̄ peccauerūt ꝛ ſi egerūt opa meritoria. ꝛ iſti hn̄t remiſſam gl̄iam ꝛ modicā penā. Aliqui in eadeꝫ gr̄a obnubilata ꝛ exercitata moriuntur. qꝛ venialiter peccauerūt ꝛ opa exercuerunt. ꝛ tales habēt magnā gl̄iam ꝛ modicā penam. Aliq in eadem gr̄a nō obnubilata nec exercitata. qꝛ nec venialiter peccauerūt. ꝛ bona opa fecerūt. poſt baptiſmū. Si tn̄ ſūt aliq ī vita iſta rariſſima. ꝛ tales habebunt magnam gl̄iam ꝛ nullā penā. p̄ qbus dicit balaam. 24. numerorū moriatur aīa mea morte iuſtorū ꝛ fiant nouiſſima mea horum ſimilia ꝛc.

10 Decimus articulus ē. Que ſunt iſtius in proceſſibilis ſacramenti inſignia. Et dicitur q̄ ſunt quatuor. Et. Primū ē. permiſſas in proceſſibilis. qꝛ ipm̄ eſt ianua omnium ſacroꝝ vt nullū aliorꝫ aliqd proficiat niſi iſto pmiſſo. vt notatur. 4. ſ. d. 4.

Scōm ē vniuerſalitas interminabilis qꝛ ē omnibus hoībus ꝛ mulieribus cuiuſcūqꝫ etatis ꝛ conditionis cōis. vt habetur. 4. ſ. circa principium. Tertium ē Facilitas in executabilis. qꝛ ſine vlla difficultate iſtud ſacrm̄ gl̄z conſeq poteſt rōne materie cōis. ſ. aque: ē etiā tn̄ modo facilis. vt habet ibidē. Quartū ē neceſſitas ineuitabilis. qꝛ lꝫ ſiñ alijs ſacris ſine illo tamen nullus ſaluari pōt. vnde dī io. 3. Niſi quis renatus fuerit ꝛcetera.

11 art. Undecimus articulus ē. Que ſūt iſti⁹ ſacramenti cerimonialia. Dicedū q̄ ibi reperiuntur quatuor. cerimonie principales. Quarū. Prima ē. De immerſiōe trina q̄ fidem trinitatis deſignat. vt hētur de cōſe. d. 4. c. de trina. ꝛ c. eodē modo. Aut fit ꝑꝑ triduum ſepulture xp̄i. dī. apoſtolo cōſepulti ſumus xp̄o per baptiſmū in morte ꝛc. Scōa ē. De inunctiōe bina. inungit eim ſaliua ꝛ criſmate. quorum vtrūqꝫ fit in ſignum virtutis q̄ dat cōtra inimicū. vt habet de conſe. dī. iiij. c. poſtea ꝛc. Tertia ē. De ꝯditione a materia. qꝛ ſal benedictū in os eī⁹ a ſacerdote mit



titur. vbi ſapīa ꝛ incorruptio deſignatur vt hētur de ꝯſe. dī. 4. c. vt hūc. ꝛ. c. ſal.

Quarta ē. De inſufflatiōe multiplici. que baptizādus ex ſufflat. vt virtus inimici ab eo expellat. ſm̄ b. Aug. de ſymbolo ꝛ de ꝯſe. dī. 4. c. Ecce ſicut noſter. Iſtis aūt premiſſis cerimonijs induit baptizandus veſte cādida in xp̄iano innocētiā deſignāte. vt hētur de ꝯſe. dī. iiij. c. poſt baptiſmū ꝛ ē auctoritas rabani ꝛc. Duode

12 art. cimus articulus ē. Que ſunt iſtius ſacri miracula. Et dī q̄ in ſacra ſcriptura inueniuntur quatuor. ſ. miracula baptizata.

1. Quorū. Primū fuit baptiſmus xp̄i in quo fuerūt tria miracula. primū fuit apertio celi. que deſignat q̄ per baptiſmum ianua celi. p⁹ nobis aperitur ꝛ gl̄ia promittit.

2 Scōm fuit patris ꝓlatio dī. hic eſt filius meus dilectus. que deſignauit adoptionē. quia qlꝫ cū baptizat in dei filiū adoptatur ꝛc. Tertium fuit. Spūſſa. i. eī viſibilis deſcenſio in ſpē columbe. que deſignat q̄ omni baptiſmo debite ſuſcepto mittit inuiſibiliter ſpūſſanctus. De quibus tribus miraculis hētur Mat. 22. c. ꝛ ſabat. 2. c. Scōm baptiſmum miraculoſum fuit baptiſm⁹ eunuchi ethyopis de quo hētur act. 8. quem cū baptizaſſet eum philippus ſpūs rapuit philippum ꝛ amplius non vidit eum eunuchus. Et ideo ibat per viam ſuā gaudens. qꝛ datum fuit ſibi intelligere. q̄ virtus baptiſmi facit euolare. ſicut phylippus fuit ab eo miraculoſe ſublatus. Tertium fuit pauli apoſtoli de quo hētur act. 9. vbi dī q̄ cōfeſtim ante baptiſmū. ceciderunt ab oculis eius tanq̄ ſquame ꝛ viſum recepit. qꝛ null⁹ adultus licite baptizatur. niſi prius illuminetur. vt pꝫ de conſe. dī iiij. c. plurib⁹ ꝛc.

Quartus fuit bap⁹ cornelij cēturiōis in quo per miraculum fuit petro oſtēſum ſacramentum baptiſmi oībus gentibus eſſe cōmune. vt habetur act. xj. Et ſimilr habetur idē de paulo. c. 19. Tertiuſdecimus ē. Quare xp̄s fuit baptizatus. Circa

13 art. qō aſſignant quatuor rōes. Prima ratio eſt. Regulatio legis nature. qꝛ regula iuris naturalis ē. vt vnuſqſqꝫ q ius in alter um ſtatuerit: ipſe eodē iure vtatur. ꝛ

A ſic. qꝛ legē baptiſmi oībus vitam ſtatuit. ipſe eadem lege vti voluit qō decens fuit.

Secunda ratio fuit. Euacuatio legis moſayce. qꝛ ex quo noue legis ſacra in ſe ſuſcepit preteriti legis obligationes abſoluit. cū nouis ſtatutis ſuꝑuenientibus vetera ꝓhibentur. vt hētur in euangelio ꝛc.

Tertia rō ē. Nobilitatio legis euāgelice. qꝛ ſi tn̄ voluit legem moſaycaꝫ ꝛ ſynagogaꝫ quā repudiauit honorare vt circuncisionem in ſe ſuſciperet multo magis voluit honorare legem euangelicam ꝛ eccleſiam quā ſuſcepit in ſponſam accipiendo baptiſmum ꝛc. Quarta rō ē. Sanctificatio aque materialis tactu ſue mundiſſime carnis. ꝛ iſtas rōnes aſſignat auctores in octaua epiphanie. Iſtud autē ſacramentum fuit figuratum in ve. teſtamēto dī. beato petro in canonica ſua. in c. 3. Qō ſicut in diebus noe octo anime ſalue facte ſunt per aquam ſic nos fecit baptiſmus ꝛ aqua baptiſmi. Qō nobis ꝯcedat xp̄s ieſus dei ꝛ virginis fili⁹. Amē.

## De eodem ſermo ſecundus

Baptizatus ieſus confeſtim deſcendit de aqua Mat. iij. ca.

Quia ſm̄ doctrinam. b. Aug. de vera relī. vita xp̄i ita fuit totius ꝓfeſſionis exēplar. vt nullus poſſit peccare niſi odiēdo qō ipſe dilexit. aut diligēdo qō ipſe odiuit. Nullus recte agit niſi faciendo q̄ ipſe. ſ. monuit: aut non faciendo q̄ ipſe prohibuit. Idcirco vt ſuo nos exēplo ad ſtatum ſalutis induceret ſacramentum baptiſmi ſine vlla indigentia in ſeipſo recipere voluit. vt prius faceret q̄ doceret. ſecundum illud Luc. in act. Cepit ieſus prius facere q̄ docere. Et ſecundum h̄ xp̄i baptiſmus dupliciter deſcribitur. Et.

Primo quantum ad baptizātis actū tranſeuntem. quo fuit baptizatus. Secundo quantū ad baptizātis fructum cōſequentē. qꝛ cōfeſtim aſcendit de aqua ꝛc.

Non q xp̄s ex ſuo baptiſmate aliquez fructū nouūz ſibi pcipet. ſed q2 aſcenſus eius pfigurabat eleuationem qua eleuat anima noſtra in ſacramēto baptiſmi a ſtatu infime culpe mortalis ad ſtatum pcelſe gr̄e et vite ſupnaturalis. Iſta āt aſcenſio fuit figurata p illam qua aſcenderunt filij iſrael de egypto tenebroſo deſignāte ſtatum culpe ad deſertum in quo ſignat ſtatus gr̄e. Tum q2 ibi diuina maieſtas. fuit reuelata. Tū q2 fuit ibi lex data. Tū q2 ibi diuinitas adorata. Tum q2 eſca angelorum cōlocata iuxta illud pſalmiſte panem āgelorū mādu cauit homo. De iſta aſcenſione hētur oſee. 2°. Circa iſtam mām. De xp̄i baptiſmate. Cuius hodie memoria agitur ſunt plures articuli ptractādi. Quorum.

1ꝰ artı. Primus articulus ē. Quid ē baptiſmus in gn̄ali. Et df q baptiſmus ē ſacr̄m noue legis. pº ſctificans animā. Qd̄ āt ſit ſacr̄m pz. q2 vt ait Hugo de ſacris. q2 eſt inuiſibilis gr̄e viſibiliſ forma. Sed q ſit ſacr̄m noue legis pz. q2 fuit a xp̄o inſtitutus. vt hētur in Mar. ſicut circunciſio in ve. teſtamēto fuerat colla tāquā remedium contra originale peccatuz. Sic et baptiſmus in no. teſtamēto.

Qd̄ āt ſit pmo ſctificās alaz pz. q2 cetera ſacra ſunt ordie effectuali ipo baptiſmate poſteriora. ideo df ianua ſacrorum quia nō niſi p ipm intrari poteſt ad alia ideo dicit dn̄s in ioāne. Qui non intrat p hoſtiuz etc̄. Iſta ē illa porta quā vidit ezechiel ad orientez poſitā p quā intrabat ad templum: q2 p hoc ſacramentum quilibet intrat templū eccleſie militantis. de quo ait apoſtolus eph. iiij. vnus deꝰ. vna fides vnum baptiſma. Secūdus ar-

2ꝰ art. ticulus ē. Que ſunt illa que requiruntur ad baptiſmū. Et df q ſunt quatuor que ſcire in pcedenti ſmone in pº articulo etc̄.

Tertius articulus ē. Que ſunt baptiſ-

3ꝰ art. mi ſpecies. Et ponuntur a ſanctis quatuor ſpecies. Et ſcilicet.

¶ Primus ē baptiſmus fluminis.
¶ Secundus ē baptiſmus flaminis.
¶ Tertius ē baptiſmus ſanguinis.
¶ Quart ē baptiſmus luminis.

¶ De baptiſmo fluminis df Mar. vlt°. Qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit. De baptiſmo flaminis df a ioāne baptiſta in Mat. Iſte ſz baptizabit vos ſpū ſcō. De baptiſmo ſanguinis loquit xp̄s in Luc. baptiſmo habeo baptizari et coartor etc̄. De baptiſmo luminis loquit b. pe i act. °: q dn̄s fide purgauit corda gētiū. ſicut miſſio ſpūſſancti. que fit p inſuſſionē.

Sed pmus baptiſmus. ſ. fluminis habet rōnem ſacramenti. q2 deſignat ablutionem anime a peccato. vnde ſacramentum dicitur ſacre rei ſignum. Baptiſmus autem ſanguinis habet rationem meriti, q2 in ipo conſiſtit actus fortitudinis. Baptiſmus autem flaminis habet rōnem premij. q2 p actum contritionis meretur gām charitatem ſicut meritum contritionis. Sed baptiſmus luminis q eſt in fide habet rōnem myſterij. q2 eſt pſagium viſioniſque eſt in patria di. b. Aug. de tri. q contemplatio eſt merces fidei etc̄. Quar-

tus articulus ē. que ſunt baptiſmi beneficia. Et inueniuntur quatuor gradus. ſm quos ſunt. iiij. gr̄a baptiſmi. Primū 4ꝰ art.

beneficiuz ē. beati luminis. q2 purgat animam ab infidelitate et conſtituit eam. i. fidelitate, ideo df io. j°. hic venit in teſtimoniū .ſ. Io annes baptiſta vt omnes crederēt in xp̄m. Secundum beneficium ē baptiſmi flaminis quod non ſolum liberat ab infidelitate ſed etiā a culpa quāuis nō a pena et conſtituit in gr̄a. Ideo dn̄s i ioanne. Qui credidit in me flumina de vētre eius fluent aque viue. gr̄e viuificantis quod dixit de baptiſmate flaminis vt ibidem hētur. Tertium beneficium ē baptiſmi fluminis. q2 non ſolum liberat a culpa. ſed ēt a pena. et ponit in gr̄a. vnde morientes mox baptizati ſtati euolant. vnde dicit. b. petrꝰ in act. baptizetur vnuſquiſq3 noſtrum in remiſſionem peccatorum. Quartum beneficiuz baptiſmi ſanguinis q ē quadruplex. q2 liberat a culpa et a pena. et ſtatuit in conſummata gl̄ia et dat aureolā vltra omnia alia. De quo loquit xp̄s in Mar. di. Iac. et Ioā. 6ꝰ artı. baptiſmo quo ego etc̄. Intelligendū



ē ſic q in no. te. tm̄ bis apti ſunt celi. ſ. qū xp̄s fuit baptizatus. Et qū ſtephā. fuit lapidatus. vt detur itelligi q baptizati ſluimine et ſanguine ſtatim euolant etc̄.

5ꝰ art. Quintus articulus ē. que ſunt baptiſmi priuilegia. Et dicuntur eſſe quatuor regere ea in pcedenti ſmone i articulo. x.

6ꝰ art. Sextus articulus ē. Que ſunt baptiſmi inſignia. Et dicuntur eē quatuor. Q2. ſ.

Primū ē. Caracteris impſſio quod ē ſignum indelebile quo diſcernitur gl3 baptizatus a non baptizato. de q̄ ſigno loquitur io. in apoc. di. quod cōmitantes xp̄m hēbant nomen eius. et nomen patris eius ſcriptum in frontibus etc̄. Scōm inſigne ē hominis veteris renouatio deſignata p lotionem ideo dicit paulus. q p baptiſmum conſigurati ſumus. vt in nouitate vite ambulemus. Tertium eſt xp̄i reſurrectio. Ideo fit trina imerſio propter triduum mortis xp̄i. vnde apoſtolus ad coloſ. cum ſepulti ſumus p baptiſmum in morte xp̄i vt ſicut reſurrexit. ſic et nos i nouitate vite ambulemus etc̄. Quartum ē ve. teſtamenti pfiguratio iſtud enim ſacramentum fuit pfiguratum in nube et i mari ſicut illa nubes dirigit filios iſtius de pie. Sic et baptiſmus in no. te. dirigit ad eternam viuentium. et ſicut iſte ignis in vet. teſtamēto de nocte. Sic lex ignea euāgelij in no. teſtamento. vt ait Moyſes de qua nube habetur in exo. etc̄.

7ꝰ art. Septimus articulus eſt. Que ſunt baptiſmi mirabilia. Dicit q ſunt quinq3. Quorum. Primū ē. Celi apertio q2 celi apti ſunt ſuper xp̄m. vt pz in Mar. et Mat. Secundum ē. Spūs ſancti viſibilis miſſio. q2 tunc columba deſcendit. Tertium ē. Patris proteſtatio. quia vox patris audita eſt. ibi. etc̄. Quartū ē. Oculorum apertio. vt patuit in apertiōe oculorum pauli in actibus. Quintū ē Spūſſancti inuiſibilis largitio. vt quando baptizati fuerunt diſcipuli a paulo in actibus. Et p pmum detur intelligi. q apit ianuam celeſtis regni. Per ſecūdum q ſpūſſanctus deſcendit in aquam. Per tertium q deus pater mittit filium ſuum ad itelligēdū: vt dicat hic eſt filius meus dilectus. Per quartū q ſpūſſanctus mittit ad aſſcōū. Per qntū q tunc datur domū fidei vt ait non ſit ceca etc̄. 8ꝰ art.

Octauus articulus ē. quare iſtud ſacramentum fuit inſtitutū. Dicitur q fuit inſtitutum quadruplici rōne ſcire in precedenti ſermōe in articulo. 6°. Nonus 9ꝰ art. articulus ē. quare xp̄s fuit baptizatus. Et aſſignantur quatuor rōnes quas ſcire in pcedenti ſermone in articulo. i3. vbi plene inuenies etc̄. Decimus articulus ē. 10ꝰ ar. quo baptiſmo xp̄s fuit baptizatus. Et dicitur q fuit baptizatus quadruplici baptiſmo. Et. Primo baptiſmo. Luminis q2 in pmo inſtāti ſue conceptionis anima iſta beatiſſima fuit beatitudie illuſtrata. et ſuppoſita luci vnita luci: q2 illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Secundo baptiſmo flaminis: q2 ipſius anima felix fuit ſpūſancto repleta quātum potuit. ideo fuit pphetatum de eo in yſ. Spūs domini ſuper me etc̄.

Tertio baptiſmo fluminis in iordane Sed in qua forma dubiū eſt. q2 non videbatur ei competere forma ioānis. ſed nec forma ſui q in noīe pprio baptizaretur. b. de dubīn

Quarto baptiſmo. Sāguinis in paſſione. ideo fuit de hoc pphetatum in yſ. qs ē iſte de edon inticus veſtibus etc̄. Et in apoc. dr̄ q erat veſtitus veſte ſanguine 11ꝰ artı. aſperſa etc̄. Undecimus articulus eſt. qualiter debemus nos baptizare quotidie. Et dico q quadruplici baptiſmo. q2 Primo baptiſmo luminis vt nō terrena. ſed celeſtia intellectus. noſter conſideret et ea que ſunt fidei firmiſſime credat. vt per iſtud baptizatus reſurgat ad infidelitate ad vitaz qua fidelis viuit de qua dicit apoſtolus q iuſtus ex fide viuit etc̄. q2 ſin̄ fide impoſſibile ē placere deo vt ipſe dicit ad hebre. Et idem in interiorē hominem habitare xp̄m etc̄. Sed pro dolor hodie in multis vr̄ fides annullata. q2 ita parū de celeſtibꝰ curāt ac ſi ea eſſe non credant. q pz. q2 fides ex opibus pbatur vt ait Iac. in canonica ſua. vnde dn̄s p ezechielem incredulli et ſubuerſores etc̄.

Secundo baptiſmo flaminis. vt non tpalia ſed eterna diligamus. q: p baptiſmum cū xp̄o reſurreximus. iō dicit apo9 Si conſurrexiſtis cū xp̄o ꝛc̄. Iſta aūt tpalia tn̄ ſūt appetēda. q: ſi ſūt bona niſi ſm qd. ideo ait io. in canonica ſua. Si qs dili git mundū charitas pa. nō ē in eo. Sz hoīes mundi plus diligunt tpalia ꝙ̄ eterna q: ſūt viſibilia. ideo dicit xp̄s de ſpūſ̄cto loquēs de ioāne quē mūdus non pōt cape. q: nō videt eum pp ſenſualitatem quā ſeqt̄. vn̄ ſi andiūt vocē dn̄i di. P̄m querite regnū dei ꝛc̄. Tertio baptiſmo Fluminis non ſacrali q: iſtud nō ē iterabile. ſed baptiſmo pn̄ali lachrymaꝝ pſluuio. qn̄ intus cogitamus pctā noſtra quibus deum offendimus nos ipſos eciam9 celum amittimus infernum meremur. ꝛ tunc cum dolore affluenter lachrymas amittimus. iuxta illud Iere. Deduc quaſi torrētem lachrymas. p diem ꝛ noctez nō taceat pupilla oculi tui ꝛc̄. Et iterū qs dabit capiti meo aquā ꝛc̄. exemplo pſalmiſ̄a. dicēt̄. lauabo p ſingulas noctes lectū meum. Ideo dicit dn̄s in Mat. bn̄ q lugent. Et iterū beati q nunc fletis. Et ad ꝑpoſitum di. Ve vobis q h̄etis cōſolationes veſtras ꝛc̄. Quarto baptiſmo Sanguinis in recordatiōe paſſionis xp̄i. de quo baptiſmo fuit ꝑphetatū in geñ. d̄ iuda. i. de hoīe conſitēte: lauabit in vino ſtolā ſuam. Ideo dn̄s p Iere. inuitat nos ad ſue paſſionis memoriā di. Recorderis paupertatis ꝛ trāſgreſſionis mee abſinthij ꝛ fel. Ipe quoqz ſap̄. in eccliaſtico dicit gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris dedit enim ꝛc̄. Iſtud aūt ꝑpꝛie ſit in eucharistie ſacro di. dn̄o. hoc facite in meaz cōmemorationē. Et apo9 ad cori. Quotienſcunqz eum manducabitis ꝛc̄. Ideo Io. in apoc. audiuit vnū de ſenioribus. di. ꝙ ſancti lauerūt ſtollas ſuas in ſanguine agni. Ideo cū ipo regnant. Cātantes canticum nouum ſemp. Et dicentes. Sanctus, ſanctus: ſanctus dn̄s deus ſabbaoth ſequentes agnum quocunqz ierit. Et nobis cū illis ꝯcedat dicere xp̄s ieſus dei ꝛ virginis filius. Amen.

¶ Tractatus de baptiſmo eiuſdem doctoris.

D regenerationem xp̄i myſterium contemplandum ſunt. ſ. ſuit queſtio. Vtrum baptiſmus quo xp̄s fuit baptizatus fuerit eiuſdez rationis. cum baptiſmo quo nos baptizamur. Et videtur ꝙ ſic. q: ſm ꝙ Ariſtot. fuit acti. i. dicit ꝙ ieſus cepit facere ꝛ docere. ſed ipe nobis illum baptiſmum quo regeneramur dedit ſub precepto Mar. vltimo. ergo baptiſmum in ſe ſuſcepit.

Sed ꝯtrā. q: ieſus fuit baptizatus baptiſmo Ioannis Mathei. 3°. c. ꝛ tamen iſte baptiſmus fuit alteri9 rōnis a noſtro vt habetur in act. ergo ꝛc̄. Circa iſtaz queſtionem ſunt. iij. articuli declarandi.

pº art. Primus articulus eſt. Quid eſt baptiſm9. Et ſʒ diffinitionē dn̄i ſaluatoris quā dedit Io. 3°. Baptiſmus eſt Natiuitas hominis ſecundaria. ideo loquēs de ipo dominus Nichodemo in preallegato. c°. dicit. Amen amen dico vobis, niſi quis natus fuerit denuo non poteſt videre regnum dei. Et cum dixiſſet ei nichodemus. Et quomodo poteſt homo naſci. cū ſit ſenex nunquid poteſt iterato ventrem matris ſue introire. ꝛ renaſci. Et tūc xp̄s adiunxit. Amen amen dico tibi niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpū ſancto non poteſt introire regnum dei. Et cum idem Nichodemus dixiſſet. Domine quomodo poſſunt hec fieri: audiuit. Tu es magiſter in iſrael ꝛ hec ignoras. Ex quibus verbis domini ſaluatoris habetur ꝙ baptiſmus eſt renaſci. hoc eſt iterum naſci. Et ſic eſt ſecunda natiuitas hoīs. Intelligendum eſt tamen ꝙ baptiſmus dicitur ſecunda natiuitas quadrupli rationē.

A Et. Primo. q: ſicut homo per natiuitatem ſuam naturalem accipit primo eſſe in natura: ita qlʒ per baptiſmum accipit primo eſſe in gratia. Et ideo ſicut natura precedit gratiam. Ita natiuitas naturalis eſt prima ꝛ baptiſmalis ſecunda. Et ideo baptizati dicuntur non nati. ſed renati.

Scd̄o ſicut in eſſe ſpūali naſcebantur



pueri in ve. teſtamēto p circumciſionem. Ita nūc in nouo p baptiſmum. vnde xp̄s ante fuit circumciſus ꝙ̄ baptizatus. vt patet i Luc. ꝛ ideo ſicut circūciſio in pueris fuit prima natiuitas ſpūalis. Ita ē baptiſm9 ſa natiuitas. Tertio q: cum in ſacro baptiſmi ſit duplex ablutio. vna aīe alia corporis ſicut docet Aug. ſup Io. Ita ē duplex natiuitas ſbi. Ita ꝙ ablutio anime. lʒ ſit prior in intentione ꝙ̄ corporis eſt tamen poſterior in execucione. ſ. ideo ſm ordinem intentionis ablutio cordis ē natiuitas pma. ꝛ ablutio corporis in ſacramento ſenſibili eſt natiuitas ſa ꝛc̄c.

Quarto q: ſicut in noſtra pma natiuitate naſcimur filij ire ſm apoſtolum. q: filij primi ade. Ita in ſa natiuitate naſcimur filij gr̄e. q: filij ſcd̄i ade efficimur. i. xp̄i ſicut docet apoſtolus ro. p°. c°. Et ſicut noſtra prima natiuitas eſt ex noſtro pmo adaz. Ita ſa que eſt baptiſmus eſt ex ſo. ꝛ ideo recte baptiſmus dicitur ſa natiuitas. Et idcirco apoſtolus appellat hoc ſacramentum lauacrum regenerationis. ꝛ renouationis. q: ſicut regenerari eſt iterū gn̄ari. Ita renaſci ē iterum naſci: Et ſic habemus ꝙ baptiſmus ē natiuitas hoīs ſa in qua regn̄amur in eſſe ſpūali ꝛc̄.

2º art. Secundus articulus ē. Quot ſunt baptiſmi modi. Et dr̄ ꝙ in diuina ſcriptura inueniuntur baptiſmi genera quatuor. Quorum. Primus ē baptiſmus fluB minis animam inicians. ſicut fuit baptiſmus ioannis qui animam non conſecrabat. ſed ſolum ad baptiſmum xp̄i diſponebat. ſicut teſtatur ipe Io. di. Ego baptizo in aqua medius veſtrū ſtetit ꝛcetera.

Secūdus eſt baptiſmus fluminis aīaz pficiens. ſicut fuit baptiſm9 xp̄i q nō ſolū diſponebat. imo ꝛ cōſecrabat. de q̇ h̄etur Io. 3°. ꝙ xp̄s baptizabat ꝛ oēs veniebant ad eū ꝛc̄. Tertius ē baptiſmus flaminis aīam ſanctificāſ. ꝛ iſte ē baptiſmus q̇ quis baptizat̄ ſpū ſcō inuiſibilr̄. de q̇ h̄etur act. j. dicēte dn̄o Ioānes qdez vos baptizauit aqua. vos aūt baptizabimini ſpū ſcō non poſt multos hos dies loquens aplis de miſſione ſpūſſancti. Quartus ē baptiſmus ſanguinis aīam coronans. ſicut fuerunt inocentes baptizati in ſanguine ſuo ꝛ loti Mat. ij°. de quo loquēs ſaluator Luc. 12. dicit de ſeipo habeo baptizari ꝛ qūo coartor quouſqz dum pficiatur loquens de effuſione ſanguinis in cruce ꝛ

C Intelligendum ē tn̄ ꝙ iſti baptiſmi gradatim ſe h̄nt in efficatia. Quia. ſ.

Primus baptiſmus fluminis aīaz iniciaus non delebat culpam ex ſua virtute. ſed ſolum diſpoſitiue. ſm ſe. ꝙ autem Ioānes predicauit illum baptiſmum in remiſſionem peccatorum. iſtud ē referendum ad contritionem. ꝛ non ad virtutez ſacri ꝛcc. Secundus baptiſmus fluminis aīam pficiens delebat culpam ex ſua virtute. ſed non penaz. q: ſpūſſanctus nō ſtabat in anima cum culpa mortali. bene autem ſtat cum anima obligata ad penaz peccati pſoluendam tpaliter. vnde in omni contritione in qua eſt baptiſmus fluminis remittitur culpa. ſed non omnino pena ꝛcc. Tertius baptiſmus qui eſt flaminis animaz conſecrans remittit culpā ꝛ penā. q: qcunqz ſit ſic baptizatus a culpa ꝛ pena totaliter abſoluitur vt dicit petrus act. 2°. c°. Quartus baptiſmus. ſ. ſanguinis non ſolum remittit culpam ꝛ penam ſed reddit animam in peccabilem q: ponit eam extra terminos vie. ꝛ iō ille ē efficaciſſimus. q: ſuo fine debito fruſtrari non poteſt de quo loquens ſaluator filijs zebedei dicebat. baptiſmo quo ego baptizo baptizabimini. ꝛ loquitur ad litteram ſm Aug. de ſanguinis effuſione.

Tertius articulus eſt: Que ſunt iſta q̄ 3º arti. requiruntur ad integritatem iſtius ſacramenti. Dicitur autem inter alia quatuor baptiſmi genera. Baptiſmus ſanguinis ꝛ flaminis ꝑpꝛie non dicuntur ſacramenta. ſed baptiſmus fluminis tantuz Et ideo de illo eſt ſolum intentio quo ad pſens. Intelligendum eſt ergo ꝙ quatuor cauſe requiruntur ad integritatem cuiuſlʒ ſacramenti. ſicut h̄ꝫ ex articulis fidei. ſcilicet.

Materia — Efficiens
Forma — Finis

Et ſm hoc iſte quatuor cauſe requirūtur ad iſtius ſacramenti integritatem.

Primo. Cā materialis iſtius ſacri ē. Aqua fontium benedicto ꝑ ab xp̄o quantum ad bn̄ eſſe. ſꝫ omnis aqua naturalis quātum adeſſe. qꝛ in tali materia. xp̄s hoc ſacr̄m inſtituit. vt habetur io. 3°. Secūdo. Cā formalis. ē illa que eſt a xp̄o tradita. Mar. 28. c. Euntes inquit. docete omnes gentes baptizantes eos ꝛc̄. Dicitur tn̄ ꝙ quandoqꝫ in iſta forma fuit diſpenſatum. quādo baptizabant ſolum in nomine xp̄i act. 20. creditur factum ex reuelatione ſpūſſancti ad nomen xp̄i efficacius diuulgandum. Tertio. Cā efficiens quātum adeſſe eſt vir omnis homo cuiuſcūqꝫ ſexus. aut religionis. aut infidelis. qꝛ ſicut ſacramentum eſt cōmuniſſimum. ita requirit miniſtrum cōmuniſſime ſumptum. Et ideo ſcīa beati Cypriani reprehēditur. qꝛ baptizabat. baptizatos ab hereticis. Quarto. Cā finalis vt intendat miniſter facere qḋ facit eccleſia aut qḋ xp̄s inſtituit. quāuis forte non credat. qꝛ ſi intendat ludere aut fingere nihil faceret eo ꝙ baptiſmus hēat finem determinatū vt habetur act. 2. teſtimonio petri apoſtoli. Et quando concurrunt iſta quatuor. tūc ē ſalubris baptiſmus. vnde dicit. b. pe. in prima canonica ſua. c. 3°. ꝙ ſicut in

4us art. archa Noe ſunt ſalue facte octo anime ꝑ aquas. Ita in eccleſia ſaluos facit baptiſmus. Quartus articulus eſt. Quot modis iſtud ſacramentum fuit inſtitutum.

E Et dicitur ꝙ in diuina ſcriptura legimus iſtud ſacramentum fuiſſe inſtitutum modis quatuor. Et. Primo per moduꝫ particularis remedij. qꝛ dicunt aliq ꝙ in ve. teſtō circūciſio eſſet ſolū ꝓ maſculis ꝯtra originale peccatuꝫ nō debuit priuari feminꝰ ſexus remedio ſufficienter. iō dicebāt ꝙ mulieres baptizabātur in illa die qua naſcebātur. vnde dī ezechielis. 16. ca°. ciuitatis ſcē ſub noīe mulieris charitance in die qua nata ē nō ē p̄ciſus vmbilicus eius. ꝛ in aqua nō ē lota in flumine vt ſupponit ꝓphēta. ꝙ mulieres fideliū qn̄ naſcebātur in flumīe lauabātur. Secūdo fuit inſtitutus ꝑ modū cuiuſdā figuralis preambuli. qn̄. ſ. cepit ioānes de deſerto. predicās baptiſmuꝫ p̄nie miſſus a deo: vt hētur Luc. 3°. qꝛ baptiſmus iſte non fuit niſi quoddā preambulum. ad verū xp̄i baptiſmū ꝛ figura eius. ſicut ipſe teſtatur io. 3. c°. Tertio fuit inſtitutus per modum ſalutaris conſilij. ſicut quando xp̄s incepit baptizare. ꝛ diſcipulos ad baptizandum ordinare. vt habetur io. 3°. ꝙ nōdum erat circunciſio euacuata. nec noua lex impoſita. ꝛ ideo tn̄ cadebat ille baptiſmus ſub conſilio. nec etiam legimus ꝙ adhuc forma verborum baptiſmi fuiſſet expreſſa. Quarto fuit inſtitutum per modum vniuerſalis precepti: vtpote euacuata veteri lege. per xp̄i mortem. quādo poſt reſurrectionem xp̄s apparens eis dixit Mar. 15. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit ſaluus erit. qui vero non crediderit condemnabitur. Nullus autem damnatur niſi pro tranſgreſſione precepti ꝛc̄.

5us art. Quintus articulus eſt. Vbi iſtud ſacramentum fuit inſtitutum. Dicitur autem ꝙ eius inſtitutio per modum precepti fuit principalis. ꝛ iſta ſola fuit in mōte oliueti. ſicut habetur Mar. vlt°. qꝛ quādo xp̄s voluit celum aſcendere. tunc dedit iſtud preceptum. Qui crediderit ꝛc̄. ꝛ ipſe aſcendit de monte oliueti. ſicut docet. b. Luc. act. p°. c°. Intelligendum ē tamen ꝙ iſte mons fuit quadruplici myſterio illuſtratus. Et.

F Primo myſterio orationis. qꝛ in eo xp̄s conſueuerat pernotando orare vſqꝫ ad diluculum. ſicut habetur. io. 8. vnde cum actus orationis ſanctior. ꝙ̄ actus predicationis pro eo ꝙ ad ſuperiora ſic hic reſpectu inferiorꝫ trahit. ideo xp̄s in die in templo docebat. ꝛ nocte in hoc monte orabat. ꝛ ſua oratione plus conſecrauit huc montem ꝙ̄ templum. Secundo myſterio ſue paſſionis in iſto enim monte paſſio domini inchoata fuit pro eo ꝙ fuit ibi xp̄s captus ꝛ ligatus cum illuc facta cena exiſſet ad orandū vt habetur Luc. xxij. ca°. Tertio myſterio aſcenſiōis. qꝛ de loco quo xp̄s aſcēdit in celū fuit mons iſte de q Luc. act. j.



Quarto myſterio dominice regreſſionis: vt prenunciante: vt quando xp̄s veniet ſupra montem iſtuꝫ. vnde aſcendit. vnū zach. propheta loquens de aduentu xp̄i ad iudicium di. c°. 14. ꝙ pedes eius erūt ſtantes: ſupra montem oliueti. vt ibi fiat ſa generatio vt patuit infra iudicium erit. i. iudicium. ſicut fuit prima generatio in ſtatura. i. baptiſmus. Sicut enim baptiſmus eſt prima generatio: ita iudicium erit ſcđa generatio in qua omnes reſurgent di. do mino Mat. 19. In generatione cuꝫ ſederit filius hominis ꝛc̄.

6us art. Sextus articulus ē. Quando iſtud ſacramentum fuit inſtitutum. Dī ꝙ poſt xp̄i reſurrectionem. qn̄ fuit aſcenſurus ad patrem. vt hēt Mat. vlt°. ꝛ Mar. vlt°. Et ſic p3 ꝙ iſtud ſacramentum fuit inſtitutum feria qnta. quando dī regnare iupiter. qui eſt planeta beniuolus. ſic iſtud ſacramentum fuit ſūma xp̄i beniuolentia inſtitutum ad noſtram ſalutem. Intelligendum eſt tamen ꝙ illa dies inuenit̄ in diuina ſcriptura quadruplici myſterio conſecrata. Et.

P Primo myſterio Diuice benedictionis. iſta enim die conſueuerunt adeo benedici oēs creature. que ex aqua fuerūt originate. ſicut habetur geñ. j. ꝛ ideo fuit congruum vt eodē die qua a qua ꝑ genꝰ fuit benedictum in aqua inſtitueret ſacramentuꝫ qḋ ſanctificat omnes qui regñantur ex aqua.

Secundo myſterio diuice oblationis iſta enim die xp̄s fuit in templo oblatus. ꝛ a matre virgine p̄ſētatus. qꝛ quando dies natiuitatis eſt in dñica. purificatio venit feria qnta. ꝛ tamen conſtat ꝙ xp̄s fuit in dñica natus. ſicut feria ſexta. paſſus ꝛ annunciatus ex dictis. b. Aug. in libro de tri. Tertio fuit cōſecrata myſterio diuine conſecrationis. qꝛ xp̄s diuiniſſimus ſacramentum eucharíſtie inſtituit. qnta feria. qꝛ pridie ꝙ̄ pateret. ꝛ paſſus ꝛ ipe paſſus eſt in paraſceue feria ſexta. ſm̄ quatuor euangeliſtas ꝛc̄. Quarto fuit conſecrata myſterio diuice aſcenſionis. qꝛ xp̄s aſcēdit in celum feria qnta. qꝛ feria qnta ē dies. xl. a xp̄i reſurrectōe. ꝛ ideo iſta die xp̄s eſt aſſumptus in celum. ſicut teſtatur Luc. act. p°. dignum enim erat vt ſic in loco ſacro. i. vt in die conſecrato inſtitueret ſacramentum illud per qḋ noſtre anime deo conſecrātur ꝛc̄.

7us art. Septimus articulus eſt. Quare iſtud ſacramentum fuit inſtitutum. Et dī ꝙ quatuor rōnes colligūtur ex diuina ſcriptura. Quarū.

B Prima ē. Ad nouitatem legis oſtēdēdaꝫ. ſicut enim antiqua lex veteribus ſacramentis erat ornata ita decuit vt noua lex. nouis ſacramentis eēt decorata. ꝛ quia cum res abluitur ab aliquo renouat̄. Idcirco ad hominis renouationem inſinuādam inſtitutum ē iſtud ſacramentum baptiſmi in aque ablutiōe. vnde dicit apoſtolus ad Gal. vj°. In xp̄o ieſu neqꝫ circunciſio aliquid valet: neqꝫ preputium ſed noua creatura. Secunda ē. Ad antiquam circūciſionis penalitatem tollendam. cum enim ſacramentum circunciſionis non ſoret remedium contra originale. niſi alteri ſexui vt lex noua que eſt cōiſſima. vīe remediū haberet inſtitutum fuit ſacramentum ꝙ vtriqꝫ ſexui. ꝛ omni etati. ꝛ genti foret commune. cuius vtilitatem deſcribēs apoſtolus ad Gal. 3°. dicit quicunqꝫ in xp̄o baptizati eſtis. chriſtum induiſtis ꝛ ſequitur. non ē maſculus neqꝫ femina. omnes enim vos eſtis vnum in xp̄o ieſu ꝛc̄.

Tertia ratio ē. Ad ianuam regni celeſtis aperiendam. lꝫ enim principale peccatum per circunciſionem in veteri lege deleretur. ſicut nunc per baptiſmū ꝛ gratia quāuis remiſſio confereretur. tamen nullum perducebat ad gl̄iaꝫ: qꝛ adhuc ianua erat clauſa. ꝛ ipſa aperitur per ſacramentum baptiſmi vt quicunqꝫ baptizatꝰ poſſit libere ingredi. vnde dī apoc. 3°. cuidaꝫ baptiſmate conſecrato. licet infirmo. Ecce dedi coram te hoſtium apertum. ꝛc̄.

Quarta ratio ē. Ad euidentiorem ſignificatiōis plenitudinē exprimendaꝫ. qꝛ cum ſacramenta diuina illud ſignificent qḋ efficiūt. tanquā ſignacula ꝛ ſigna. baptiſmus clarius ſignificat ſuum effectum. qui ē ablucre animaꝫ a peccato. ꝙ̄ circunciſio. quia ablatio corporalis ſignificat melius emendationem ſpūalem ꝙ̄ renouatio alicuius

pertinentes ad humanam integritatem.
vnde ſaluator.io.13. interiorem emunda-
tionem per lotionē ſignificās dixit petro
ſi non lauero te. nō hēbis partē mecū ⁊c.
8ᵒ art. Octauus articulus eſt. Quis ē bapti-
ſmi effectus. Dī aūt q ē ꝑma gr̄a bapti-
ſmalis. qꝛ ſacramenta noue legis efficiunt
q ſignificant. ideo cū gr̄am ſignificent effi
ciunt ipſam. vt eam infundendo expellāt
culpam ſibi contrariam ſicut vnum op-
poſitum expellit aliud. ⁊ ita baptiſmalis
gr̄a dicitur res iſtius ſacramenti. In-
telligendum eſt tamen. q quadrupliciter
A contingit illud ſacramentum accipi. ſꝫ ve
ritatem vel apparentiam. Qꝛ. Aliq
ſunt qui non accipiunt ſacramentuꝫ nec
rem ſacri. ſicut cuꝫ aliquis ficte accedit nō
accipit rem ſacramenti: qꝛ peccat morta-
liter. ⁊ cum tali peccato non ſtat gr̄a ba-
ptiſmalis. nec recipit ſacramentum. ſi mi-
niſter non intendit facere q facit eccleſia.
qꝛ intentio eſt de eſſentia ſacramenti. vt
patuit tanq̄ cauſa finalis ⁊c. Aliqui
ſunt q recipiunt ſacramētum ⁊ rem ſacra
mēti ſicut quando baptizandus non po-
nit obicem. nec baptizans in intentione
fraudem facit. qꝛ tunc nullum eſt impedi
tum ex pte agentis. nec ex pte patiētis ⁊c.
Aliqui ſunt q recipiunt ſacrm. ⁊ non
rē ſacramēti. ſicut cuꝫ quis fictus accedit
ad recipiendū q confert eccl̄ia. q̄uis non
credat. ⁊ baptizans idem intendat ꝯferre
ſiue credat ſiue non credat. qꝛ ſm Augu.
non ꝑficitur talis actus in fide ſingularis
ꝑſone. ſed vniuerſalis eccl̄ie ⁊c. Ali-
qui ſunt qui accipiunt rem ſacramenti ⁊
non ſacrm. ſicut veniens ad baptiſmum
cū debita contritione ⁊ deuotione ſi mini
ſter malitioſe non intendit ſacramentum
conferre. tunc non accipit ſacramentum.
qꝛ non ē in cōferente intentio debita. vñ ſi
poſſet conſtare tenerēt ad baptiſmū itera
tamen recipit rē ſacri. vt credit. qꝛ deꝰ nul
luꝫ obligat ad īpoſſibile. ſm Hiero. nec
deus obligauit ſuā potentiā ſacris. Cuiꝰ
arᵐ habemus act̄. iiij. vbi ſpūſſctūs fuit
datus audiētibus ꝑdicationeꝫ petri añq̄
fuiſſent baptizati. vñ dixit idem apoꝰ nū
quid aquā pōt qs prohibere. vt non ba-
ptizentur hij. qui ſpm̄ ſanctum acceperūt
ſicut ⁊ nos. Nonus articulus ē. Qua
9ᵒ art. lis eſt baptiſmi ritus. Dicit q talis ē. vt
nullumodo ſacrm iſtud iterēt. qꝛ ſicut ſēl
ſumptū ē ſalutiferū ita bis ſumptū eēt. ſ.
mortiferū. Intelligendū ē tamen q. 5.
rōnes aſſignant non iterabilitatis iſtiꝰ ſa
cramenti. Quaꝝ. Prima ē. Ex iſtius
B ſacri reuerentia: qꝛ ſi frequēter iteraretur
vileſceret ex frequētia. ſicut vileſcunt quā
tūcūq3 magna. q ſunt aſſueta ſm Aug.
Iſta tamen rō p ſe non videret ſuffice
re. qꝛ ſacrm euchariſtie eſt dignius. ſꝫ. b.
Aug. ⁊ tamē non fit ei in reuerētia cum
frequēter iteretur. niſi quis dicat q ſuper
eadē materia nunquā fit illius iteratio.
Scōa eſt. ex iſtius ſacri ſufficientia. qꝛ
aliqua operatio. non iterat circa aliquā
materiā niſi qꝛ ē īperfecta. ⁊ iſtud q nō ꝑ
ficit prima opatio perficit ſa. ſicut patuit
in ablutione imperfecta. Et ideo qꝛ ī ba-
ptiſmo anima ꝑfecte abluitur. talis ablu
tio non iteratur ⁊c. Tertia ratio eſt. ex
iſtius ſacramēti indulgentia. qꝛ cum iſtud
ſacramētum indulgeat totaliter penam ⁊
culpam omnium peccatorum eſtꝫ incenti
ua ⁊ occaꝰ delinquendi. ſi poſſet iterari
cum nullus timeat niſi penam. Quar
ta rō eſt. ex iſtius ſacramenti cauſa. quia
iſtud ſacramētum. ſicut circūciſio in vete
ri lege ordinatur principaliter ad deletiō
nem peccati originalis. ſed ex habundan-
ti abſterget peccata actualia. quādo inue
nit ipſa. Et ideo qm̄ peccatum originale
nō pōt iterato contrahi. iſtud ſacrm non
dꝫ iterari. Quinta rō eſt. ex iſtius ſacra
mēti effectualitate vel efficacia. qꝛ ī ſacra-
mēto baptiſmi imprimitur caracter qd̄ eſt
ſignum indelebile. ⁊ ideo qꝛ talis effectꝰ
ē ī delebilis. eius cā nō ē iterabilis. vñ dī.
apoꝰ ad hebr. 6ᵒ. Nō rurſum debemꝰ ia-
cere fundamētum pnīe ab opibus mortu
is. ⁊ baptiſmatū īpoſitiōis manᵘᵐ. qꝛ. ſ. fun
damētuꝫ pnīe eſt bapꝰ. ſine quo ſacramē
tum pnīe ē nullum. Decimus articu
lus ē. Que ſunt iſtius ſacri priuilegia. Dī 10ᵒ ar.
aūt q iſtud ſacrm inter cetera no. teſtan



ti ſacramēta habet quatuor priuilegia. Quꝝ.
Primum ē. q iſtud ſacramētuꝫ ē pri
mū. qꝛ per iſtud dat ſingulariter eē ſpūa
le. ſicut per alia bene eē. ⁊ ideo hoc ſacrm
ē ante omnia. lꝫ eni iſtud ſine aliquo alio
ruꝫ poſſit eē tamē nullū alioꝝ. niſi iſto
primo pōt eē. ⁊ ideo eſt regeneratio. ſm
B̄nuſſa eē autem precedit bene eē. Et iō
dicitur baptiſmus. Janua ſacramētorū;
Et ideo xp̄s in ſue manifeſtationis exor-
dio moꝝ voluit baptizari Mat. 3ᵒ cᵒ. Se
cūdū q iſtud ſacrm eſt cōmuniſſimū cete
ra autem ſacramenta determinant ſibi ſe-
xus. vt ordo. aut etates. vt alia. ſꝫ iſtō au-
tem omni etati ⁊ ſexui ē cōmune cum etiā
infantibus moꝝ natis tribuatur. Ter
tium eſt q iſtud ſacramentum eſt ſumme
neceſſariū cetera enim ſacramenta. lꝫ ſint
neceſſaria loco ⁊ tempore ad ſalutem nō
ſemper. ſed pro ſemper. ſicut obligant pec
cata affirmatiua. tamen iſtud omni tem-
pore ⁊ loco ad ſalutem ē neceſſarium. vn-
de obligat ad ſemper. ⁊ pro ſemper. qꝛ ta-
lis non poteſt videre regnum dei niſi fue
rit renatus. ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. Jo. 3.
C cᵒ. Quartum priuilegium eſt q iſtud
ſacramentum eſt efficaciſſimum. qꝛ lꝫ per
virtutem aliorum ſacramentorum remit
tatur culpa ⁊ cōferatur gratia. tamen per
nullum abſoluitur a pena. totaliter. qm̄
talis de peccatis punitur in hoc mun-
do vel in purgatorio. Iſtud autem ſa-
cramētum ita totaliter penā ⁊ culpā dilu
it. vt nō remaneat qs obligatꝰ ad aliquā
penā ī hoc mūdo. nec in futuro. qꝛ ſi ioā-
nes ꝑdicauit bapᵐ pnīe in remiſſionē pec
catoꝝ. multo magis bapꝰ ſuit efficax dīo
11ᵒ art. ad remittēda pcc̄a Mat. p. cᵒ. Undeci
mus articulus ē. Que ſūt iſtiꝰ ſacri ꝓprie
tates. Dī autem q elementū aque circa
qd̄ fit materialiter iſtud ſacrm. hꝫ quatu-
or ꝓprietates repertas in diuina ſcriptura. q̄
D ꝯueniūt huic ſacro. Quaꝝ. Prima ē
Qd̄ aqua hꝫ virtutē abſterſiuam. ſic exp̄i-
mur ad ſenſum. ⁊ iō res deturpate aqua
abluūt. vñ L cuit. 15. vaſa linida ꝑcipiū-
tur aqua lauari ad ſordē abſtergendam.
Iſtā aūt ꝓprietatem hꝫ baptiſmi ſacrꝫ
qꝛ omēꝫ ſordem aīe abſtergit tāꝫ origina
lem q̄ actualē ſi obicē non inueniat ſm ꝑ-
miſſa ⁊c. Scōa ē. q aqua hꝫ virtutem
refrigeratiuam. qꝛ ē eēm frigidū ⁊ humi-
dū. iō hꝫ ſitim extinguere. que ē appetitꝰ
frigidi ⁊ humidi. ex hō de aīa. vñ dī iudi. 7.
q filij iſrael hauriebāt aquā ad refocillan
dū aīam. Et iſtam ꝓprietatē hꝫ baptiſmi
ſacrm. qꝛ caloreꝫ carnalis concupiſcentie
hꝫ refrenare. vt baptizati niſi ponant obi
cē facilius talibꝰ paſſiōibus poſſint reſi-
ſtere. ſicut dī. iiij. ſnīaꝝ. Tertia ē q a-
qua hꝫ virtutem cōtrarij fugatiuā. Uide-
mus enim ad ſenſuꝫ q lꝫ ignis ſit virtuoſi
or aqua. tñ aqua appoſita igni extinguit
ipſum inequali menſura. vñ dicit ſap. ccc.
3. Ignē ardenteꝫ extinguit aqua. Iſtā pro
prietatem hꝫ hoc ſacrm baptiſmi. qꝛ licet
diabolus ſm ſuam naturam ſit potenti-
or anima vt ignis aqua. tamē anima poſt
q̄ eſt baptiſmi ſacramento cōſecrata. ita
preualet aduerſus hoſtem. vt in ea nul-
lam habeat poteſtatem ad obſidendum
ea ſicut prius quemadmodum ſancti exp
ti ſunt in eccleſia primitiua. Quarta ꝓ
prietas eſt q aqua habet virtutem fecun-
datiuā. qꝛ vt ſenſu percipimus ſine humo
re aque terra germinare non pōt vt docꝫ
Aug. ſuper geñ. Et ideo dicebant filij ꝓ
phetarum ad heliſeum. iiij. Re. 2. q qꝛ aq
ierichō peſſime erant. ideo terra erat ſterilꝫ
cum de ſe eſſet optima ⁊c. Iſtam pro-
prietatem habet baptiſmi ſacramentum.
qꝛ donec anima noſtra non ſit ꝑ iſtud ſa
cramentum renata. ſalubrē fructum non
profert alicuius meriti condigni ad vitaꝫ
eternam. qꝛ nondum habet gratiam ba-
ptiſmalem que eſt prima. poſtq̄ autem ē
baptizatus pōt talis fructus germinare
quorum quilꝫ eſt dignum vita eterna.
Et ideo dicit ſaluator Mat. xj. q a dieꝰ E
Jo. baptiſte regnum celoꝝ vim patitur.
qꝛ. ſ. tanquam debitum tempore baptiſmi
datur. Et ideo qꝛ talia merita plures pro
ſūt ī bono q̄ demerita noceāt ī malo. cū
potentior ſit natura boni. ſꝫ. b. dio. vtiliꝰ
ē bapᵐ ī īfantia dari ad multiplicāda me
rita q̄ tardāri ad delenda plura pcc̄a ⁊c.

ptto pctoꝛ. vnde virginitas anime beati Job. de qua dictum fuit. qui tamen non fuit virgo. ſm coꝛpus iuſte pꝛefertur virginitati Jo. euangeliſte qui virgo exiſtens in coꝛpoꝛe in xp̄i paſſiōe dr̄ peccaſſe moꝛtalr̄ ⁊ per conſequens ſpūalem amiſiſſe virginitatem. Et ideo illis magis debetur aureola quātū ad iſtud. Et de iſtis virginibus dr̄ apoc. 3º. ꝙ non inquinauerunt veſtimēta ſua. quibus in baptiſmo fuerant decorati. Et ideo ambulauerunt mecū i albꝭ. qꝛ digni ſunt ⁊c. Sextuſdecimus articulus eſt. Quare xp̄s fuit baptizatꝰ. Di. Ver. autem ꝙ ſolent aſſignari. 5. rōnes. quarum.

domum ⁊ ſtirpem regiam franchorum: q̄
per hunc ſanctum fuit mire illuſtrata: di-
centis: luce ſplendida fulgebis: Et quia
etiam in iſto ſancto fuit multū honorata
Ideo dictum eſt ei: et omnes fines terre a
dorabunt te: Primo dico quod maie
ſtas regia fuit illuminata. Quia multum
dubitatur a multis. vtrum poſſidens re-
gnum vel regimen ex iuſtitia teneat.

Sed hic ſanctus hunc dubium peni-
tus āmouit dum regnum quod retinere
noluit alteri dedit. Si autē in iuſte dediſ-
ſet vtiq₃ ſanctus non fuiſſet. Scḋo dico
quod maieſtas regia fuit per hunc ſanctū
multum venerata. quia non ſolū ſubiecti.
verum etiā q̄tticunq₃ remoti emulis iſta
domus in eius mēbro digniſſimo venera
tur in omni parte fideliū. Ita vt huic ge-
neri. d. Iſayas pħa. c. 60. Adorabunt ve
ſtigia pedum tuorū oēs qui detrahebant
tibi. Scḋo vt ſit verbum xp̄i aloquētis
Ciuitatem marſilie. d. luce ſplendida ⁊c.
Quia ipſa fuit in numerabilibus miracu
lis ex preſentia huiꝰ ſancti illuſtrata. Et iō
recte ſequitur. Qḋ oēs fi. terre ado. te. Q:
de vniuerſis fideliū partibꝰ venerunt ado
rare ad hāc ciuitatē ſcā₃ hūc ſcṁ regrētes.



Tertio vt ſit verbum chriſti aloquen-
tis religionē beati Franciſci que fuit per
hunc ſanctum copioſiſſime decorata. di-
cens. luce ſplendida fulgebis ⁊c. Si. n. iſte
ſtatus non eſſet perfectionis hic ſanctus in
eo nō ad ſanctitatis faſtigiū nō veniſſet: ⁊
poſtea fuit in eo multipliciter honorata.
q: ſicut dn̄s ieſus xp̄s cū ſit regis eterni fi
lius in eo qḋ ſemetipſū exinaniuit aſſum
mendo habitū nr̄e humanitatis ſ₃ apoſto
lum noſtrā naturā ineffabiliter ſublimauit
ita hic ſanctus cū eſſet filius inclici regis
ierusalem ⁊ ſicilie. In eo qḋ ſemetipſum
humiliauit aſſumens hitū franciſcine pau
pertatis: ipſam religionem mirabiliter ho
norauit. ⁊ nobilitauit: vt de ipſo dicat ꝙ d
xp̄o dr̄ phili. 2°. humiliauit ſemetipſū fa-
ctus obediens vſq₃ ad mortē: mortē autē
crucis. ſ. pn̄ie ⁊ auſteritatis: obedientie ⁊
paupertatis: pp qḋ ⁊ deus exaltauit illum ⁊
dedit illi nomen qḋ eſt ſup omne nomen.

Quarto vt ſit verbum xp̄i aloquentis
ꝑſonā bti ludouici di. Luce ſplen. ⁊c. Ubi
dn̄s duo facit. Primum. q: repromit-
tit decor noſtre felicitatis. ibi. luce ſplen. de
qua pulchritudine. dr̄ Mathei. 13. ca. Iu
ſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorū.

Secundo repromittit honor noſtre feli
citatis. ibi. ⁊ oēs fines terre adorabūt te. actꝰ
enim adorationis ē actꝰ ſupremi honoris
Et ideo deo exibetur pro ſummo honore.
pro quo honore iſti ſcō a ꝑſonis regalibꝰ
ymo a ſex ſuis fratribus exibito: cōuenit ei
ꝙ dictū fuit iude. gṅ. 49. ca. Iuda te lau
dabunt fratres tui ⁊ infra. adorabūt te filij
patris tui. dicit ergo luce ſplēdida ⁊c. Q:
vero ex lucis ſimilitudine inchoata eſt laus
bti ludouici. Iō circa lucem inſiſtendo.

¶ Primo videbimus de lucis ꝓprietate.

¶ Secundo de lucis virtute.

Circa primum inueniuntur. ſeptem lu
cis proprietates huic ſcō cōuenientes.

Prima. quia habet ꝓprietatē in ſuo
ortu q: ſicut artifex valens opari ante diē
lucē querit. Et ſic deus in principio crea-
turarū p°. ꝓduxit lucē. gṅ. p°. ca. Dixit de
us fiat lux ⁊ facta eſt lux. Et ſicut fuit pma
creaturarū ſenſibilium. ſic iſta ꝓprietas cō

uenit btō ludouico. qui nō ſolū qḋ fuerit
primogenitus regis de filijs viuis. ⁊ ideo
erat ſibi regnū debitū: ſed etiā in eo qḋ in
ſua prima a etate virtutibus florere cepit.
⁊ in ſcia clareſcere ſupra puerorū naturā:
vt infra ſeptenniū oīum liberaliū artium
carperet fructū: vt dicere poſſit illḋ ſapiē-
tie. 8. Puer erā ingenioſus: ⁊ ſortitus ſū
aīam bonā. Iſtā puritatem in tanta perfe
ctione dicitur habuiſſe. vt grām baptiſma
lem q̄ a principio habuit vſq₃ ad mortem
ſeruauerit. ⁊ ꝑ ꝯñs iſta gratia baptiſmalis
ꝑ reſpectum ad grām penitentialē: ꝑ quā
coīter ceteri ſaluant. h₃ quattuor priuilegia
precioſa. Primū eſt dignitatis in ordi
ne. q: ſicut ſacramentum baptiſmi eſt effi-
catius ⁊ dignius ſacramento pn̄ie. ita grā
que conuenit in baptiſmo in ordine ad ipā
videtur magis digna. Secundum feli
citatis in operatione. q: cū in quolibet pec
cato mortali ac quiratur inclinatio ad ma
lum: ⁊ per ꝯñs difficultas ad bonum. Ille
qui hab₃ grā₃ tali difficultate caret ſ₃ hic
ſanctus eſt ille qui nunq̄ peccauit mortali
ter poſt baptiſmū. q: tunc amiſiſſet grā₃
baptiſmalem. Et hoc ſignū. q: actus virtu
tum ſemper faciebat cum letitia.

Tertium eſt ſecuritas in cōſcia. q: qui
poſt baptiſmum deum mortaliter offēdūt
neſciunt ſi legiptimā penitudinem habēt.
Et iō nō ſunt ſecuri de diuina grā. Cū cō
tritio ſit in certa. illi autem qui ꝑ manent
in gratia baptiſmali. q: deum ex tunc mor
taliter non offendūt. ⁊ baptiſmus nō req-
rit neceſſario contritionē. Iō ſtant ſecuri.

Quartum eſt virginitatis in aīa. Nā
ſi virginitas carnis eſt tantum deo grata.
ſicut docet ſcriptura in xp̄o ⁊ mater eius
ſanctiſſima. Multo magis eſt ei cara vir-
ginitas aīe. q: perfectior. Et iō integritas
mentis eſt melior ſicut vas de auro q̄ de
terra vel ligno. Nunc autē dicitur caro vir
ginea quando nō fuit corrupta. ex quo fu
it nata. ⁊ ſic anima dr̄ virginea. qn̄ poſt ba
ptiſmū nō fuit corrupta ꝑ pctm̄ mortale.
Et q: talis grā in mediate adeo habetur.
Ideo dicit ipſe ſanctus: Iere. 3°. pater me
us dux virginitatis mee tu es.

Iſta proprietas fuit in btā clara in eo quia ceteras virgines docuit ⁊ illuminauit qualiter agere deberent prebens exemplum. Math. 5°. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant bona veſtra opa ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Octaua quia habent virtutē propriam in ſuo fructu. in eo ꝙ oibus corporibus ſupercelestibus influentibus ſm gregorium fructificat terra. Ideo deus in fluendo: Sua bon aincreaturis: dicit̃ pater luminū. eo ꝙ mediantibus luminibus ſue gratie fructificare omnia facit. Iſta ꝓprietas fuit in beata clara. Quia fuit ⁊ ē fecundiſſima: in gignendo filias: vt patet ad ſenſum: vt dicere poſſit illud. Eccli. 24 capitulo: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: ⁊ flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis: Cuius nos inducat ⁊cet. Amē Amen.

## De ſancto Ludouico archiepō.

Luce ſplendida fulgebis ⁊ omnes fines terre adorabunt te Thobie. 13°. capitulo. Diuino enim miraculo fit vt nomen alicui imponatur ſecundum conditionē virtutis: quā habet vel habere debet: patet de Iſaach. Qui riſus interpretatur. Et iō dixit mater eius gn̄. 21°. Riſum fecit mihi deus: quicunq̄ audierit corridebit mihi. Et reuera gaudiū ⁊ riſus fuit patri: quādo debuit ipſum deo imolare ariete pro eo occiſo. patet gn̄. 22 capitulo. ⁊ de. ioāne bap. Qui. in quo eſt gratia interpretat̃. Qui etiam gratia ⁊ gaudiū fuit parētibꝰ ⁊ patrie: vnde. d. luc. primo. Quis putas puer iſti erit. ⁊ iō dixit āgelꝰ zacharie: luce. ſupra. vxor tua heliſabet pariet tibi filiū: ⁊ vocabis nomē eiꝰ ioānē: ⁊ erit tibi gaudiū ⁊ exultatio: ⁊ multi i natiuitate eiꝰ gaudebūt ⁊c. 10°. dixit āgelꝰ ioſeph. Mathei. pmo capitulo Maria pariet tibi filium. ⁊ vocabis nomen eius ieſum: ipſe enim ſaluum faciet poppulum ſuum a peccatis eorum: quia ieſus ſaluator interpretatur. In hoc concordat phus qui dixit in primo perihermenias. voces ſunt note earum que ſunt in anima paſſionū. patet etiam clarius in duodecim lapidibus quos portabat aaron in fronte ſecundum duodecim tribuum vbi dicunt doctores quando aliq̄s de tribubus grauiter peccabat: veniebant tribus ſucceſſiue ante aaron. Et quando tribus de qua nullus peccauerat erat ante eum. lapidis in quo era nomen ſuum ſcriptum dabat lucidos radios. Quando autē veniebat tribus: de qua quis peccauerat ille lapis in quo erat ſcriptum nomen eius nō dabat lucem. Et ſic deprehendebatur peccator: Adapta ⁊c.

¶ Et quia ludouicus ſm ethimologiam nominis dicitur q̄ſi lux dominica. vnde i lucis proprietatem commēdari poteſt: vnde ⁊ conuenienter aſſumptum eſt verbū propoſitum. luce ſplendida ⁊c.

¶ Quod quidem quadrupliciter poteſt intelligi.

Primo vt ſit verbum xp̄i alloquentis domum ⁊ ſtirpem regiam franchorum: q̄ per hunc ſanctum fuit mire illuſtrata: dicentis: luce ſplendida fulgebis: Et quia etiam in iſto ſancto fuit multū honorata Ideo dictum eſt ei: et omnes fines terre adorabunt te: Primo dico quod maieſtas regia fuit illuminata. Quia multum dubitatur a multis. vtrum poſſidens regnum vel regimen ex iuſtitia teneat.

Sed hic ſanctus hunc dubium penitus āmouit dum regnum quod retinere noluit alteri dedit. Si autē iniuſte dediſſet vtiq̄ ſanctus non fuiſſet. Scđo dico quod maieſtas regia fuit per hunc ſanctū multum venerata. quia non ſolū ſubiecti. verum etiā q̄tūcunq̄ remoti emulis iſta domus in eius mēbro digniſſimo veneratur in omni parte fideliū. Ita vt huic generi. d. Iſayas pħa. c. 60. Adorabunt veſtigia pedum tuorū oēs qui d̄trahebant tibi. Scđo vt ſit verbum xp̄i aloquētis Ciuitatem marſilie. d. luce ſplendida ⁊c. Quia ipſa fuit in numerabilibus miraculis ex preſentia huiꝰ ſancti illuſtrata. Et iō recte ſequitur. Qđ oēs fi. terre ado. te. Quia de vniuerſis fideliū partibꝰ venerunt adorare ad hāc ciuitatē ſcāȝ hūc ſcm̄ regrētes.



Tertio vt ſit verbum chriſti aloquentis religionē beati Franciſci que fuit per hunc ſanctum copioſiſſime decorata. dicens. luce ſplendida fulgebis ⁊c. Si. n. iſte ſtatus non eſſet perfectionis hic ſanctus in eo nō ad ſanctitatis faſtigiū nō veniſſet: ⁊ poſtea fuit in eo multipliciter honorata. quia ſicut dn̄s ieſus xp̄s cū ſit regis eterni filius in eo qđ ſemetipſuȝ exinaniuit aſſumendo habitū nr̄e humanitatis ſȝ apoſtolum noſtrā naturā ineffabiliter ſublimauit ita hic ſanctus cū eſſet filius incliti regis Ieruſalem ⁊ ſicilie. In eo qđ ſemetipſum humiliauit aſſumens hītū franciſcine paupertatis: ipſam religionem mirabiliter honorauit. ⁊ nobilitauit: vt de ipſo dicat̃ ꝙ ꝺ xp̄o dr̄ phili. 2°. humiliauit ſemetipſuȝ factus obediens vſq̄ ad mortē: mortē autē crucis. ſ. pnīe ⁊ auſteritatis: obedientie ⁊ pauptatis: ꝓp qđ ⁊ deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſup omne nomen.

Quarto vt ſit verbum xp̄i aloquentis pſonā bti ludouici di. Luce ſplen. ⁊c. Vbi dn̄s duo facit. Primum. quia repromittit decor noſtre felicitatis. ibi. luce ſplen. de qua pulchritudine. dr̄ Mathei. 13. ca. Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eoꝝ.

Secundo repromittit honor noſtre felicitatis. ibi. ⁊ oēs fines terre adorabūt te. actꝰ enim adorationis ē actꝰ ſupremi honoris Et ideo deo exibetur pro ſummo honore. pro quo honore iſti ſcō a pſonis regalibꝰ ymo a ſex ſuis fratribus exibito: cōuenit ei ꝙ dictū fuit iude. gn̄. 49. ca. Iuda te laudabunt fratres tui ⁊ infra. adorabūt te filij patris tui. dicit ergo luce ſplēdida ⁊c. Quia vero ex lucis ſimilitudine inchoata eſt laus bti ludouici. Iō circa lucem inſiſtendo.

¶ Primo videbimus de lucis ꝓprietate.

¶ Secundo de lucis virtute.

Circa primum inueniuntur. ſeptem lucis proprietates huic ſcō cōuenientes.

Prima. quia habet ꝓprietatē in ſuo ortu quia ſicut artifex valens opari ante diē lucē querit. Et ſic deus in principio creaturaꝝ pᵒ ꝓduxit lucē. gn̄. pᵒ. ca. Dixit deus fiat lux ⁊ facta eſt lux. Et ſicut fuit pⁱma creaturaꝝ ſenſibilium. ſic iſta ꝓprietas cōuenit btō ludouico. qui nō ſolū qđ fuerit primogenitus regis de filijs viuis. ⁊ ideo erat ſibi regnū debitū: ſed etiā in eo qđ in ſua primeua etate virtutibus florere cepit. ⁊ in ſcia clareſcere ſupra pueroꝝ naturaȝ: vt infra ſeptenniū oīum liberaliuȝ artium carperet fructū: vt dicere poſſit illđ ſapiētie. 8. Puer eraȝ ingenioſus: ⁊ ſortitus ſū aīam bonā. Iſtā puritatem in tanta perfectione dicitur habuiſſe. vt grām baptiſmalem q̄ a principio habuit vſq̄ ad mortem ſeruauerit. ⁊ ꝑ ꝯñs iſta gratia baptiſmalis ꝑ reſpectum ad grām penitentialē: ꝑ quā coiter ceteri ſaluant̃. hȝ quattuor priuilegia precioſa. Primū eſt dignitatis in ordine. quia ſicut ſacramentum baptiſmi eſt efficatius ⁊ dignius ſacramento pnīe. ita grā que conuenit in baptiſmo in ordine ad ipſȝ videtur magis digna. Secundum felicitatis in operatione. quia cū in quolibet peccato mortali acquiratur inclinatio ad malum: ⁊ per ꝯñs difficultas ad bonum. Ille qui habȝ grāȝ tali difficultate caret ſȝ hic ſanctus eſt ille qui nunq̄ peccauit mortaliter poſt baptiſmuȝ. quia tunc amiſiſſet grāȝ baptiſmalem. Et hoc ſignū. quia actus virtutum ſemper faciebat cum letitia.

Tertium eſt ſecuritas in cōſcīa. quia qui poſt baptiſmum deum mortaliter offēdūt neſciunt ſi legiptimā penitudinem habēt. Et iō nō ſunt ſecuri de diuina grā. Cū cōtritio ſit in certa. illi autem qui ꝑmanent in gratia baptiſmali. quia deum ex tunc mortaliter non offendūt. ⁊ baptiſmus nō requirit neceſſario contritionē. Iō ſtant ſecuri.

Quartum eſt virginitatis in aīa. Nam ſi virginitas carnis eſt tantum deo grata. ſicut docet ſcriptura in xp̄o ⁊ mater eius ſanctiſſima. Multo magis eſt ei cara virginitas aīe. quia perfectior. Et iō integritas mentis eſt melior ſicut vas de auro q̄ de terra vel ligno. Nunc autē dicitur caro virginea quando nō fuit corrupta. ex quo fuit nata. ⁊ ſic anima dr̄ virginea. qn̄ poſt baptiſmū nō fuit corrupta ꝑ pctm̄ mortale. Et quia talis grā inmediate adeo habetur. Ideo dicit ipſe ſanctus: Iere. 3°. pater meus dux virginitatis mee tu es.

Secunda. qꝛ habet pulchritudinem in ſuo aſpectu. Et qꝛ pulchrioꝛ res que ſit in mundo eſt rota ſolis propter eius claritatem. eccl. 43. ca. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Habet etiam demonſtrare aliarum reꝝ pulchritudinem. cum remota luce non appareat alicuius pulchritudo. que proprietates floruerunt. In iſto ſancto. Nam caſtitatis celibatum. ita perfecte cuſtodiuit vt non ſolum in ſe ſed ⁊ in reſpicientibus honeſtatẽ induceret ⁊ inclinaret vt pro tanto dicatur ſapientie. iiii. ca. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: cum pñs eſt imitãtur illam ⁊ deſiderant eam cum ſe aduxerit ⁊ in perpetuum coronata triumphat. Qꝛ dicit Auguſti. li. de ciuitate. Quod nullus eſt tam depratiatus quod totum ſenſum honeſtatis amiſerit. Tertia. qꝛ habet puritatem in ſuo contactu. qꝛ licet tangat corpora inquinatiua: non tamen inquinatur ab eis. Sicut de aliis corporibus. d. ſapiens. eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ⁊ qui cõmunicauerit ſuperbo induet ſuperbiaʒ. ſed lux ſolis licet cum in mundiſſimis miſceatur. non tamẽ inquinatur ab illis. Iſta ꝓprietas maxime i beato ludouico floruit. Quia licet in delitiis mundanis nutritus fuerit: tamen animam ſuam ſeruauit in in munem vt de eo dicatᷓ ſapiens. eccl. 31. ca. Qui potuit trãſgredi ⁊ non eſt tranſgreſſus: facere mala ⁊ non fecit. Quarta. qꝛ habet velocitateʒ in ſuo curſu. Quia lucis radius trãſit in tempore in perceptibili ſm quod dicunt perſpectiui. Uel ſecundũ phm in iſtanti. qꝛ non eſt aliquis corporis motus ita velox. cuʒ celum velociſſime moueatur. quod declarat dominus. d. Math. xxiiii. Sicut fulgur exit ab oriente ⁊ paret vſqʒ in occidenteʒ ita erit aduẽtus filii hominis: ⁊ accipitur hic fulgur pro claritate. Iſta proprietate floruit beatus ludouicus. quia velociter ꝑfecit curſum ſuũ. Qꝛ iuuenis incepit ꝓmo a primeuo etatis ſue: ⁊ iuuenis curſuʒ ſuũ ꝑfecit vt de eo dicatᷓ. ſapie. iiii. Cõſũmatꝰ in breui expleuit tpa multa. placita. n. erat aĩa illius deo. pp hoc ꝓperauit educere illum de medio iniqtatũ. Quinta. qꝛ hʒ ſubtilitatẽ i ſuo trãſitu. Nã radiꝰ ſolis trãſit ⁊ penetrat: corpora diaphona. ſine diuiſione. aut fractione. pʒ nõ ſolũ in criſtallo ⁊ vitro: verũ in aq̃ igne ⁊ aere q̃ ſunt eleſta: ⁊ tranſeunt celos inferiores ⁊ penetrãt. cum ſolis radii illuminant mundum vt pro tanto dicat ſapiens ſapiẽtie. vii. Multiplex ſubtilis diſertus nobilis: inquo inquinatus. Iſta ꝓprietas fuit in beato ludouico. qꝛ fuit tante actiuitatis: ⁊ acutiſſimi ingenii vt ſubtilitates altiſſimas theologie diſcuteret: ⁊ apperiret. Ita vt eius ſciẽtia potius videretur diuinitus in fuſa q̃ humanitus acquiſita: vt pro eo dicat ſapiens: ſapientie. viii. ca. Iuuenis ⁊ acutus inueniar in iudicio. ⁊ in conſpectu potentium admirabilis ero ⁊ facies principum mirabuntur me. Sexta. qꝛ habet cõmunitatẽ in ſuo effectu. quia omnibus vniuerſaliter cõmunicatur. ⁊ cum ſit res p̃cioſiſſima nũq̃ venditur vel emitur aut diuiditᷓ: nec minus participatur. Ideo de ſe dicẽ. eccl. xlii. ca. Sol illuminans ꝑ oĩa reſpexit. Iſta ꝓprietas fuit in btõ ludouico. Quia virtute pietatis ita comuniſ erat pauperibuſ: vt infatigabiliter ſua ⁊ ſe eorũ obſequiis ſe mãciparet. ſciebat enim illud eſſe apoſtoli. prime ad thimotheuʒ. iiii. Pietas ad omnia vtilis eſt. Septima. qꝛ habet nobilitatẽ in ſuo gradu. Eſt enim nobilioꝛ qualitas ſenſibilis que ſit in vniuerſo ꝓ eo ꝙ ẽ obiectum perfectiſſimum potentie ſenſitiue vt puta viſus. Que inter ceteras potentias ſe licitabitur in patria. Luc. 10. ca. beati oculi qui vident que vos videtis: dico enim vobis quod multi prophete ⁊ reges voluerũt videre q̃ vos videtis ⁊ non viderunt. Iſtã ꝓprietatẽ hũit btũs ludouicus. q ſm carnẽ ex pte pr̃is de nobiliſſimo gñre regũ frãchoꝝ traxit originẽ. vñ natꝰ ẽt ſctũs ludouicus rex. ex pte mr̃is fuit d̃ nobiliſſimo genere regũ vngarie. vñ fuit ſcã heliſabeth. q̃ regna ſunt altiſſima nobilitate. ⁊ ꝯſecrata ſcitate: fuit etiã initiatũ illud regnũ vngarie. a ſanctiſſimis ꝑſonis. Quia primuſ rex ibidẽ fuit ſãctus ſtephanus. Scdõs ſctũs ladiſlaus. Tertius ſanctus henricus. ⁊



cuʒ tante fuerit celſitudinis non tamen eſt dedignatus in infima ſe collocare multitudine pauperum. ſ. fratrum minoꝝ. vt in tãta multitudine de ipſo dicatᷓ. Iudithũ 8°. c. Unus ex eis quaſi filius regis.

Circa ſecũdã partẽ inſiſtẽdo. ſ. de lucis virtute. Dicitur qd̃ eſt multiplex. Quia primo hʒ virtutẽ aſſecuratiuam: nã homines ſunt multum timidi in nocte propter carẽtiam lucis. vnde rex Salomon ꝓpter timoreʒ in nocte: cuſtodiri faciebat lectum ſuum. Cantico. 3°. c. Lectulum Salomõis ſexagita fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael oẽs tenẽtes gladios: ⁊ ita reddit cãm pp timores nocturnos. Ideo dicit propheta. ps̃. Exibit homo ad opus ſuum ⁊ ad operationem vſque ad veſperam. Hanc ꝟtutẽ hũit btũs Ludo. qꝛ cũ deuita cõi ⁊ ſtatꝰ religioſoꝝ ⁊ ꝑlatoꝝ multi vacilarẽt iſte oẽs aſſecurauit dũ vitã cõmunẽ habituʒ religiõis: ⁊ officiũ prelationis in ſe aſſũpſit: ⁊ portauit. 2ᵒ. paralipomenon. xx. Credite dño deo veſtro ⁊ ſecuri eritis: credite ⁊ prophetis eius. i. ſanctis ⁊ cuncta vobis
a venient proſpera. Secundo hʒ virtutẽ expulſiuã beſtiarũ. vñ dicẽ ꝓpħa. ps̃. Poſuiſti tenebras ⁊ facta ẽ nox. In ipſa ptrãſibũt oẽſ beſtie ſilue catuli leonũ rugiẽteſ vt rapiant ⁊ querant a deo eſcã ſibi: ortus eſt ſol: ⁊ cõgregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis collocabũtur: ⁊ nõ ſolum lux terret beſtias: ſʒ etiã hoies malos. Iob. xxiiii. Si ſubito apparuerit aurora arbitrantur vmbra morꝫ ⁊ ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Hanc ꝟtutẽ habuit bea. Ludoui. qꝛ ſicut xp̃s per miracula ſue reſurrectionis induxit terrorẽ incredulis. vt teſtãtur euangeliſte. Sic b. Ludouicus per potẽtiã miraculorũ exterruit infideles. Actuũ. v. c. Ut ãt audierũt hos ſermones magiſtratus tẽpli ⁊ principes ſacerdotũ ambigebãt de illis: qd nã fieret. Tertio. hʒ viʒ letificatiuã. qꝛ ſine luce nõ põt homo eſſe letus. Thoᶜ. v. c. Quale gaudiũ mihi erit q in tenebris ſedeo: ⁊ lumen celi nõ video. qꝛ in lumine ẽ intenſa delectatio. Eccleſia. xi. Dulce eſt lumen ⁊ delecabile eſt oculis videre ſoleʒ. Hanc virtuteʒ habuit b. Ludoui. in coruſcatione miraculorum ex qbus nõ ſolũ letificauit ſanctam matrem eccleſiam ⁊ religionẽ: ſed ẽt ſingulariter domum regiam francoꝝ vt ei competat qd̃ de pueris dicitur. Danielis. 3°. c. Tunc hii tres. ſ. eccleſia: religio: ⁊ domus frãcoꝝ: quaſi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabant dominum.

Quarto. hʒ vim cõtriſtatiuam. qꝛ ſicut oculus ſanus letificatur ad lucẽ. Sic oculus eger triſtatur. pʒ in debilitate oculorũ veſpertilionis: ⁊ noctue propter viſus debilitatẽ. Hanc virtutẽ habuit. b. ludouicus y oculos habentes ſanos ⁊ ſanas mẽtes habentes letificat: ⁊ malos habentes oculos. ſ. pctõres contriſtat. d. cũ apoſtolo ſecunde ad cor. vii. c. Si contriſtaui vos ñ me penitet. Quinto. hʒ viʒ manifeſtatiuã. Nã q̃ i tenebris ſunt occulta: in luce ſũt manifeſta. ⁊ ſine luce nihil clareſcit. Ephesios v. ca. Oĩa ãt q̃ arguũtur a lumĩe mãifeſtãtur. oẽ. n. qd̃ mãifeſtatᷓ lumẽ ẽ. Hãc ꝟtutẽ hũit btũs ludo. i ſua doctrina ⁊ p̄dicatiõe. qꝛ ꝑ clarã ſapiaʒ manifeſtabat occulta pcõrũ tũſiõe penitudinis ꝓuer. xiiii. Teſtis fidelis nõ mẽtietᷓ. Et ifra. liberat aĩas teſtis fidelis. Sexto hʒ viʒ obfuſcatiuã. qꝛ lux ẽ excellẽtiſſimũ viſibile. ⁊ iõ viſũ obfuſcat pʒ d̃ reſpiciẽte rotã ſolis. eccl. xliii. Sol exurẽs mõtes radios igneos ex ſufflãs ⁊ refulgẽs radiis ſuis obcecat oclos. Hãc ꝟtutẽ hũit. b. ludo. i eo ꝙ tã excellẽtiſſima ⁊ ſplẽdida ꝟtutũ opa faceret vt multos ſcõs i merito trãſcẽderet vt ex ꝓfũda hũilitate cũ ꝓpħa dicat. ps̃. Ego ſum ꝟmis ⁊ nõ hõ obprobriũ hominuʒ ⁊ abiectio plebis. Cũ tãtus ⁊ talis eẽt. Septio hʒ viʒ gñratiuã oĩa. n. q̃ i terra fructificãt. germinãt ꝟtute ſolis. Qui ſuã ifluẽtiã defert ꝑ lucẽ. ⁊ vbi nõ lucet ſol nõ germinat terra. Math. v°. Solẽ ſuũ oriri facẽ ſuꝑ bonoſ ⁊ malos. hãc ꝟtutẽ hũit btũs ludo. Qui pp deuotionẽ miraculoꝝ a ſe factoꝝ. multos filios deo i religiõe fecũdauit ⁊ gñerauit. vt iõa religio. d. bti ludo. cũ habraã. gñ. 12. Bñ ſit mihi pp te ⁊ viuit aĩa mea. i. fama ob grãʒ tui ⁊ de his oibꝰ dicẽ btũs luda. ecclie ſcẽ di cũ ꝓpħa. pſ. Hec ẽ gñeratio q̃rẽtiũ dñʒ q̃rẽtiũ faciẽ dei iacob. cuiꝰ q̃ſitiõiʒ nos ⁊c. A. m.

¶ De angelis.

Laudate eũ omnes ãgeli eius ⁊c.
propheta ĩ pſa.148. Metro.2. Uo
lendo loqui de angelis. P° lo
quendũ eſt de eis quantum ad
eorum creationẽ. Secũdo quãtũ ad coꝝ
caſum ſeu cõfirmationẽ. Tertio quantũ
ad cõfirmatoꝝ ordinationẽ. Circa p̃mũ
occurrunt octo conſiderationes.
prima conſi°. Prima eſt qñ angeli fuerũt creati. Di
cendũ eſt ꝙ nõ in tempore. q: nõdũ erat tẽ
pus ſed fuerunt iſta quatuor creata ſimul.
natura angelica que ſpiritualis eſt. Celũ
empyreũ. materia prima quatuor elemẽto
ruꝫ ex qb⁹ facta ſunt oĩa corporalia. Et tẽ
pus. ⁊ de iſtis intelligitur illud eccl. xviij.
Qui viuit in eternuꝫ creauit omnia ſimul
.i. corporaleꝫ ⁊ ſpiritualẽ naturã. Nec ob
ſtat illud eccl. p°. Prima oium creata eſt
ſapia. q: intelligitur de natura angelica ꝗ̃
primo creata eſt non tempore ſed dignita
ſecũda conſi° te. Secunda cõſideratio eſt vbi angeli
fuerunt creati. Dicendũ ꝙ in celo empy
reo ſꝫm bedã: qd̓ eſt celũ ſplendidũ ⁊ igneũ
non calore ſed ſplendore. Iſtud celũ empy
reum factum eſt ſimul cum angelis in quo
⁊ ipſi facti ſunt nec eſt illud celum qd̓ vide
mus in quo ſunt ſtelle qd̓ dr̃ firmamẽtuꝫ.
q: illud nõ fuit factum ſimul cũ angelis ĩ
principio ſed ſcd̓a die vt dr̃ gñ. p°. Nec
huic ſnĩe. ſ. ꝙ angeli facti ſunt in celo empi
reo obſtat illud yſa. xiiij. dicẽs. Aſcendaꝫ
in celum ⁊ ſuper aſtra dei exaltabo ſoliuꝫ
meum ſedebo in monte teſtim in lateri
bus aquilonis aſcendam ſuper altitudi
nem nubiũ ⁊ ero ſimilis altiſſimo ⁊c. quia
celum ibi accipiẽ ꝓ equalitate dei ad quã
lucifer volebat aſcendere. Tertia conſi
tertia conſi°. deratio eſt quales facti ſunt angeli a prin
cipio. Dicendũ ꝙ quatuor fuerunt eis da
ta. P° ſimplicitas ĩ eſſẽtia q: nõ ſunt diui
ſibiles nec materiales. Scd̓o diſcretio in
ſubſiſtentia. q: ſingulares ⁊ perſonales.
Tertio itelligẽtia cũ ſapĩa. q: habuerũt
intellectuꝫ memoriã ⁊ voluntatẽ ſeu dile
ctionem. 4°. Libertas ĩ arbitrio. q: potu
erunt ad bonũ ſiue malum ſine corruptio
ne ⁊ violẽtia ĩclinari. 5°. vite ĩmortalitas
quia ſunt incorruptibiles ꝑ naturã.
Sexto nature bõitas quã nõ ex virtuti
bus ſed in ſua creatione acceperũt in qua
bonitate oẽs fuerunt creati equales.
quarta conſi°. Quarta eſt ſi fuerũt vniformes in pri
cipio ſue creationis. Dr̃ tamen ꝙ in aliqui
bus fuerunt vniformes. ⁊ in aliquibus di
formes. vniformes fuerunt. q: oẽs ſpiritꝰ
in mortales ſunt. ſed in tribus e ãt diffor
mes. Primo q: alij alijs in eſſentia erãt
ſubtiliores. Scd̓o q: erãt alij alijs ĩ ſapia.
ꝑſpicatiores. Tertio. q: erãt alij alijs in
libtate honorabiliores. nec minor libtas ar
bitrium auferebat alicui quin liberum ar
bitrium haberent vt poſſent bonum ⁊ ma
lum libere operari. Quinta ẽ. quã ſciaꝫ
in principio ſue creationis habuerũt. Di
cendum ꝙ ipſi ſciebant.
¶ Primo q facti erant.
¶ Secundo a quo facti erant.
¶ Tertio cum quo facti erant.
¶ Quarto ſciebant aliqualiter quid appe
tendũ ⁊ quid fugiendum ex quadam inꝑ
fecta notitia dei. ⁊ ſe inuicem diligebãt ſed
nõ meritorie diligebãt. Sexta eſt vtruꝫ
perfecti vel imperfecti fuerunt angeli crea
ti. Dicitur ꝙ ly perfecti accipitur triplici
ter. Prĩa ſꝫm tp̃s: ſ. ꝙ hꝫ qcq̃d tp̃s reqrit.
⁊ iſto modo angeli ante lapſum fuerũt ꝑ
fecti. 2°. ſꝫ naturam. ſ. ꝙ habeat quicquid
requiritur ſue nature glorificate. ⁊ hoc mõ
fuerunt angeli poſt confirmationem ⁊ an
te non ⁊ hoc modo ſunt perfecti qui ſunt
ſancti in patria. Tertio perfectum ſimpli
citer. ſ. ꝙ hꝫ oẽm perfectioneꝫ. ⁊ quicquid
aliud hꝫ perfectionẽ habet ab ipſo. ⁊ hoc
modo eſt perfectus ſolus deus. Septi
ma eſt ſi angeli mali fuerunt preſcij ſui ca
ſus. ⁊ boni ſue confirmationis. Dr̃ ꝙ bo
ni aliquam preſciam ſue confirmationis
habuerunt. ſed mali ſuum caſum nõ pre
ſciuerũt. vel dñdũ ⁊ forte melius. ꝙ neuter
ſuum euentũ preſciuit. Octaua eſt ſi in
ter creationem angelorum ⁊ confirmatio
nem bonorum ⁊ auerſionẽ maloꝝ fuit ali
qua mora. Dr̃ aũt ꝙ nõ ſed ſtatiꝫ quo fue
rũt creati boni fuerunt ꝯuerſi ⁊ ꝯfirmati.




Mali autem auerſi ⁊ puniti: ſed bene fu
it aliqua mora: ſed multum breuis inter
creationem angelorum ⁊ auerſionem ⁊ cõ
uerſionẽ. Circa ſcd̓m. ſ. circa cõuerſionẽ
bonoꝝ ⁊ auerſionẽ maloꝝ occurrũt qua
tuor conſiderationes.
Prima eſt qualiter aliq angeloꝝ per
prima conſi° manſerunt ⁊ aliq corruerũt. Dicẽdũ ẽ ꝙ mor
angelicis ſpiritib⁹ creatĩ. ⁊ ĩ ſua natura nõ
in alia ſtatib⁹ aliq coꝝ permanẽt dĩ gr̃a nõ
cooperãte q̃ iuſtificat ipſos. q: ipſi nõ erãt
ſed cooperãte ſine qua creatura ꝑficere ne
quit. deo ꝑ charitatẽ adheſerũt qua adhe
ſione ꝯfirmati ſunt ⁊ btificati in tm̃ ꝙ ma
le agere nequeũt. ⁊ ꝓp hoc ſꝫ btm̃ Gre.
liberꝫ arbitriũ nõ perdiderũt. Alij ãt a deo
ſe per odiũ auerterũt qua auerſiõe fci ſunt
dãnati ⁊ mali ⁊ totaliter dãnati ĩ tantũ ꝙ
nunq̃ bñ agere pñt. Et nõ minus liberuꝫ
arbitriũ ꝑdiderunt. nec valet excuſatio ſi
dicat ꝙ ipſi culpabiles nõ fuerunt cũ eis
deus ſuã grãm operãtẽ ſine qua nemo ꝑfi
cere põt. nõ donaret. q: ⁊ ſi ꝑficere ſine ea
nõ valebãt: poterãt tñ illi ĩ ſue nature pu
ritate ꝑſiſtere: nec deũ odire tandẽ dei gra
tiã expectare. quã de⁹ penitus ꝯdonaſſet.
ſecũda conſi° Secunda cõſideratio eſt de ruina ma
loꝝ. vbi ſciendũ ẽ ꝙ maloꝝ angeloꝝ ruẽ
tiũ aliqs maior alijs. nec eo maior inter re
manẽtes q dr̃ lucifer elatus ſuperbia iſta
tus inuidia. ait yſa. xiiij. Aſcẽdam in celuꝫ
exponã ſedẽ meã in aqlone ⁊ ſilis ero altiſ
ſimo. Qui ſtatim cũ ſuis ſequacibus inter
quos ⁊ de maiorib⁹ ⁊ de minoribus erãt
in iſtum caliginoſum aerẽ deiectus ẽ. non
dimiſſus ſtare in celo. q locus amenus eſt
nec in terra ne nos nimis moleſtaret. ſed in
aere ipſe ⁊ ſequaces ſui deiecti ſunt. ⁊ ibi
dimiſſi vt nos exercitarent. Nihilominus
eoꝝ aliqui ⁊ forte alternatim in infernuꝫ
ad animas maloꝝ cruciandas deſcendũt.
Ipſe vero lucifer primum adaꝫ tẽptando
in paradiſo. poſtea xp̃ꝫ in deſerto tẽptauit
a quo deuictus. eiect⁹ eſt in inferno ⁊ dr̃ li
gatus vſqꝫ ad tempora antixp̃i. quo tem
pore ſoluendus eſt ⁊ ad tẽptandum hoĩes
vires maximas recepturus. Poſtq̃. ſ. im
pleti fuerint mille ãni de qb⁹ dr̃ ĩ apoc. 2.
Uidi angelũ deſcendentem de celo haben
tem clauem abiſſi ⁊ catenã magnã in ma
nu ſua ⁊ apprehendit draconem ſerpenteꝫ
antiquũ qui eſt diabolus ⁊ ſatanas ⁊ liga
uit eum annos mille ⁊ miſit eũ in abiſſuꝫ
⁊ clamauit ⁊ ſignauit ſuper illũ vt nõ ſedu
cat amplius gentes donec conſumentẽ an
ni mille ⁊ poſt hec oꝫ illum ſolui modico.
Et ſciẽdũ. ꝙ ſicut ĩ bonis anglis ⁊ hoĩb⁹
vſqꝫ ad finem mundi poſt quẽ euacuabit
oĩs prelatio. qa alij alijs preſunt. ita eſt in
demonib⁹ prelatio vſqꝫ ad tempus illud. ſ.
fineꝫ mũdi ⁊ alij alijs ſunt maiores. ſꝫ ma
iores de maioribus vicijs temptant. ⁊ mi
nores de minoribus. Sed cum aliqs eoꝝ
a ſcõ viro ĩ alicui⁹ vitij tẽptatione deuicitẽ
amplius temptandi de illo vitio non ha
bet poteſtatẽ. Multum ergo lucrantẽ ſan
cti hoĩes vitioꝝ tẽptationibus reſiſtendo
ex quo de iſto vitio amplius nõ tẽptantur
⁊ auferuntẽ a diaboli poteſtate.
Tertia conſiderõ eſt quam poteſtatem tertia conſi°.
demones hñt ducendi nos ad operandũ.
Dicendum ꝙ ex ſubtilitate nature vel ex
temporꝫ longa experientia vel ex reuelatio
ne bonoꝝ angelorum quã deus aliquan
do permittit fieri faciunt opera mirabilia
in tantum ꝙ videntur creare. vt patet ĩ ar
tibus magicis. quas per ipſos ad maloruꝫ
excidium ⁊ bonoꝝ exercitiũ deo permitten
te operantẽ. Nã magi pharaonis ſerpẽtes
creare videbantur. nec tamen in veritate
creabant. quia hoc ſolius dei eſt. ſed rõnes
ſeminales per ipſum deum in materijs cõ
creatas. per ſui ingenij ſubtilitatem aſſu
mentes. ⁊ alijs elementis rarioribus vel
ſpiſſioribus vt expedit commiſcentes vide
bantur creare ſerpentes. nec non alias fa
cere operationes ⁊ hoc deo permittẽte vt
dictum eſt. quia ſciniphes magi pharao
nis facere nequiuerunt. quia deus hoc de
monibus non permittit propter quod ma
gi vidẽtes ſciniphes a deo factos ꝑ Moy
ſen dixerunt exo. viij. Digitus dei eſt hic.
Quarta conſideratio eſt. ſi angeli vel de quarta conſi°.
mones habent corpus. Et dicit Auguſti
nus ſuper Gen. ꝙ omnes angeli habent
corpus de ſubtiliſſimo aere quibus ad agẽ

Quam non autem ad patiendū habiles erāt
que corpora adhuc remanēt in angelis bo
nis. In malis autem. q2 eiecti ſunt in ae-
rem groſſiorem. groſſiora corpora inde aſ-
ſumpſerunt in quibus a ſuperioribus ꝛ a-
ctiuioribus elemētis cuiuſmodi ſunt ignis
ꝛ aer pati poſſunt. Alia opinio ꝛ moder-
norum doctorum eſt. angelos eſſe in corpo
reos. ſed cum ad noſtrum miſteriuꝫ in ſpe
cie viſibili ꝛ corporea aliquando veniunt.
Hoc eſt. quia corpus deo preparante aſſu-
munt per iſtum medū deus pluribus ſan
ctis apparuit. ꝛ tamen deum patet eſſe in
corporeum. nec vnquam alicui ſecundum
eſſentiam ſuam apparuiſſe que inuiſibilis
ꝛ in materialis eſt. quia deum nemo vi-
dit vnquam vt habetur in. Jo. p°.

Circa tertium. ſ. de ordinibus angelo-
rum occurrunt ſeptem conſiderationes.

Prima eſt. quid eſt ordo angelorum
Dicendum eſt quod ordo angelorum eſt
multitudo celeſtium ſpirituum qui in ali-
quo munere gratie aſſimilantur ſicut in
naturalium donorum participatione con-
ueniunt. Secūda eſt. qui ſint ordines an
gelorū. Dicitur ꝙ tota multitudo angelo
rum diſtinguitur in tres partes ſiue ordi-
nes. vt in eis ſimilitudo trinitatiſ exprima
tur. Prima ierarchi eſt trium ordinū
ſcilicet. Seraphin. Cherubin. Throni.

Secunda. dñanationum. principatuuꝫ
poteſtatuum. Tertia: virtutum: archan
gelorum: ꝛ angelorum. Et notandum ꝙ
hec nomina. non ad eorum ſed ad noſtram
notitiam angelis ſcōm munera gratiarum
ſunt impoſita. vnde ſuperiori ordini impo
ſitum eſt nomen a ſuperiori virtute. ſ. cha-
ritate. vnde ſeraphin interpretatur ardor.

Secundo ordini impoſitum eſt nomen
a ſecunda virtute. Interpretatur enim che
rubin. plenitudo ſcientie. ꝛ ſic de alijs ſupe
rioribus. Throni dicuntur ſedes dei. q2 ſe-
cundum beatum Gregorium tanta dei
gratia implentur. ꝙ in eis ſedere deus di-
citur ꝛ per eos iudicia diſcernūtur. Dña-
tiones dicuntur. quia principatus ꝛ pote-
ſtates tranſcēdūt. Principatus dicunt. q2
ſuis ſubditis que ſunt agenda diſponunt
ꝛ agēdo diuina miſteria principant. Po
teſtates dicuntur. Quia aduerſarias virtu
tes ſpeciali officio expellunt. Virtutes vo
cantur ſigna ꝛ miracula ſpecialiter facien-
tes. Archāgeli dicuntur qui ad maiora nū
cianda mittuntur. Angeli qui ad minora.
Iſtas gratias. licet alij alijs habeant excel
lentius. nec tamen taliter quin omnes ar-
deāt charitate ꝛ polleant ſcia ꝛ ſic de alijs.
Nec eſt putandum ꝙ ſuperiores in oībus
donis preceteris non polleant. q2 non dicā
tur Cherubin ſcientiam habere excellen-
tius ꝙ ſeraphin: ſed econuerſo. vnde nō eſt
facienda comparatio alicuius ordinis ad
ſuperiores ordines ſed ad inferiores quos
in omnibus donis precedunt precipue in
iſto cuius vocabulum tenent. quod eſt ex-
cellentius omnibus ſequentibus donis.

Tertia conſideratio eſt. ſi erant iſti ordi
nes a principio creationis angelorum. Di
cendum ꝙ non habebant adhuc charita-
tem dei propter quam ſit ordo ſeraphin.
nec ſcientiam propter quam ſit ordo cheru-
bin ꝛ ſic de alijs. Nec obſtat ꝙ apoſtolus
Ephe. vi. aſſignat in reprobis duos ordi-
nes. d. Non eſt nobis colluctatio aduerſus
principes ꝛ poteſtates ꝛ aduerſus mundi
rectores tenebrarum harum cōtra ſpiritua
lia nequitie in celeſtibus. quia hoc non di-
cit ꝙ in illis ordinibus ſint vel fuerint. ſed
quia fuiſſent ſi perſtitiſſent cum ſue nature
ſubtilitate. ꝛ ſui ingenij perſpicacitate. eis
ordo ꝛ nomen ꝛ gratia a quibus ordo dici
tur ꝛ nomen ordinis aſſignatus fuiſſet.

Quarta conſideratio eſt. ſi omnes ange
li eiuſdem ordinis ſunt equales. Dicendū
ꝙ ſicut in ordine apoſtolorum alter altero
eſt excellentior: ſic in vno ordine angelorūꝫ
alij alios excedunt. Lucifer enim de ſupe-
riori ordine erat ꝛ tamen ſi ſuperſtitiſſet ali
os eiuſdem ordinis exceſſiſſet. Quinta
quo ad extra mittendos. vtrum. ſ. omnes
mittantur. Dicendum eſt ꝙ angeli ſupre-
me Ierarchie innuunt voluntatem dei il-
lis de media ierarchia. Et illi de media il-
lis de infima ꝛ illi de infima nobis. Ita ꝙ
illi ſupremi ab aſpectu dei nunquam rece-
dunt ſecunduꝫ dionyſium iuxta illud dañ.



vij. Decies centena milia aſſiſtebant ei.
Nec obſtat illud yſa. vi. Volauit ad me
vnus de ſeraphin. Exponit dionyſi. ꝙ iſto
nomine vocabatur. propter officium quod
gerebat. ſcilicet. quia venit incendere ꝛ in
flāmare Iſaiam caritate. quia ſupremi me
dijs: ꝛ medij infimis ꝛ infimi nobis mini-
ſtrant ꝛ nunciant. Omnes enim ſecunduꝫ
apoſtolū ad hebre. primo ſunt adminiſtra
tores ſpiritus. Nec hoc obſtat. q2 ex ſpecia-
li conceſſione ꝛ gratia de maioribus ſunt
miſſi quandoque extra. Michael eniꝫ qui
interpretatur vt deus. Gabriel qui inter-
pretatur fortitudo dei. ꝛ Raphael qui in-
terpretatur dei medicina de maioribus eſſe
dicuntur. ꝛ tamen ad extra quandoqꝫ ſunt
miſſi vt patet multipliciter in ſcriptura.

Sexta conſideratio eſt. de cuſtodia quā
habent angeli de nobis. vbi ſciendum eſt.
ꝙ quilibet homo habet vnum angeluꝫ bo
num pro cuſtodia ſui ꝛ vnum malum pro
exercitio. quia licet omnes angeli nos cu-
ſtodiant tamen ille qui eſt alicui ſpecialiter
deputatus habet de eo curam ſpecialem.
Et ſimiliter eſt de demonibus ad expugnā
dum. Et notandum ꝙ oportet vnum an-
gelū cuſtodire plures hoīes ſiſ vel viciſſiꝫ
vel ſucceſſiue. q2 maior eſt numerus homi-
num ꝙ angelorum bonorum ꝛ per ꝯñs cū
ſolum homines electi aſcendere dēbeant ad
numerum angelorum ꝛ per ꝯñs numerus
omnium hominum eſt maior ꝙ numerus
omnium angelorum cum numerus bono-
rum excedet numerum malorum. Sic ergo
intelligit. Primo ꝙ vnus angelus ſimul
cuſtodiat plures homines. nec propter hoc
tollitur quin quilibet homo habeat ange-
lum ſpecialem. ſicut licet vnus abbas de-
tur pluribus monachis. quilibet tamē mo
nachus dicitur habere ſuum ſpecialeꝫ ab
batem. Secundo ꝙ vnus angelus cuſto
diat vnum hominem tantum. Et illo mor
tuo datur alteri homini ad cuſtodiam. q2
poteſt eſſe ꝙ plures vel tot ſunt angeli bo-
ni vel mali quaꝫ omnes homines in eodē
tempore viuentes. Septima eſt ſi ange-
li proficiant in cognitione. Dicēdum eſt ꝙ
illi quibus datum eſt vacare miſterio trini
tatis non proficiunt. quia ſecundum Gre
gorium. quid eſt quod neſciunt qui viden-
dentem omnia vident. Illi autem qui nō
vacant trinitatis miſterio. ſicut ſunt mino
res angeli proficiunt in cognitione vt pa-
tet de miſterio incarnationis. ꝙ angeli mi
nores non perfecte intellexerunt vſque ad
aſcenſionem ꝛ apoſtolorum predicationē
ſ. ibi icarnationē iuxta illō apli ad Eph. 3.
d. que ſit diſpenſatio ſacramenti aſconditi
a ſeculis in deo qui creauit omnia vt inno
teſcant principatibus ꝛ poteſtatibus cele-
ſtibus per eccleſiam multiformis ſapiētia
dei ſ3 prefinitioneꝫ ſeculorum. Super que
dicit Aug. angelice dignitates prefatum
miſterium complete non intellexerunt do-
nec compleretur paſſio chriſti. ꝛ apoſtolo-
rum predicatio per gentes eſt dilatata. qd
Iero. dicit intelligendum eſſe de angelicis
dignitatibus inferioribus que non vacant
miſterio trinitatis vt dictum eſt. Qui iſta
voluerit videre probata ad ſecundum li-
brum ſententiarum recurrat. di. 2ª. ꝛ ꝯñter
vbi magr tractat de āgelica natura. Amē.

Sermo de angelis

Erunt ſicut angeli dei in celis.
Math p°. capi. Qui vult bene
loqui ꝛ intelligere linguaciū ali
quod oportet cum conuerſari cū
loquentibus tali linguagio aliter non poſ-
ſet ſcire linguagium illud. Ideo in Jo. di
citur quomodo hic litteras ſit cum non di
dicerit. Chariſſimi linguagiū angelorꝫ eſt
verbum dei. Iſto enim linguagio vtuntur
in celo deum laudando. ps. 148. Metro.
2°. Laudate eum omnes angeli eius. Et
per ipſos deus loquitur ꝛ dicit nobis vo-
luntatem ſuam Apoc. p°. Significauit de
us que oportet fieri cito loquens per ange
lum ſuum ſeruo ſuo Joanni. Et ideo qui
vult loqui vtiliter ꝛ intelligere verbuꝫ dei
debet conuerſari cum angelis Modus au
tem conuerſandi cum eis eſt ſanctam ad ſu
periora affectionem. ꝛ deuotam orationeꝫ.
Et ideo in principio noſtri ſermonis eleua
bimus mētes nr̄as ad ſanctos angelos ꝛ
loco orationis reginā angelorꝫ deuote ſa-
lutabimus. d. Aue maria. ꝛ cetera.

Erunt ſicut angeli in celis. vbi ſupra: ¶ Scitur cõiter ⁊ vidimus frequenter ꝙ ꝑſone ſimilis conditionis ſunt eiuſdem cohabitatiõis ⁊ diſſimilis conditionis non ſunt eiuſdem habitationis. Nã pariſius ſcholares diuerſarum facultatum ſeu conditionũ vt artiſte ⁊ legiſte: bõi ſcholares ⁊ mali nõ habitãt libẽter ĩ eodẽ hoſpitio. Nõ cõhabitabit lupus cũ agno: ſic nec peccator cũ iuſto. Deus etiã nõ libẽter habitat in corpore ſubdito peccatis. q: deus ⁊ peccatuꝫ nõ ſunt ſimilis cõditiõis: que cõuentio ẽ xp̄i ad belial. Ratio vniuerſalis ad omia iſta eſt. q: vnũ quodqꝫ naturaliter trahit ad ſuũ ſimile ⁊ fugit ſuũ diſſimile. Eſt igitur verũ ꝙ ꝑſone ſimilis cõditionis libenter ſunt eiuſdẽ cohabitatiõis. modo ita ẽ ſm̃ Grego. in homelia de decem virginibus: ꝙ bone ꝑſone ⁊ ſancte in hoc mundo habent conditiones ſimiles angelis: qḋ ſic oſtẽditur ꝑ ipſuꝫ. Naꝫ nouẽ ſunt ordines angeloruꝫ teſtãte ſacro eloqo. Dicim⁹. n. vt pꝫ in miſſa: in ꝑfationibus: angelos: archangelos: virtutes: poteſtates: principatus: dominationes: thronos. cherubin. ⁊ ſeraphin. Et nota ꝙ ad quẽlibꝫ iſtorum ordinum aliq hoies ſunt deputati ⁊ cõtinue aſſumunt̃ ſm̃ diuerſas conditiões ſeu ꝑfectiones hoium diuerſorum angeloruꝫ diuerſoruꝫ ordinum aſſimilantiũ. Quidaꝫ eniꝫ hoies ſunt q cuſtodiunt ſe ipſos fideliter a peccato mortali: ⁊ non ſoluꝫ ſe ipſos cuſtodiũt: ſed ⁊ alios quos ſciunt peccare corrigunt ⁊ inſtruunt: exiſtentes etiã in periculo excitant ne labant̃: hanc cõditionẽ hñt cum angelis: qbus etiam hoc officiũ eſt cõmiſſum: ⁊ ideo in ipſoruꝫ ordine locabuntur: ⁊ cõtinue tales conditiões habentes collocantur. Unde Hieronymus ſinguli habemus ſingulos angelos. quorum officiũ eſt excitare nos: ne per peccatum cadamus. Iõ dicitur. Reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me: quaſi virum q ſuſcitat̃ de ſomno. Itẽ ſunt alii ꝑfectõres: q oia relinquerunt ꝓp xp̄m: vt intelligant ⁊ doceãt verbuꝫ dei: ⁊ tales habẽt cõditiões ſimiles archangelis: qbus hoc officium ẽ cõmiſſum: vt annuncient alta miſteria fidei ⁊ hii in iſtorum ordine locabuntur. vnde de archangelis ⁊ de talibus. Malachie. 2°. Legem requirent ex ore eius: q: angelus dñi exercituuꝫ eſt. Itẽ quidam ſunt ita ꝑfecti ⁊ diuites in fide ⁊ operibus ꝙ faciunt in vita ſua miracula curant diuerſas infirmitates ⁊ tales habent cõditiones ſimiles virtutibus qbus ſpecialiter eſt cõmiſſuꝫ: vt diuerſa faciant miracula ⁊ curent diuerſas infirmitates ⁊ langores. Unde Thobie. 3. Miſſus eſt angelus ſanctus Raphael vt curaret eos. ſ. Thobiã ⁊ Sarram. Et iſti ĩ iſtorum ordine locabuntur. Item quidã ſunt ita feruidi ⁊ deuoti in oratiõe ⁊ continua contẽplatione: vt etiã veniam impetrẽt peccatoribus ⁊ demones expellant ab obſeſſis corporibus. Et hii ſimilitudinẽ habent cum poteſtatibus: quibus eſt cõmiſſum vt imperent demonibus ⁊ ipſorum choerceant poteſtatem. vnde Dan. vi. Deus me⁹ miſit angelum ſuuꝫ ⁊ ꝯcluſit ora leonũ. ⁊c. Et tales in iſtorum ordine locabũtur. Itẽ ſunt qdam q in puritate conſcientie ⁊ ſanctitate vite: etiam ceteros bonos tranſcendunt. Et hii habẽt ſimilem conditionem principatibus precedentes virtutes ⁊ poteſtates in ꝑfectiõe. Unde dicitur exo. xxxii. Angelus meus precedet te. Et hii in principatus ordine locabuntur. Item ſunt aliq q cunctis vitiis dñantur habentes plenã de ſe ipſis poſſeſſionem. corpus eniꝫ in talibus nõ videtur reſiſtere rationi. Et tales habent cõditionẽ ſimilem cũ dñationibus qui inferioribus quodã modo dñatur: vñ dicitur Iudicũ 2°. Aſcendit angelus domini de Galgalis ad locum flentiũ ⁊ ait. Eduxi vos de Egypto ⁊ introduxi in terram pro qua iuraui patrib⁹ veſtris. Et iſti in dñationum ordine locabuntur. Itẽ ſunt alii qui in conſcientia ſua continue deum portant. ita vt nihil cogitare vel agere velint. niſi quod eſt placitum legi diuine. Et hii habent conditionem ſimilem cuꝫ thronis in quibus deus reſidet. Unde dicitur Apoca. vii. Angeli ſtabãt in circuitu throni. Et hii in thronorum ordine locabũtur. Itẽ ſunt aliqui ita ſapientia diuina repleti ⁊ claritate. ꝙ nullus poteſt cum eis con



uerſari. quĩ non illuminent. Et tales habent ſimilem conditionem cum cherubin qui dicuntur plenitudo ſcientie vt dicitur actuũ. xii. Angelus dñi aſtitit ⁊ lumen refulſit in habitaculo carceris. Et hii in cherubin ordine reponentur. Item ſunt alii ita ardentes in dilectione dei. ꝙ nullum ſaporem inueniunt niſi in deo: ⁊ ſemper volunt cõtẽplari diuina. Et hii ſunt ſimiles ſeraphin. qui ardẽtes dicuntur ⁊ per deſiderium in deum eleuantur. vt dicitur Iudicum. iii. Angelus dñi pariter in flãma aſcendit. Et iſti in ſeraphin ordine locabũtur. Sed heu ⁊ ve illis qui nullaꝫ iſtarum habent cõditionem. ſed ve illis ad huc magis. q nec habent nec ſe nõ habere dolent. Habemus ergo duo. Primum eſt. ꝙ perſone ſimilis conditionis libenter cohabitant ſimul. Secundum eſt. ꝙ bone ꝑſone in mundo iſto habent conditiones ſimiles cum angelis. Et ideo ſequitur ꝙ in alio mundo erunt ſicut angeli dei. Et hoc dicunt verba propoſita p°. ſ. Erunt ſicut angeli dei in celis. vbi angelorum tangitur triplex perfectio.

¶ Prima ꝙ ipſi ſunt in clara cognitiõe. ibi. angeli.

¶ Secunda. ꝙ ipſi ſunt de apertiſſima poteſtate: ibi. dei.

¶ Tertia. ꝙ ipſi ſũt de ꝑfecto ope: ibi. ĩ celis

Iſtas aũt tres perfectiones ꝓmittit deus hic: q angelis in ipſorum choris ſociabuntur. q: ipſi replebuntur veritate.

Sicut angeli. ipſi erunt perfecti in charitate dei. Ipſi nos adducent in ſecuritate in celis. Nam in mundo iſto ab angelis aliquid vtilitatis habere debemus. Et ideo nota ſm̃ Dionyſium. ꝙ ſm̃ eorũ triplicem cõditionem ⁊ perfectionem tria in nobis bona ⁊ vtilia operantur. ſ. illuminando, purgando: ⁊ perficiendo. Et ꝑ ipſorum ſapientiam: amicitiam ⁊ potẽtiã. Sꝫ quantum ad primum ſm̃ Augu. eſt aduertendum ꝙ in angelis eſt duplex cognitio: ſ. matutina ⁊ veſpertina. Ueſpertina ẽ naturalis cognitio eorum q: naturaliter ſũt ſubſtantie cognitiue: eo ꝙ ſpirituales ⁊ immunes a materia. Omnes enim ſunt ad miniſtratorii ſpiritus carentes pedib⁹ ⁊ manibus. ⁊c. Spiritus carnem ⁊ oſſa nõ habet: in luca. Tales autem ſunt naturaliter cognitiui. q: omnis intelligentia ſcit etiã qḋ eſt ſupra ſe ⁊ infra ſe: vt inquit auctor de cauſis: vnde angeli iſta cognitione ſciunt verba ⁊ opera noſtra. ſed ñ cogitatiões cordis. q: ſolus deus intuetur cor. Neqꝫ etiaꝫ futura contingentia ſicut diem iudicii. De die illa nemo ſcit: neqꝫ angeli. ⁊c. dicitur ĩ euangelio. Alia cognitio eſt cognitio matutina. ⁊ iſta eſt in eis perfectior. qua cognoſcunt res in verbo ⁊ ipſam eſſentiam diuinam. q: cognoſcunt ſicut volunt ⁊ qcqd volunt. angeli in celis ſemper vident faciẽ patris. Mathei. xiiii. c. Unde ⁊ iſta cognitione poſſunt cognoſcere cogitatiões cordis per reuelationem. Sed vide quare iſte cognitiones poſſunt ſimul eſſe. Ratio eſt: Quia ſunt ordinate naturaliter ad beatitudinem. Sed nota ꝙ multi habent cognitionem ⁊ ſenſum naturalem. quem non ordinant ad beatitudinem. Imo habent ſenſum ita ordinatum ⁊ occupatum circa temporalia. ꝙ nullam aliã cognitioneꝫ de deo vel ſaltem de ſalute anime habere poſſũt. Tales ſimiles ſunt talpe. que quam diu ẽ ſub terra optime ſcit ſe regere ſed ſuper terram ſtati ſuum regimen amittit. Sic iſti ad negotia ⁊ tractatus mundiales optime ſciunt ſe regere ⁊ omnem cautellam inuenire. Sed ponatis eos extra. tũc petatis eos de deo de conſcientia ſua quomodo debẽt confiteri. deum diligere: ⁊ huiuſmodi tantum ſciunt ſicut vna beſtia. Sed ſancte ꝑſone: totam ſuam ſcientiam ⁊ ſenſum naturalem ordinant ad beatitudinem et ad ſeruitium chriſti ſicut angeli. Angeli acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei. Mathei. iiii. Quo modo autem angeli ſuam cognitioneꝫ ad beatitudinem ordinent in primo opere. qḋ circa nos exercent clare patet. Nam tenebras errorum a nobis expellentes de ſacris fidei articulis nos illuminant. Et de hoc habetur figura. Geneſis. xxviii. Uidit Iacob ſcalam in ſomnis ſtantem ſuper terrã: ⁊ cacumen eius tangens celum ⁊ dominũ innixum ſcale ⁊ angelos aſcendentes ⁊ de

ſcendētes. Jacob luctator ſignificat hominem in lucta fidei exiſtētem. Et mundi luctator ꝗ̄diu eſt in lucta: nō reportat triumphū. Sed poſt luctam. ſic homo quamdiu in mundo non reportat perfectum triumphū d̄ diabolo: qui ſemꝑ nitit̄ nos tēptare: ſed poſt mortem reportabimus perfectam victoriam. Geñ. xxxii. Luctabatur cum eo vſqꝫ mane. ſ. vſqꝫ ad ortum ſolis iuſticie. Iſte vidit ſcalam. i. fidem qua aſcendimus ⁊ ad deum acceſſum habemus. Tot autē gradus ſunt in hac ſcala quot ſunt fidei articuli. hanc vidit Jacob. quia fidelis. nam fidelis credit eis que nobis de fide per angelos reuelata ſunt: hec autem ſcala ſtat ſuper terram. qꝛ fides eſt de hiis que naturali ratione attingi non poſſunt aliter nō eēt fides. vel ſaltem non haberet meritum vt dicit Gregorius. Fides non habet meritū vbi humana ratio perhibet experimentū. Cacumen eius tangebat celum ⁊ non vltra celum tranſibat. qꝛ fides in patria euacuabitur per hanc ſcalam. Angeli aſcendētes ⁊ deſcendentes. angeli enim aſcēdunt portantes orationes noſtras ⁊ bona opera coram deo. Et deſcendunt ad nos: miſteria fidei ⁊ gratie que vident in deo nobis reuellando. Nam per hoc ad nos mittunt̄ vt illuminent nos in fide: ⁊ in hijs que ad noſtram ſalutem pertinent. Unde ſi quis de fide temptatur. vel de hiis que ad ſuaꝫ pertinent ſalutem deuote roget deum vt ſibi mittat angelos ad eum confortanduꝫ ne a fide totaliter euellatur. q ſi deuote fecerit. ſtatim ſibi mittentur. vt di. yſa. xviij. Angeli veloces ad gētē euulſaꝫ. Seq̄t̄. cū eleuatum fuerit ſignum in nationibus videbitis ⁊ clangorem tube audietis. Gens euulſa ſunt qui de fide temptantur. Sꝫ nota q arbor quando ſcinduntur rami circa eam: non propter hoc moritur: ſed magis in altum creſcit. qꝛ minus dilatatur: ſꝫ qn̄ euellūtur radices neceſſario moritur. Sic homo eſt arbor. Mathei. viij. Uideo homines velut arbores: nūc autem homo aliquando temptatur tribulatione. qꝛ ſcindū-tur rami ſui. bona temporalia amittit: moriuntur amici filii ⁊ filie: ⁊ propter hoc nō moritur per deſperationem. ſed frequēter ꝑ dſcēpta terrenorum. qꝛ ſibi remanēt radices fidei. Creſcit ſi bene in fide ē fundatus ſed quando temptatur de fide periculū eſt ne totaliter euellatur. ⁊ idō tali velociter mittuntur angeli ad confirmandum ipſum in fide. yſ. 54. dicit. Paupercula tēpeſtate cōuulſa. Seq̄t̄ fundabo te in ſaphiro: Sꝫ nota q ſaphirus lapis eſt habens celeſteꝫ colorem. ⁊ ſignificat fidem que eſt de celeſtibus: Item venenoſa interficit: maxime araneam in pixide. Nam ſi lapis ponat̄ in orificio aranea non poterit exire: ſed ibi morietur. Sic fides veneno peccati ⁊ temptationis applicata: hec eſt victoria que vicit mundum fides noſtra. Ideo dicit fundabo te in ſaphiro. i. confirmabo te in xp̄iana fide. ⁊ hoc maxie in fine mundi. ſ. in die iudicij. Nam vſqꝫ tunc totum erit abſcōditum. ſed tunc totum erit manifeſtum: ⁊ hoc eſt q dicit. Cum eleuatum fuerit. ⁊c. Nota q per ſignuꝫ cognoſcitur taberna ⁊ per vexillum rex. ſic per crucem articulus paſſionis. hoc ēt eleuabit̄. qꝛ Michael oſtendet in die iudicij crucem fulgenteꝫ ſicut dicit Criſo ⁊ apoc. Uidi alterum angelum ab ortu ſolis habentem ſignum: ⁊ alij angeli portabunt alia ſigna. ſ. crucem: clauos lanceam. ⁊ xp̄us erat cum eis reddēs vnicuiqꝫ ſm̄ merita. Math. xvi. Filius hoīs venturus eſt in gloria patris cum angelis ſuis. ⁊ tunc reddet vnicuiqꝫ ſm̄ opera ſua. Sequitur ⁊ clangorem tube audient. quia ipſe dominus: ⁊ in voce archangeli. ⁊ in tuba dei deſcendet de celo ⁊ tunc dicet malis. Ite maledicti in ignē eter. Math. xxv. O q̄ terribilis tuba. qꝛ tunc dicent montibus. Cadete ſuper nos. ⁊c. Sed hec cariſſimi debemus aduertere ⁊ timere ſicut dicit Hierony. Siue manducem. ſiue bibā ſemper videtur reſonare in auribus meis. ⁊c. qꝛ tunc ſic de facili non cademus in peccatum. ⁊ ad hoc nos iuuēt angeli ex proprio officio. Et ideo ſequit̄ ſm̄ q ſunt. ſ. de ma-



Secundo.accipiendo regnū celorū pro preſenti pſ̄ia ꝛ referendo dictū ad humilitatē b. Ioānis Et tunc eſt ſenſus q ille q erat minime pfectus in eccleſia erat maior Ioāne.ba.in reputatiōe propria quam eēt be.ioānes.in ſua. Terti° mō accipiēdo regnū celoꝝ pro preſenti ecc̄ia ꝛ referendo dc̄m ad humilitatē xp̄i:ꝛ tunc eſt ſenſus q xp̄s qui erat oib⁹ humilior erat beato ioā. maior. Quarto mō. accipiendo regnū celoꝝ pro pſenti eccl̄ia ꝛ referendo dc̄m ad pfectionem virginis marie. Et tunc ē ſenſus q ille ſextus qui eſt minor in regno celoꝝ eſt maior illo in aliquo ſui ſuppoſito.

23° cō ſidera.° Uigeſima tertia conſideratio eſt. de ei⁹ detētiōe ab Herode vbi q̄tuor fuerūt facta.

¶ Primo.fecit eum capi.

¶ Secundo.fecit eum ligari.

¶ Tertio.poſuit eum in carcere.

¶ Quarto.q voluit eum occidere.

¶ Unde eſt notandū q in veritatis pſecutione quadruplici modo ſe contingunt homines habere. Primo.a facie tribulationis aliq cadūt a ſuo propoſito ꝛ iſti ſūt mali q a veritate ceciderūt ꝯpulſi impulſi.

Secundo.alij a facie tribulationis fugiunt dubitantes ne ſuccūbant ꝛ a veritate excidant. Et iſti ſunt boni quāuis impfecti q2 pfecta caritas foras emittit timorē.ſecūdum Ioannem quarto cap.⁹

Tertio.alii qui tribulationem non fugiunt ſed in ipſa preſiſtunt expectātes ipaȝ afflictionē. Et iſti ſunt pfecti.q2 nō timēt.

Quarto ſunt aliqui qui tribulationem non expectant ſed ipſam inueſtigāt vt ad ipam poſſint atingere ſicut ſaluator iudeis obuiam proceſſit.ꝛ tales ſunt perfectiſſimi eo q non ſolum perſecutioneȝ tollerant.ſȝ etiam ipſam deſiderāt. Et illo modo ſe habuit ioānes.q accedens ad herodē Mar. vi.c.d. Nō lȝ tibi hēre vxorem fratris tui.

24.cō ſidera° Uigeſima quarta conſiderō eſt.de miſſione diſcipulorum ioānis ad xp̄ȝ: Math. xi.ca. Quia miſſit duos de diſcipulis ſuis ad xp̄m dicens. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Et illa qō fuit valde mirabilis quadruplici rōne. Primo.q2 ipſum in vtero matris cognouit ſpiritu ꝓphetico q ipſe erat xp̄s. Scōo.q2 ipſuȝ ꝓcurrēdo p̄dicauerat eē ventuꝝ. Tertio. q2 i iordāe baptizauerat. Quarto.q ipſȝ digito oſtenderat ꝛ mirabiles de eo laudes pretulerat. Et ideo ad declarationem huius dicti ſunt quatuor modi dicendi.

Primus eſt beati Gre.in ii. Dialogorum q ſpūs prophetie nō eſt pmanēs ſed tranſiens ꝛ ipſo trāſeunte remanet ꝓpha carens illa viſione ſine cognitione ſibi ſupnaturaliter reuelata. Et illo modo beatus Ioānes q ſpū ꝓphetico nouerat xp̄m trāſeunte illo ſpiritu ad ſe ipſum reuerſus potuit habere illud dubium. Iſtud nō videtur conſonū.q2 btūs ioānes nō ſolū nouerat xp̄m per ꝓphetie actum tranſeuntem. ſed etiā p fidei habitum pmanētem ſicut ceteri qbus prenunciauerat ipſuȝ. Scōs modus dicendi eſt beati Ambroſij q dicit q ioānes non dubitauit:ſed ex dilectione dulcedinis xp̄i ſic voluit colloqui cuȝ xp̄o mediantibus duobus diſcipulis ſicut mr ex teneritudine affectionis materne ſolet querere a filio nūquid tu es filius meus.in nullo dubitans de eius filiatione.

Tertius modus eſt beati Aug.qui dic q iſti duo diſcipuli dubitabāt de fide xp̄i. Et ideo btūs ioānes volens eos certificare de ipſa fide miſit eos ad xp̄m:vt hāc qōnem faciendo certificarent non ſolum per eius reſponſum.ſed etiam per miracula.ꝛ ideo dixit.euntes renuntiate ioāni que audiſtis ꝛ vidiſtis. Ceci vident. Claudi ābulant ꝛc. Et iſte modus eſt magis litteralis.

Quartus eſt.expreſſe btī Gre.qui exponens iſtum teſtū dicit.q beatus ioānes nō dubitauit de aduentu xp̄i in hūc mundum nec hoc queſiuit.ſed de deſcenſu eius ad infernum. vtrū per ſemetipſum ad infernum deſcenderet an alium illuc mitteret pro liberandis patribus ſanctis:vt ipſe ioānes qui ad inferos cito iturus erat prenunciaret illis eius aduentum.ſicut prenuntiauerat ipſum in mundum hunc.ideo dicebat Tu es qui venturus es an alium expectamus.ꝛ iſte modus importat maius miſterium.q2 tangit fidei articulum.

Uigeſima quinta conſideratio eſt. De ipſius cōmendatione a chriſto ſingulariter ſub ſimilitudine lucerne ardentis ꝛ lucentis dicente ioāne.v.capi. Uos miſiſtis ad ioānem. Et ſequitur.ille erat lucerna ardens ꝛ lucēs. Ex q̄ dicto accipiūtur q̄tuor catholica documenta. Primū eſt.qō beatus ioānes fuit a ſerarticis perfectionibus diminutus.quia dicitur lucerna ꝛ nō lux.qualis enim eſt lucerna per participationem talis eſt lux per eſſentiam.ſ.clara. Cuius ſignum eſt.q2 lux obſcurari nō poteſt.lucerna vero tranſire poteſt de claritate xxv.cō ſiderō

ad tenebras. Et ideo chriſtus dictus fuit
lux.quia talis per eſſentiam.Ioannis p°.
Erat lux vera. Ioannes vero erat lucer/
na licet ipſe non erat lux.vbi ſupra. Non
erat ille lux. Sed vt teſtimonium perhi/
beret de ipſo.

Secundum documentum ꝙ beatus io
annes fuit ſeraphicis ardoribus inflamma
tus cum dicitur ardens.Spiritus enim ſe
raphici ſunt incendio diuini amoris accen
ſi ſecundum diony.de celeſti ierarchia.

Tertium documentum ꝙ fuit cherubi
cis ſplendoribus illuſtratus. quia dicitur
lucens ſpiritus enim cherubici ſunt diuini
fulgoris radio mirifice illuſtrati ſecunduꝫ
diony.vbi ſupra.capi.viij.

Quartum documentum ꝙ ſaluator p
prius cõmendauit Ioannẽ de perfectione
dilectionis.ꝙ̃ de perfectione cognitionis
cuꝫ premiſit.ardens.ꝛ poſtea lucens. quia
erat ſingulariter ad modũ helie iſlãmatus.

Uigeſima ſexta conſideratio eſt. de ſi/
gnorum carentia.quia ipſe non fecit ſigna
xxxvi cõ nec miracula ſicut fecerunt Apoſtoli ſicut
ſiderõ. habetur Ioannis.10. Quia ioannes qui/
dem ſignum fecit nullum. Sed oritur dif/
ficultas.quare.b. Ioannes nulluꝫ fecit mi
raculum. Dicitur ꝙ ſicut chriſtus ex ſua
humilitate ꝛ benignitate detulit beato io/
anni vt nollet predicare publice quam diu
ipſe predicauit.ſed expectauit donec fuit po
ſitus in carcere.Math.iiij°.Et Mar.p°.
Ita conueniens fuit vt beatus ioannes de
ferret chriſto ne miranda faceret ipſo pre
ſente in hoc mundo. Et iſtius reuerentie
ſunt quatuor exẽpla in rebus mundi.

Primum quidem in politicis ſubor/
dinabilibus in quibus dicitur ꝙ aduenien
te principe ceſſat magiſtratus.

Secundum eſt in eccleſiaſticis ſubalter
nationibus in quibus celebrante pontifice
ſummo.ꝛ cuꝫ miro ornatu mitrato nullus
inferior pontifex auderet cum ornata mi/
tra apparere.

Tertium exempluꝫ eſt in humanis per/
fectionibus.quia videmus ꝙ anima ſenſi
tiua in homine non habet quaſdam natu/
rales induſtrias ꝛ vertutes extimatiuas quas
habet in brutis pro eo ꝙ eſt ſociata anime
intellectiue que poteſt illis omnibus pro/
uidere.ꝛ ideo ceſſat anima ſẽſitiua:anima
intellectiua ſibi aſſociata in talibus vigẽte.

Quartum exemplum eſt in corporibus
ſupracceleſtibus.vbi omnia luminaria lu/
cent de nocte ſed aduenĩẽte ſole omnia ceſ
ſant lucere ex habundantia claritatis ſola
ris.vnde ſi aliqua ſtella ſeu planeta cõcur/
rat cum ſole:ſtelle ſeu planete claritas non
percipitur.ſic Ioannes ſe habuit ad chri/
ſtum ſicut ſtella matutina ad ſolem.

Uigeſima ſeptima conſideratio eſt.de
ipſius decollatione facta per herodem de
qua Mar.vj.Unde eſt notandum ꝙ ſecũ
dum Aug.in mirabilibus ſacre ſcripture
quatuor ſunt inſignia in quibus conſiſtit
perfecta iuſtitia.

¶ Primum eſt ſacerdotium.
¶ Secundum eſt martirium.
¶ Tertium eſt virginitas.
¶ Quartum eſt doctrina.
¶ Iſtud quartuꝫ non ponit.ibi.ſed cõmu
niter ponitur a doctoribus inter illa inſi/
gnia quibus promeretur Aureola ipſa ſa/
lutaris doctrina. Et ſecundum illa quatu
or inſignia inuenitur quadruplex corona
in diuina ſcriptura.

Prima quidem aurea que debetur ſa
cerdotibus exo.xxv.ca. Facies quoqꝫ coro
nam auream.

Secunda de lapide precioſo que debe/
tur martiribus.ps.20.Metro.3°. Poſui
ſti in capite eius coronaꝫ de lapide p̃cioſo.

Tertia eſt roſarum que debetur virgi/
nibus.cantico.fulcite me floribus.

Quarta ſtellarum que debetur docto/
ribus apoc.12.ca. In capite eius coronam
ſtellarum.12. Et ſecundum illud danielis.
xij. Fulgebunt docti ſicut ſplendor firma/
menti.ꝛ qui ad iuſtitiam erudiunt pluri/
mos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates.

Et illa quatuor inſignia fuerunt inuen/
ta in Abel ſecundum Aug. vbi ſupra.

Primo ipſe fuit ſacerdos ſanctus in
hoc ꝙ ſacrificium digne obtulit.gñ.iiij.

Secundo martir in eo ꝙ in odium di/
uini miraculi interfectus fuit cum inſam/
maſſet dominus munera eius.codeꝫ capi.
ſecundum aliam tranſlationem.

Tertio fuit virgo.q2 nunq̃ incarnaleꝫ
copulam conſenſit ſicut de eius virginita/
te perhibet Aug.vbi ſupra. Quarto fu
it doctor q2 dicit hiſtoria ſuper.gñ.ꝙ ideo
fuit interfectus cõcitato ꝛ ꝓuocato Cayn
dum ſimul irent in agro.q2 ipſum dirigẽ/
do redarguebat de peccato ſuo. Et iõ hac
quadruplici corona fuit illuſtratus.

Nunc ad propoſitum ioannes baptiſta
fuit ad inſtar abel.ꝛ ideo habuit iſta qua/
tuor inſignia. Primo fuit ſacerdos in
eo ꝙ baptiſmuꝫ lauacri miniſtrauit quaſi
dans ſacra.ꝛ ipſe fuit de gñere ſacerdotali.

Secundo fuit martir.q2 pro veritate de
collationem ſuſtinuit ab herode.

Tertio fuit virgo.q2 in celibatu ſubli/
mi perſeuerauit. Quarto fuit doctor.
q2 ſolẽniſſime chriſtum euangelizauit. Et
ideo ſunt ſibi debite date iſte corone.

Uigeſima octaua conſideratio eſt.de ip
ſius relegatione in infernum quo ad illuꝫ
locum qui dicitur ſinus habrae cum cete/
ris ſanctis patribus ſecundũ illud Iacobi
gñ.xxxvij.ca.Deſcendam lugens filiuꝫ me
um in infernum. Sed occurrunt quatu/
or difficultates. Prima eſt.quare bea/
tus ioannes deſcendit ad illum locum.

Dicitur ꝙ rõ cõmunis omnium deſcen/
dentium ad illum locum erat.Q2 pretium
redemptionis humane nondum ſolutum
erat. Ratio autem ſpecialis in iſto fuit
ſecundum Gregorium ſupra Math.vt ſi
cut prenunciauerat chriſti aduentum i hoc
mundo. Ita prenuntiaret eum in inferno
eſſe venturum poſt ipſuꝫ. Secunda dif
ficultas.quando beatus Ioannes ad infer
num deſcendit: Dicitur ꝙ ſtatim vt fuit
mortuus.q2 ſicut habetur ex dictis euange
licis xp̃s non incepit publice predicare do/
nec beatus ioannes fuit detenctus in carce
re. Et ſic circa principium predicationis
chriſti fuit detenctus.ꝛ per ↄ̃ñs ſi detẽctio
non fuerit multum moroſa.ſequitur ꝙ ſa
tis circa illud principium ad infernum de/
ſcendit. Si autem eius detentio fuit mo/
roſa tũc oꝫ eius deſcenſuꝫ plus ꝓlongare.

Tertia difficultas per quantum tem/
pus Ioannes predicationis officium in in
ferno exercuit. Dicitur quod ſi breuis
fuit eius detenctio circa triennium.ibi.pre
dicauit chriſti aduentum ſcilicet vſqꝫ ad
chriſti deſcenſum ad inferos. Poſſet ta/
men cõmuniter cogitari ſi beati Ioannis
detẽctio fuit prolixa ſicut videntur innue
re euangelica dicta.quod ſicut per ſex men
ſes fuit natus ante chriſtum.ꝛ quaſi per
ſex menſes prenunciauerit ipſum in hoc
mundo quod ita per ſex menſes prenuncia
uerit ipſum in infernum. vnde dicitur in
euangelio nicodemi quod inter ceteros
Adam pater requirebat diligenter de chri
ſti aduentu ſicut in quibuſdam codicibus
inuenitur quamuis hoc ſit apocrifum.

Quarta difficultas.quando inde exi/
uit. Dicitur quod in die reſurrectio/
nis domini qua die chriſtus expoliauit in
fernum.iuxta illud Oſee.13. O mors ero
mors tua:morſus tuus ero in ferne. Un
de eſt notandum ꝙ quatuor perſone repe/
riuntur in euangelio que ad inferos potue
rũt phibere teſti^m^ de aduẽtu xp̃i i iferñ:

Prima perſona fuit Simeon,qui pre
ueniens chriſti mortem per xxij. Annos
longo tempore potuit teſtificari illum quẽ
viderat.Luc.2°. Homo erat in ieruſalem
cui nomen erat Simeon ꝛ homo iſte iu/
ſtus ꝛ timoratus.

Secunda perſona fuit Ioſeph ſpon/
ſus virginis qui creditur obiiſſe poſtquam
ſaluator habuit duodecim annos quãuis
hoc nõ ſit expreſſum in diuinis ſcripturis.

Tertia pſona fuit btũs Lazarus q cũ
eſſet xp̃i diſcipulus ad iferos añ eius paſſio
nẽ ductus ẽ.Io.xi.c. Potuit teſtificare ꝟi
tatẽ quã viderat. Quarta pſona fuit ioã
nes bap^a^.cuius teſti^m^ fuit ſolẽnius q̃to p̃/
claritas eius virtutis fuit manifeſta omni
bus intuentibus beatiſſimã alam eius cor
ruſcantẽ.ꝛ ideo de ipſo ſolo faciũt ſci men
tionẽ ꝙ in inferno fuerit precurſor chriſti.

Uigeſima nona ↄſiderõ ẽ.de ei⁹ aſſũptĩ
one i celũ.ad cui⁹ declaratonẽ p̃mittũtur xxix. cõ ſidera.
q̃tuor p̃ambula. Primum ꝙ btũs ioã/
nes rediens ab inferis non creditur fuiſſe

de numero ſanctorum illoꝝ qui cum xp̄o ſurrexerunt. q: de illis ſtat argumentum ꝙ in corpore ⁊ anima ſunt glorificati. cuius oppoſitum conſtat de beati ioānis corpore cuius venerande reliquie ſunt in terris. q: caput eius dicitur eē in ſancto ſiluestro de roma. Secundum preambulum. ꝙ anima beati ioānis poſt regreſſum ab inferis fuit q̄draginta dieb⁹ in hoc mundo. q: tot diebus xp̄s pſeuerauit poſt ſuaʒ reſurrectionem cum diſcipulis ſuis. act. p°. capi.

Tertiuʒ p̄ambulū. ꝙ iſtis quadraginta diebus dicitur permanſiſſe cuʒ ceteris ſanctis in paradiſo terreſtri: q: ille locus videbatur cōuenientior omnibus ſanctis iam clarificatis q̄uis iſtud non ſit autenticū ex canone ſacro. Quartum preambulum. ꝙ toto iſto tempore anima Joannis fuit perfecte beata in contemplatione diuinitatis quia beatitudo non eſt actus rapti trāſiens. ſed immobiliter permanēs. Et ideo ſemel beatus nunq̄ efficietur non beatus ſecundum Aug. Ex hijs ergo ſequitur ꝙ ipſe fuit aſſumptus in die aſſcenſionis xp̄i.

Sed occurrit diffi. quare non ſolēnizamus in tranſitu beati ioannis. ſicut ſolēnizamus in tranſitu ceterorum ſanctoruʒ notabiliter. Dicitur ꝙ ceteri ſancti in ſuo tranſitu aſcenderunt in celum. ⁊ ille deſcendit in infernum vt patuit. ⁊ iterum iſte non fuit ſtatim glorificatus.

xxx. cōſidera°

Trigeſima conſideratio eſt. De ipſius mirabili collocatione in celum facta a chriſto. in celum aſcendente. ⁊ cuilibet ſanctorum locum ſibi debitum diſtribuente. ⁊ ꝙ ipſe fuit collocatus in throno luciferi. q̄a multa licet mortalibus probare que non licet ipſis determinare. ⁊ ad hoc probandū quatuor preambula premictuntur.

Primum ꝙ. quando celum empyreuʒ fuit creatum: fuerunt in eo determinate certe manſiones ab eo diſpoſite ſecundum p̄finitum numerum electorum. De quibus manſionibus. Jo. xiiij°. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Et iſte manſiones vocantur ſedes.

Secundum ꝙ omnes manſiones fuerunt plene angelis ſanctis in ſingulis manſionibus collocatis. vnde beda. Celuʒ empyreum mox vt fuit creatum: fuit ſanctis angelis repletum. ſecundum illud implete ſunt nuptie diſcumbentium.

Tertium ꝙ. alique iſtaruʒ manſionuʒ fuerunt euacuate per ruinam quorundaʒ angelorum: ſecundum illud quod dicitur Apoc. xij. ꝙ cauda draconis traxit tertiaʒ partem ſtellarum celi ⁊ miſit eas in terrā.

Quartum preambulū ꝙ ille ſedes que fuerunt euacuate a ſpiritibus malis per luciferum ſunt ad implende per glorificationem hominum electorum a xp̄o: ſecundum ꝙ dicitur in cantico Moyſi de vtero. 32. capi°. Metro. xj. Conſtituit terminos populorum. i. numerum hominuʒ electorum iuxta, numerum filiorum iſrael. ſ. dei. i. angelorum lapſorum vt dicit alia tranſlatio. Ponuntur autem ⁊ alia quatuor preambula magis propinqua.

Primum eſt. ꝙ lucifer fuit in ſuppremo throno omnium angelorum a principio collocatus. q: ſibi fuit dictum ezechielis. xxviij. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia. ⁊ perfectus decore in delicijs paradiſi dei fuiſti: omnis lapis precioſus ornamentuʒ tuum. ſardius. Topatius ⁊ iaſpis chriſolitus ⁊ onix ⁊ beryllus. Saphyrus ⁊ carbunculus ⁊ ſmaraldus. Aurū opus quoq3 decoris tui ⁊ foramina tua in die qua conditus eſt preparata ſunt. Tu cherub extentus: ⁊ protegens ⁊ poſui te in monte ſancto dei i me° lapidum ignitoruʒ ambulaſti donec inuenta eſt iniquitas in te. vbi deſignatur ꝙ nouem ordines angelorum ſibi fuerunt ſubiecti ſecūdum Iſidorum libro de ſummo bono. io.

Secundum ꝙ de illa manſione lucifer fuit expulſus yſa. xiiij. Quomodo cecidiſti lucifer de celo qui mane oriebaris corruiſti in terram qui vulnerabas gentes. qui dicebas in corde tuo in celum conſcendam ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſti in lateribus aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſſimo ⁊cete.

Tertium ꝙ aliquis ſanctus eſt ad illaʒ ſedem. vnde corruit lucifer. aſſumptus vel



aſſumendus: alioquin remaneret vacua.

Et confirmatur duplici ratione. Tuʒ quia paulus ad Roma. xi. Loquēs de electione gentium: ⁊ reprobatione Judeoruʒ ſupponit iſtam regulam. Quod q̄ſcunq3 aliquis ramus a felicitate excidetur aliquis loco eius inſeritur. Nam ſic eſt textus. ſi aliqui ex ramis fracti ſunt tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es in illis ⁊ ſocius radicis ⁊ pinguedinis oliue factus es.

Tum q: Jo. apoc. 3. Dictum fuit. Tene ꝙ habes vt nemo accipiat coronam tuam. vnde videtur accipi documētum. Q̄ ſi aliquis ammitteret gloriam que ſibi eſt preparata opporteret ꝙ alius ſubſtitueretur ne numerus electorum variaretur.

Quartum preambulum ꝙ ille ſanctus qui eſt ad iſtam ſedem aſſumptus vel aſſummendus eſt ſanctorum omnium eximius. q: cum ſancti aſſummantur inter ordines angelorum ſicut conciues. ſecundum Grego. ſuper Math. talis ē ordo Jerarchicus inter ſanctos qualis eſt inter angelos. Et ideo ſicut lucifer ſi ſtetiſſet fuiſſet omnium angelorum ſuppremus. Ita ille aſſummendus debet eſſe omnium ſanctoruʒ ſummus. Iſtis autem premiſſis ſequitur concluſio manifeſta ex dicto ſaluatoris. Math. xj. capi. Inter natos mulieruʒ non ſurrexit maior ioanne baptiſta. Si ergo beatus ioannes fuit ſanctorum eximius ſibi debetur ille thronus. Sed contra dicitur quadrupli. Tū primo. q: diceretur ꝙ virgo Maria que eſt omnium perfectiſſima in hac ſede fuit collocata. Secunda via eſt ſi dicatur ꝙ licet inter natos mulierum non ſurrexit maior: forte tamen ſurrexit equalis. Tertia via ſi dicatur ꝙ beatus ioannes fuit maioris meriti q̄ fuiſſet lucifer. Et ideo fuit amplius ſublimandus. Quarta via. quia licet tunc nō ſurrexiſſet maior: tamen non dixit ſaluator q̄n maior ſurrecturus eſſet fuit enim de preterito loquutus licet non de futuro. Et tunc illi ille thronus eſſet ſeruandus.

Contra primam viam eſt dictum beati Jeronimi ad paulam ⁊ euſtochium: ꝙ ipſa ſuper exceſſit omnia merita angelorum: ⁊ per ꝯſ̄s tranſuolauit omnia premia ipſoruʒ. Et ideo canit eccleſia. Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad celeſtia regna. Confirmatur per beatum Gregorium qui dicit in perſona omnium ſanctorum. Illic regina omnium tranſcendit culmen ordinum.

Contra ſecundaʒ viam eſt dictum beati Dionyſij de angelica ierar°. vbi intēdit oſtendere: ꝙ ſinguli angeli in celeſti Jerarchia aut illuminant alios: aut illuminantur ab alijs mediate vel inmediate. Et ſicut cum illuminans ſit ſuperius illuminato nō eſt inuenire ibi duos totaliter pares.

Contra tertiam viam eſt dictum eiuſdem Jeronimi. vbi ſupra ꝙ non eſt fas credere de aliquo alio ſanctorum ſcilicet preter virginem benedictam ꝙ aliquis tranſcenderit merita omnium angelorum. Et ſic iſte non potuit aſcendere vltra iſtam ſedem Vt per hoc intelligatur illud prophete. p̄s. 102. Metro. 10. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur.

Contra quartam viam eſt beatus dionyſius de eccleſiaſtica Jerarchia. quod apoſtoli ſunt perfectionis duces ceteris ſequentibus eos. Et ſic cum duces ſint meliores in communitate optima, non eſt expectandum quod poſteriores excedant meritum apoſtolorum. Iſtis ergo preſuppoſitis eliciuntur due concluſiones.

Prima eſt. ꝙ beatus Joannes eſt Jerarcha omnium angelorum in celeſti patria. Quia in tali gradu eſt conſtitutus ſecundum premiſſa in quali fuiſſet lucifer ſi permanſiſſet. Ipſe autem fuiſſet princeps omnium ſi ſe conuertiſſet ad bonum ſecūdum Iſidorum de ſummo bono. Et per conſequens beatus Jo. tenet locum eius vt per hoc dicit propheta. p̄s. 107. Metro. xvj. Dilexit maledictionem ⁊ veniet ei ⁊ noluit benedictionem ⁊ elongabitur ab eo ſcilicet lucifero ⁊ eodem. p̄s. Epiſcopatus eius accipiet alter. ſ. b. Jo.

Secunda concluſio quod ipſe eſt ierarcha omnium ſanctorum in ordinibus angelicis conſtitutorum. quia in tali gradu eſt quilibet ſanctus in quo fuiſſet: ſi permā-

ſiſſet: preuaricator angelus ſi ſe conuertiſ-
ſet ad bonum. Sed omnes illi angeli
fuiſſent lucifero ſub ordinati.ergo ⁊cetera.

Ex illa magnificentia ſequuntur octo
priuilegia.

Primum eſt.ꝙ ipſe eſt omnibus aliis
potentior.⁊ ideo habet omnes alios regere.
qꝛ cum ierarchatus ſit ſacer principatus.
ſecundum dionyſium omnis principatus
eſt quidam poteſtatus.Et ideo omnis prin
ceps quanto maior tanto potentior. Jſte
autem princeps eſt in celeſti Jerarchia
maximus.ergo eſt potentiſſimus. Cuius
poteſtatis ſignũ eſt.Quia ipſe poteſt mitte
re alios cum ſuperioris ſit mittere infe-
riorem ſecundum Dionyſium de angeli-
cha ierarchia.

Secundum ꝙ ipſe eſt omnibus aliis ſu
perior.Et ideo habet omnes ſurſum age-
re in deum.qꝛ ſecundum dionyſium. vbi
ſupra in celeſti Jerarchia ſuperiores ha-
bent virtutem ſurſum actiuam ſibi ſub-
iectorum ad eleuandum ipſos ſupra ſemet
ipſos ideſt ſupra ſuam facultatem intrin-
ſece virtutis.

Tertium ꝙ ipſe eſt omnibus aliis di-
gnior.⁊ ideo habet a ceteris venerari.quia
cum principatus ſit quedam dignitas.Jn
quolibet ordine ille qui eſt princeps princi
pum eſt dignior omnibus aliis principan
tibus.Talis autẽ eſt ille qui principatur
in ordine ſuppremo cum ſit Jerarcha om-
nium vnus.

Quartuꝫ ꝙ ipſe eſt omnibus aliis pul
chrior.⁊ ideo habet totam illam eccleſia-
ſticam decorare. Cum enim pulchritudo
ſpiritualis conſurgat ex ſpiritualibus orna
mentis ſicut corporalis ex corporalibus:p
cioſiſſimi ornatus inueniuntur in illo qui
eſt ceterorum ierarcha cum ipſe tranſcen-
dat ceteros in ſpiritualibus bonis. ſecun-
dum dionyſium.vbi ſupra quemadmodũ
ſcribentes libros ponunt in capite littera-
rum pulchriorem.

Quintum ꝙ ipſe eſt omnibus aliis pu
rior.quia ſpiritus quanto fuerit ab infimis
eleuatus:tanto eſt magis ab iſtis depura-
tus.Et ideo cum ierarcha ſummus ſit ab
infimis elongatiſſimus oportet ꝙ ipſe ſit
puriſſimus.vnde habet omnes inferiores
purgare per primum actum ierarchicum
quem ponit Dionyſius. vbi ſupra.

Sextum priuilegium. ꝙ ipſe eſt omni-
bus aliis ſplendidior in lumine vere ſapiẽ
tie.⁊ ideo habet alios illuminare: reuelan
do eis occulta miſteria ⁊ inueſtigabilia ſa
cramenta diuina.Cum enim ſuperiores ſu
os inferiores illuminent per actus ierarti-
chos ſecundum beatum dionyſium vbi ſu
pra. Jlle qui eſt ſuppremus omniuꝫ :opor
tet ꝙ ſit omnium illuminatiuus:

Septimum eſt.ꝙ ipſe eſt omnibus ali-
is ardentior in flamma ſincere dilectionis.
Et ideo habet alios incendere.quia cum
ſpiritus ſeraphici ſint aliorum incentiui vt
habetur in libro Celeſtis ierarchie.vij.ca.
Jlle qui eſt in hoc ordine ſuppremus ẽ ma
xime omnium incentiuus.talis autẽ eſt q
eſt ierarcha qui eſt princeps ordinis huiꝰ.

Octauum priuilegium.ꝙ ipſe eſt om-
nibus aliis completior.Et ideo habet ali
os perficere ſecundum dionyſium vbi ſu-
pra. Jn ordinibus angelicis ſuperior ha-
bet perfectionis quicquid habet inferior ⁊
vltra.⁊ ideo ierarcha omnium cum ſit om
nibus ſuperior continet in ſe omnium per
fectiões ⁊ vltra.Sꝫ occurrũt difficultates.

Prima eſt . quia ſecundum Jerony-
mum non eſt fas vt aliquis homo excedat
merita omnium angelorum. Si autem
homo eſſet ierarcha tunc manifeſte exce-
deret ſecunduꝫ premiſſa. Dicitur quod
iſtud dictum debet intelligi tam de ange-
lis ruentibus ſi permanſiſſent quam de p-
manentibus qui permanſerunt. Et ſicut
nullus citra virginem excedit meritum
quod lucifer habuiſſet:alioquin ſi nullus
excederet angelos qui remanſerunt nun-
quam repararetur ruina luciferi.

Secunda difficultas.quia reuelatio di-
citur fuiſſe facta de quodam alio ſancto.

Dicitur ꝙ per illa que dicta ſunt non



fuit intentio mea preiudicare laudi alteri-
us ſancti cum iſtud ſit nobis totaliter in-
certum tamen probabiliter dicta ſunt om-
nia.⁊ non determinate.

xxxj.cõſidera: Trigeſima prima conſideratio ſcilicet
quantum gratiam habuit beatus ioannes
in ſtatu eccleſie militantis.Et dicitur qđ
gratia eſt quadruplex in nouo teſtamen-
to priuilegiata.

Prima fuit gratia infinita que fuit ip
ſius chriſti ſm diuinitatem. Quia tantam
gratiam ⁊ charitatem dominatam habuit
pater ab eterno eius cõmunicauit. Jo.pº.
capi. Vidimus gloriam eius gloriam qua
ſi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ ve-
ritatis.

Secunda fuit non infinita ſed tanta
quanta potuit communicari que fuit ipſi-
us chriſti ſm humanitatem.quia vt dicũt
pie pleriqꝫ doctores.maiorem gratiam de
us non potuit creare quam ſit gratia aĩe
chriſti. Jo.pº.capº. De plenitudine eius
accipiuntur cuncti.⁊ gratiam pro gratia.

Tertia fuit.Non tanta quanta potuit
in tali anima recipi.que fuit anima beate
virginis que non tanta fuit quanta creari
potuit ſed quanta recipere potuit.vt vl-
tra nequeat ſanctificari ſicut nec aqua fer-
ventiſſima calefieri poteſt ⁊ feruere ignitiſſi
mum non poteſt igniri ⁊ calefieri magis
Jdeo dicitur Luc.primo capitulo. Aue
gratia plena.quia eius capacitas tota eſt
ad impleta tñ non fuit tanta gratia anime
beate virginis quanta anime chriſti.

Quarta fuit.Non tanta ſꝫ maior om-
nibus aliis poſt primas que fuit gratia ani
me Jo.ba.quia licet plus potuerit de gra-
tia recipere tamen pluſquam alij re
cepit dicente domino Math.vndecimo.
capitulo. Jnter natos mulierum non ſur
rexit maior. Jo.b.ſcilicet i gratia. ⁊ per cõ
quens nec equalis. quia ſecundum dio-
nyſium. Duo nõ erunt equales in patria
Et notandum ꝙ gratia beati Jo.non ſo-
lum eſt priuilegiata ratione quantitatis.
ſed etiam ratione feſtinationis . quia licet
omnium ſanctificatorum in vtero ſit gra-
tia feſtina tamen ſm gradus.

Primo.quia anima chriſti habuit gra
tiam in inſtanti ſue creationis.

Secundo. quia anima beate virginis
poſt primum inſtans ſed cito ſm antiquos
doc.quia ſꝫ eos modicum in originali cul
pa ſtetit tamen verius dicitur pro nullo i-
ſtanti fuiſſe ſed a deo fuiſſe ab originali p-
ſeruatam.

Tertio anima beati. Jo.in ventre ſꝫ lõ
ge ante natiuitatem habuit gratiaꝫ ſcilicet
quando heliſabeth ſimul cum filio imple-
ta eſt ſpiritu ſancto. Luc.primo capitulo.
Vt audiuit ſalutationem Marie heliſa-
beth.⁊cetera.

Quarto : quia anima ieremie in ven-
tre ſed paululum ante ortum.ideo ſibi di-
citur Jere.primo capitulo. Antequaꝫ exi
res de ventre ſanctificaui te. ⁊cetera. Eſt
etiam notandum quod duo ſunt tempo-
ra impedite rationis ſcilicet ante natiuita-
tem ⁊ poſt natiuitatem in pueritia in qui
bus non vtitur homo ratione. Aliqui ſan
cti ſunt qui neutro tempore habuerũt gra
tiam.nec ea vſi ſunt ſicut beatus Marti-
nus qui fuit cathecuminus vſqꝫ ad annũ
decimũ octauũ. Aliqui ſunt qui habuerũt
in altero ſcilicet Jeremias qui ante ortuꝫ
ſanctificatus fuit ⁊ gratiam habuit vt di-
ctum eſt ſupra. Aliqui qui in altero ſcili-
cet in infantia ſcilicet.bea. Nicolaus qui
ſtatim ortus ieiunauit quarta ⁊ ſexta feria
ſed beatus Joannes ſuper alios floruit in
hac duplici etate.

Primo floruit gratia . ⁊ fuit vſus ip-
ſa in matris vtero.vbi exultauit cum preſ-
entia ſaluatoris ſenſit . vnde dicere potu-
it . Luc.primo capitulo. Exultauit ſpiri-
tus meus in deo ſaluatori meo.

Secundo gratia floruit ⁊ vſus eſt ea in
infantia . quando in pueritia deſertum pe
tijt vt colligitur ex euangelio ſcilicet in
quinquienio . vbi ⁊ merito reuelationes
⁊ conſolatiões angelicas ad mirabiles ha
buit vt colligitur ex euangelicis ⁊cetera.
Finis Amen.

## Incipit tractatus ſuper pater noſter:

Uoluntas dei ſanctificatio veſtra,
prima ad Theſalo.4°. ca°. Nõ
poteſt bene ſeruiri pſone niſi ſcia/
tur eius volũtas:ſic nec deo. Jdõ
Paulus vocatus ad xp̃i officium ſtatim
queſiuit. Actuũ.ix.c. Dñe quid me vis fa
cere. Jdeo volẽtibus ſeruire deo:conſulit.
Ephe.v°. Nolite fieri imprudentes:ſed in
telligentes que ſit volũtas dei. Quia ergo
non poteſt ſeruiri deo niſi prius ſciatur ei⁹
voluntas. Jdeo vt melius ſibi ſeruire va·
leamus. Apoſtolus in verbo preallegato ei⁹
voluntatem nobis inſinuat dicens. Uolũ
tas dei ſanctificatio veſtra. vbi duo incidũ
tur propter que obediendum eſt voluntati
diuine. Primo. qꝛ eſt quedam regula ad
noſtrum intellectum elleuandũ ⁊ affectũ
dirigendum. Et hoc tangitur cum premit
titur volũtas dei. Eccleſi.vij. Inueni qd̃
fecerat deus hominem rectum.⁊ ipſe ſe in/
finitis miſcuit queſtionibus. Ita ꝙ oẽs ꝑ
peccatum hãc rectitudinem perdiderunt.
Marhei.vij. Periit ſanctus de terra.⁊ re
ctus i hominibus non eſt. Ratio eſt. Nõ
eſt rectus ſagittarius niſi recte ſignũ ad qd̃
trahit aſpiciat. vnde eſt ꝙ ipſe quandoqꝫ
claudit vnum oculum:vt alium melius fi·
gat i ſign^m. Sig^m aũt ad qd̃ ſemꝑ in om
ni tractu debem⁹ trahere nobis. yſai.c.lv.
oſidit di. Erit dñs nominatus in ſignũ.
Jdeo ad iſtud ſignum debemus ſemꝑ ocu
los dirigere.⁊ omnia in gloriam eius face
re. Sed deus propter peccatũ oculos pec
catoris ab iſto ſigno auertit. Quia ſm̃ Au
gu. Peccatũ eſt auerſio a bono incõmu
tabili. In cuius figura dicitur p°. R.xviij.
cap°. Non rectis oculis reſpiciebat Saul
Dauid. Et ſubdit. Inuaſerat ſpiritus ma
lus Saul. Unde in hoc peccator ſimilis ẽ
aſpidi. de quo legitur:ꝙ non directe tendit
ad terminum.qꝛ non habet oculos recte in
fronte:ſed extranſuerſo in temporib⁹. Sic
peccator. qꝛ oculum cordis in intentionem
tranſuerſam habet ad mundana. Jdeo in
ſuis opib⁹ nunq̃ recte tẽdit ad deũ. Jndi
gem⁹ ergo regula dirigẽte. Hec aũt regu

la eſt voluntas diuina. qꝛ ſm̃ Augu. Jpſa
ẽ regula toti⁹ creature. Hanc autem regu
am in perſona cuiuſlibet peccatoris pete/
bat. prima p°. dicens in ps. Eripe me de
inimicis meis deus me⁹:domine ad te cõ/
fugi doce me facere volũtatem tuã: qꝛ de
us meus es tu. Spiritus tuus bonus ꝺdu
cet me in terrã rectam. Nota ꝙ iſta aucto
ritas tangit quatuor que facit nobis volũ/
tas dei. Et que facere debet qui ad eã vult
dirigere. Primum eſt. liberaꝛ a pericu
lo. ibi. Eripe me de inimicis meis de⁹ me/
us. Non poteſt homo melius liberari de
carcere hoſtis q̃ ſoluendo cathenas ⁊ vin
culum frangendo quibus tenebatur liga/
tus. In figura huius. Angelus liberans
Petrum de Herodis carcere. fecit cadere
cathenas de manibus eius. Tunc Petr⁹
dixit. Nũc ſcio vere. qꝛ miſit dñs angelũ:⁊
liberauit me de manu herodis. actuum in
actibus apoſtolorum. ⁊c. Cathene autem
quibus peccator vincitur in carcere demo
nis ſunt peccata. Prouerbiorum. v. Iniq
tates ſue capiunt impium ⁊ funibus pecca
torum ſuorum aſtringitur. Modo peccata
ſoluuntur in confeſſione. Jdeo deus pecca
torẽ eripit ab hoſte vt dicat regrãtiando il
lud pſa^e. Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis. Sed nota ꝙ ſicut liberatus de
carcere in memoria miraculi chatenam af/
fert ad eccleſiam ſuſpendens coram ſancto
qui eum liberauit ⁊ faciẽs oblationem. ſic
in ſignũ vere liberationis a demone vicu
la peccatorum quibus ligatus fuiſti:modo
debes portare ad eccleſiam appendere corã
deo vel eius vicario in confeſſione ⁊ te of/
ferre ad ſatiſfactionem. Sequitur ad te cõ
fugi. Non enim ſufficit eripi ab hoſte. ſed
oportet longe fugere. alioquin homo nõ ẽ
in tuto. Sicut enim auis qui iam tenuit.⁊
momordit predam ſi euadit:acrius eam in
ſequit̃. Et ſicut preda poſtq̃ ſenſit morſũ
canem citius fugit. Sic demon qui ſemel
momordit ⁊ tenuit animam per peccatum
quando euadit per penitentiam auidius
eam inſequitur ⁊ conatur capere. Jdeo nõ
debet anime ſufficere ꝙ euaſit:ſed debet lõ
ge fugere:maxime poſtq̃ ſenſit morſum de



monis. Et de hoc habetur figura. p°. R. j°.
cap°. Niſus eſt Saul ſpẽ dd̃ cõfigere in
pariete: declinauit dauid.fugit: ⁊ ſaluatus
eſt. Unde legitur de elephante ꝙ fugiens
venatorẽ ſciens cauſam ſue inſecutionis
eſſe pulchritudinem ſuorum dentium. de
quib⁹ ẽbur dentes ſuos frangendo deturr
pat. ⁊ ſic deturpatos: ⁊ fractos venatori
oſtendit. Mox venator ceſſat eũ perſequi.
Sic venator inferni quoſdã inſequitur pec
cato luxurie propter pulchritudinẽ corpo
ris alios peccato auaritie:alios vero pecca
to ſuperbie: primi debent corpus frangere
per penitentiam. Secundi auaritiam ꝑ lar
gitatem. Tertij ſuperbiam per humilitatẽ
relinquendo illud quod in nobis demonij
placet. Et de hoc figuratur. ſcd̃o macha.
De mathatia ⁊ filijs eius qui relinquerũt
quecunqꝫ habebant in ciuitate ⁊ fugierũt
ad mõtem. Dicitur de ceruo ꝙ continuãſ
fugã ⁊ curſum canes euadit. Sed ſiſtens
in latratu canum in quo delectatur:quan/
doqꝫ ita capitur cantu canum. quod obli/
tus fugere capitur:⁊ occiditur. Sic perſo/
na fugiens peccatum quandoqꝫ in cantu
ſiſtit ⁊ verbis ⁊ actionibus ꝙ capitur ⁊ oc·
ciditur adhuc a demonibus ſpiritualiter
per peccatum. Tertio. dirigens debꝫ bo
nam viam oſtendere. ibi doce me facere vo/
luntatem tuam. Uadẽs enim viam ignotã
eget doctore ⁊ ductore:ac tutore. Uia autẽ
celi nobis ignota eſt. Jdeo indigemus do
ctore ⁊ tutore. ſ. deo. de quo eccle. xliij. Do
cet ⁊ erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Sꝫ
nota ꝙ paſtor ouem errantem: primo diri/
gibus reuocat verbo clamando. Et niſi ver
bum ſufficiat virgam. ⁊ baculum adhibet
verberando. Sic deus viꝫ celi: primo do
cet: verbis ſcripture: clamando. predicẽdo.
Sed quia quaſi ſpernunt verba. deus ad/
dit verbera ſcilicet morbos: perſecutiones: ⁊
flagella diuerſa. Unde grego. Nulla noce
bit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas.
Exemplum in natura. pſitacus docetur lo
qui ſi. uti. homo ſi habet caput ita durũ
ꝙ nunq̃ bene loquitur niſi caput eius ba/
culo ferreo verberetur. Sic quidam ha/
bẽt corda adeo dura ꝙ nunq̃ loquũtur ra

tionabiliter de ſalute. niſi primo morbo ꝑ
ſecutionis verberetur. Et de hoc figura da
nielis. 4°. Nenabuchdonoſor rege cui cõ
ſuluit daniel. Peccata tua elemoſinis re
dime. qui ſpreuit donec electus eſt de reg°.
⁊ cum feris demoratus eſt ⁊ fenum quaſi
bos comedit. Tunc ait. Oculos meos ad
celũ leuaui. ⁊ ſenſus meus redditus eſt mi
hi ⁊ altiſſimo benedixi. In ps. Diſciplina
tua ipſa me docebit. ergo doce me facere
voluntatem tuam. Non enim auis perti/
git ad predam cantando:garriendo:ſed for/
te aues plus garientes minus volant. Ap
plica ſic ad regnum intratur non loquẽdo
ſed operãdo. Non enĩ qui dicit mihi dñe
dñe intrabit in regnum celorum. ſed qui
fecerit voluntatem patris mei qui in celis
eſt. Quarto. dirigens. debet ad bonum
portum ducere. ibi. Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam. Terra illa
dicitur recta in qua redditur cuilibet quod
ſuum eſt. aditur quod meruit. Sic fit in pa
radiſo. Apocha. ſecũdo. Merces tua me/
cum eſt: reddere vnicuiqꝫ ſecundum opera
ſua. Non ſic in mundo: vbi ſepe plus dat
minus merito in indigno. Amoſ. 3°. Ne/
ſcierunt facere rectum. Ratio eſt. Quia q
ſoluendo mercedem attendit ad genus: ve
ſtem: ad pulchritudinem corporalem ope/
rari non ad opus: ſepe plus dat ⁊ minus
merito. Sic facit mundus dando honores
⁊ bona mundana. Jdeo mundus dicitur
michee. 3°. Omnia recta per vertitis. Sꝫ
tu ſolutor mercedis celi deus. non attẽdis
genus veſtem: nec aliquod impertinens
⁊c. Mathei. ſecundo. Non eſt tibi cura de
aliquo: ſed ſolum ad penitentie meritũ re/
ſpicis. Jdeo iuſte retribuis. Prouerbiorũ
13°. Iuxta opera manuum ſuarum retribu
et ei. Jdeo dicit ps. Juſtitie domini recte
letificantes corda. ⁊ cete. Magna leticia
cordibus pauperum chriſti. quia expectant
mercedẽ i regno celi de q̃ dic̃ Augu. nulli
negabit̃ digno nulli ꝯferet̃ i digno Ter°.
volũtas dĩ ẽ ſpeculũ admũdificãdũ ꝙ ma
nifeſtatur cũ additur ſanctificatio veſtra.
pſona volens videre ⁊ tollere a ſe omnem
maculam in quibuſdam partibus. opo/

ris ſicut in manibus pedib⁹ ⁊ ceteris non
tamen vbiqʒ. Ocul⁹ enĩʒ qui non videt ſe
non videt maculam in ſe nec in partibus ſi
bi nimis propinquis ſicut in facie. qꝛ illas
non videt. Speculum ſi ſit verum oſtẽdit
oculo omnem maculam. ⁊ ſp̃s oculi ⁊ pti
uʒ ſibi propinquarum. Sic perſona volẽſ
videre ⁊ tollere a ſe omnem maculam pec
cati debet ſe reſpicere in ſpeculo vero. pſo
na enim quãtumcũqʒ prudẽs ⁊ cauta ma
culam ſeu deffectum non videt in ſe nec in
perſonis ſibi propinquis propter amoꝛeʒ
In perſonis aũt lõge diſtantibus propter
odiuʒ uel ſaltẽ propter in differentiaʒ bñ
uidet deffectũ. Et de hoc figura ẽ .p̃mi R̃e.3.
Hely cui⁹ oculi caligauerũt non poterat
uidere lucernaʒ domini. donec extingueret̃
Ita quidaʒ non uidentes caliginem ocu
loꝝ ſuoꝛum oportet ꝙ ſe reſpiciant in ſpe
culo: Et d̃ hoc figura exodi. xxxviii. Moy
ſes demandato dei fecit labium eneum de
ſpeculis. in quib⁹ miniſtri tabernaculi ma
culas ſuas videbãt. vt eas abſtergerent ſpe
culum verum quod ſine omni palliatione
oſtendit cuilibet ſuas maculas voluntas
dei eſt. Ideo iſtud ſpeculum petebat da
uid dicens. Unam petij a domino hanc re
quiram. vt videam volũtatẽ domini meie
Sed iſtud ſpeculum perfecte nobis oſtẽdi
tur. Mathei. vj. In dominica oratione. ſ.
pater noſter. Circa quod ſecunduʒ Augu
ſtinum eſt aduertendum ꝙ oratio domini
ca pro nobis perfectiſſima eſt. quia in ipſa
continetur quicquid a deo peti poſſum⁹
⁊ quicquid nobis deus dare vult. Sed pre
cipue a nobis deſiderandus eſt dei honoꝛ
⁊ reuerentia quod in p̄ma petitione tãgi
tur. Sanctificetur nomen tuum. Sed ad
ſufficientem declarationem totius oratio
nis predicte eſt notandum ꝙ hec ſacra ora
tio prima ſui diuiſione diuidi poteſt in du
as partes ſecundum ꝙ duo ſolidem princi
paliter petimus.
Nam p̄mo petimus bona nobis dari
Secundo. petimus mala a nobis remo
ueri.
Prima. ibi. Adueniat regnum tuũ
Secunda ibi.
Dimitte nobis debita noſtra.
Prima adhuc in tres ſecundum ꝙ tria
bona dari petimus.
Primum eſt ⁊ maximum bonũ quod
petimus eſt bonũ gloꝛie quod petitur ibi.
Adueniat regnum tuum.
Secundum. bonum eſt gratie qđ peti
mus ibi. fiat voluntas tua.
Tertium eſt. bonum terrenũ quod peti
mus pro ſuſtentatione vite. ibi.
Panem noſtrum quotidianuʒ da no
bis hodie. ⁊ cete. Non enĩʒ poſſumus pri
ra bona petere: niſi terrena ad ſuſtentandũ
bona gratie ad merendum: ⁊ bona gloꝛie
ad fruendum.
Secũda pars. in qua mala a nobis re
moueri petimus etiam diuiditur in partes
tres ſecundum etiaʒ ꝙ ſunt tria que a no
bis ammoueri poſtulamus.
Primum eſt. peccata preterita que peti
mus condonari. ibi.
Dimitte nobis debita noſtra. ⁊ cete.
Secundum eſt. peccata futura que peti
mus: ⁊ debẽt vitari. ibi.
Et ne nos inducas in temtationem.
Tertium eſt. pena pro peccatis debita
quaʒ petimus relaxar. ibi.
Sed libera nos a malo. Ecce ꝙ iſta
oratio continet omnia nobis neceſſaria bo
na que volumus habere: ⁊ mala quibus
volumus carere.
Primo ergo petimus honoꝛem ⁊ reue
rentiam diuini nominis. Sanctificetur
nomen tuum. ideſt ſancte ⁊ reuerenter lo
quamur de deo. Hoſtium enim camere
diui debet eſſe mundum. maxime ſuprius
quia ſi hoſtium eſſet fedatuʒ: dominus nõ
libenter per illud intrãret. Sʒ hoſtiuʒ coꝛ
dis noſtri: quod eſt camera domini: eſt os.
Et ideo cũ omnes partes coꝛpoꝛis noſtri
debeant eſſe munde: magis tamen os ſupe
rius loquendo de deo. ſcilicet ⁊ de ſanctis
eius. alioquin chꝛiſtus non libenter intre
ret cameram ſuam coꝛ. ſcilicet tuum p̄ ho



ſtium fedatum quod eſt os immundum.
Sicut enim apis deferens mel non intrat
domum ſuam inueniens in eius hoſtio te
lam aranee venenoſam. Sic chꝛiſtus
mel diuinitatis deferens non intrat perſo
nam: in cuius hoſtio. ideſt oꝛe inuenit ver
ba blaſſemie venenoſa: mendacia ⁊ detra
ctoꝛia. Debet igitur labium eſſe ſanctuʒ in
loquendo. Leuiti. viij. Labiuʒ altaris cũ
dari ſanctificauit. Et nota ꝙ ſecundum
ſanctos Iudas ſuſpenſus crepuit medius:
⁊ effuſa ſunt. viſcera eius ⁊ hoc ne ſtercoꝛa
exirent per os. ideſt anima p̃cti fece macu
lata quo chꝛiſtum licet proditioſe fuerit oſ
culatus. Et per os tuum exit ſtercus blaſſe
mie ⁊ omnis immundicie. Exemplum. In
Brabantia nobilis quidam nocte paraſce
ues vadens ad matutinas tranſiuit per ta
bernam in qua erãt iuuenes ludẽtes ⁊ chꝛi
ſtum blaſſemantes voluit. ſed vltra tranſi
uit. ⁊ dum proceſſiſſet vidit populum in
gentẽ in platea hominem extraneum totũ
plagatum: totum cruentatum ⁊ occiſuʒ ab
illis de taberna: vt aſſiſtẽtibus viſum fuit.
Ingreſſus nobilis tabernã cũ minis iuue
nes illos dure redarguit. q atõiti negãt ho
minem ad ſe ingreſſum: ⁊ ſe nullum vidiſ
ſe nec aliquem verberaſſe. Qui moꝛ ſurgẽ
tes cum illo nobili querunt hominẽʒ moꝛ
tuum ⁊ nihil inueniunt. Tunc in ſe reuerſi
perpendunt hominem illum fuiſſe chꝛiſtũ
quem ſuis blaſſemijs cruentabant. Quo
viſo tabernarius qui erat vſurarius: omia
plene reſtituit. ⁊ dimidium bonoꝛum ſuo
rũ dans pauperibus ſancte obijt. ergo ſan
ctum ⁊ terribile nomen eius. Ad philipen
ſes ſecundo. In nomine Ieſu omne genu
flectatur celeſtium terreſtriuʒ ⁊ infernoꝝ.
Secundo. petimus bonum gloꝛie. ibi.
ſecũda petitio Adueniat regnum tuum. Mathei. vi.
dicitur Ubi eſt theſaurus tuus. ibi ⁊ coꝛ tu
um erit. Peccatoꝛes autem theſaurizant
in terra. Ideo coꝛum coꝛ ⁊ deſiderium eſt
in terra ditari. Sed ſancti theſaurizant in
celo ⁊ prudentius. Ratio eſt. Mercatoꝛes
mare tranſituri in quo ſunt multa peri
cula. Non poꝛtant ſecum pecuniam: ſed
emunt merces ab eis qui bona ſua habẽt
vltra mare poꝛtantes certas litteras quas
cum attingerint vltra mare oſtẽdũt moꝛ
eis dantur merces quas emerunt. Nunc
autem pauperes chꝛiſti habent ſuas mer
ces ⁊ theſaurum in eccleſia. Luce ſexto.
Beati pauperes quoniam ipſoꝛ eſt regnũ
celoꝛum. Et ideo ſancti cum tranſeunt ma
re. hoc eſt periculũ huius mundi non poꝛ
tant ſecum theſaurum bonoꝛum tempoꝛa
lium: ſed dando pauperibus comperãt ſi
bi theſaurum in celo poꝛtantes ſecum cer
tas litteras euangelij dicentis. Da paupe
ribus ⁊ habebis theſaurus in celo. Math.
xix. Et ideo iuſte ſancti ⁊ boni viri.
quia iam ſuum theſaurum habent in celo
quod iam emerunt petunt. Adueniat
regnum. tuum: ⁊ hoc ſecure petunt ſperan
tes dulciſſimam chꝛiſti inuitationem dicẽ
tis. Mathei vigeſimo quinto capitulo.
Uenite benedicti patres mei poſſidere re
gnum. ⁊ cetera.
Tertio. petimus bona virtutum ⁊ gra tertia
tie. ibi. Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in petitio.
terra. Circa quod eſt aduertendum ꝙ ſan
cti in patria. ita obediunt ⁊ ſequuntur vo
luntatem diuinam vna cum angelis ꝙ ni
hil omnino faciunt voluntatis pꝛopꝛie.
Modo petimus ita eſſe in nobis quod q
dem eſt neceſſarium ad vitandum pecca
tum. Cuius ratio eſt. Uidemus enim ꝙ
nubes a ſole eleuata a terra ⁊ aqua quam
diu ſequitur motum ⁊ virtutem ſolis non
cadit: ſed aſcendit ſurſum: ſed quando ſe
quitur ſuam pꝛopꝛiam conditionem re
frigeratur: ſit grauis ⁊ conuerſa in niuem
vel pluuiam cadit ⁊ mixta terre ſit lutum:
quod quidem ſibi accidit ex loco. ſcilicet
medio in triſtitio aeris. Sic recte perſona
a deo eleuata a terra cupiditatis ⁊ aqua vo
luptatis quamdiu ſequitur motuʒ ⁊ virtu
tem diuine voluntatis non cadit in pecca
tum: ſed aſcendit ſurſum verſus gloꝛiã. ꝙ
in p̄s dicit. In voluntate tua deduxiſti me

⁊ cum gloria ſuſcepiſti me. Econtra pſo-
nã ſequens propriam voluntatem ⁊ mo-
tuȝ. Primo refrigeratur a dei amore. De
inde fit grauis ⁊ ponderoſa in dei ſeruitio
⁊ ſic cadit in lutum peccati. Et ſic quando
qȝ accidit paulo qui ad ephe ſios. ꝛ°. ait
Conuerſati ſumus in deſiderijs quaſi facie-
tes voluntatem carnis. Sed hoc ſepe con-
tingit ex loco ⁊ ſocietate quam perſona fre
quentat. Ad vitandũ igiẗ caſũ pcĩ petim⁹:
fiat volũtas tua. exẽplo xp̃i dicẽtis Ma-
thei. xxvi°. Nõ mea voluntas ſed tua fiat.

Quarto petimus bona temporalia ſu-
ſtentationi neceſſaria non ſuperflua. Pa-
nem noſtrum quotidianum da nobis ho-
die. Et hic petimus panem qui ordinatur
ad neceſſitatem ⁊ non alium cibum qui ſe
pe queritur ⁊ procuratur propter volupta
tem ⁊ ad ſuperfluitatẽ. Docemur ergo pe
tere neceſſaria nõ ſuperflua. Ratio eſt. In
firmus. n. modicam habens virtutem de-
bet cibum temperate ſummere. ⁊ ſoluȝ ad
ſuſtentationem alioquin virtus non ſuffi-
cit cibum conuertere ⁊ dirigere ⁊ tunc ex
nimio cibo ⁊ ex ſuperflua indigeſtione ge-
neratur apoſtema: ⁊ morbi inflatiui. ⁊ ſic
recte eſt ad propoſitum. q: hodie quaſi qui
bus modicum habet de prudentia in vten
do ⁊ diſpenſando temporalia cadunt in a
poſtema: ⁊ in tumorem grauiſſimi pecca-
ti. Debemus ergo ea vti ⁊ ſummere ſolũ
ad neceſſitatem. exemplo Salomonis pro-
uerbiorꝫ. 3. Mendicitatẽ ⁊ diuitias ne de-
deris mihi. ſed tantum tribue victui meo
neceſſaria. Superfluitas enim diuitiarum
inflat cor generat apoſtema ſuperbie ⁊ con
temptus pauperuȝ. Ideo perſona tali apo
ſtemate ſentiens ſe grauatam debet facere
ſicut animal. de quo legitur ꝙ ſentiens ſe
agrauatum apoſtemate confricat ſe ad ar-
borem donec rupto apoſtemate ſanies de-
fluat. Sic recte talis perſona debet ſe con-
fricare ad arborẽ crucis ad paupertateȝ. ſ.
⁊ nuditatem quã xp̃s in mundo ⁊ in cruce
ſuſtinuit. vt vȝ ſanies diuitiarum fluat in
elymoſinas pauperum. petimus ergo vi
ctum neceſſarium ⁊ non ſupfluũ ꝙ ſi facie
mus obtinebimus. Scd̃o ad corꝑ. Pa
nem ad manducandum preſtabit.

Quinto petimus veniã de pctĩs preteri
tis. Dimitte nobis debita nr̃a. Sicut ⁊ nos
dimittimus ⁊c. Math. vi. Si. n. nõ dimi-
ſeritis hoibus. nec pr̃ veſter dimittet vobis
peccata veſtra. Non enim debet veniam
petere a patre perſona que vellet eius fili-
um occidiſſe. Sȝ omnes filij dei ſumus ꝑ
gratiam. ⁊ ideo inuicem fratres. Odium
autem eſt homicidium ſpũale. Io. 3°. Qui
odit frem ſuũ homicida eſt. Nõ ergo di-
gnus venia prĩſ q nõ dimittit frĩ ex corde.
vnde Math. xviij. Pẽitur de ſeruo tradi-
to tortoribus ſic dicit ibi xp̃s. ſic pr̃ vr̃ faci
et vobis: ſi nõ dimiſeritis vnus quiſqȝ frĩ
ſuo de cordibus veſtris. Ita ꝙ qbet ſeſius
rãcorẽ cordis ad minus teneẗ dimictere ⁊
ſigna recõciliatiõis oſidere inimico: ſȝ nõ
tenetur dimittere dãna: maxime ſi offendẽs
habet. vñ poſſit reſtituere qð ſi facit mereẗ
intenſiſſime ⁊ de hoc exẽpluȝ manifeſtum:
Nobilis qdã frem ſuũ a quodã ruſtico oc
ciſum ãmiſit qui ex dolore quaſi pegre ꝑ-
fectus eſt. Qui cum iter faceret cũ magno
comitatu homicidã ſolũ i agro īuenit. q ex
tracto gladio cũ vellet eũ occidere. Ille in-
terrã ꝓſtract⁹ clamauit. O ſiẽ nobiliſſime
miſerere mei amore xp̃i ieſu q tui miſertuſ
eſt ⁊ oẽȝ mundũ ſua morte redemit. Mox
nobilis ꝯuſus in lachrymas manũ retraxit
Sed ne hoc ignauie reputaretur a ſotijs.
Iterum manus extendit in proſtratum.
Iterum reus ob remiſſionem pdõum mi
ſericordiaȝ petens. Secundo manum de
poſuit. Tertio increpatus a ſotijs. Ite-
rum manuȝ vt ipſum interficeret leuauit.

Et reus ob euaſionem anguſtie. quam
omnis caro mali in futuro iudicio per-
peſſura eſt miſerere mei. Reſpondit no-
bilis: mente ⁊ genere. Ego mortem mei
fratris tibi indulgeo. Sed quid poſtea.
Mox eadeȝ die eccliaȝ intrans pro miſſa
audienda coram ymagine crucifixi ter ge-
nua flectens viſus eſt a quodã ſancto viro
ad ſingulas genuflexiones nobilis crucifi
xus inclinare caput. Vocans aũt ſanctus
nobilem ad partem: interrogauit quis eẽt.
cui ille. Miles ſum in terra mea. Et ſan-



ct⁹. Dicas chariſſime ⁊ nihil celes. l q̃ ma
gis confidis miſericordiã dei meruiſſe. cui
ille ait. Miles ſum in ſeculo deditus nihil
apud deũ merui niſi forſitan hodie ⁊ factũ
retulit. Tunc ſanctus narrans ei qð vide-
rat hortatus eſt eũ ad bonuȝ. Maluȝ ẽ igi
tur vindictam expetere maxime turbatiõe
durante. Unde Tharentinus ille nobiliſ-
ſimus phs inueniens vilicũ qui ſua male
diſpenſauerat ait. Uindictã de te ſumme-
rem niſi tibi iratus eſſem. Maluit. n. ipu-
nituȝ dimittere ꝙ per irã nimiũ punire.

xta ctitio Sexto. petimus preſeruare a malis fu-
turis. Et ne nos inducas in temptationeȝ.
Et nota ꝙ non dicit: ne tentemur: ſed ne in
ducamur in tẽptationẽ. pſona. n. non eſt in
periculo ſumerſionis niſi inducatur intra
aquam. Sic etiã niſi inducaẗ qs intra tem
ptationẽ per peccatũ. Et hec eſt ratio: qua-
re multe pſone nõ curant tẽptatiões vitaẗ.
q: cõfidunt in magnas tẽptationes q̃ſi nõ
poſſe induci. ſed bene voluit tẽptationẽ cir-
cuire appropinquado. ⁊c. Sed attendant
ꝙ periculoſum eſt valde perſone habẽti ca
put debile ire prope ripaȝ aque profunde
⁊ nimis appropinquare. q: perſona aliqȝ
ſtupet ⁊ turbaẗ imaginatio: in tantum ꝙ
pes deficit ⁊ ſic in aquam cadit ⁊ ſubmer
gitur. Nunc autem omnes habem⁹ caput
debile ⁊ infirmuȝ contra peccatum. Yſaie
primo. Omne caput languidũ. ⁊ c ꝛ. Ideo
non eſt bonum peccato appropinquare co-
gitando. ⁊ ce. Turbatio tantuȝ aliquando
inualeſcit. ꝙ ſtupefacit perſonam. Turbaẗ
tunc ratio: ⁊ ſic totũ ſubmergitur. Et con
tra ſic appropinquantes. dicitur Ioãnis
xj. Inducet ſuper eos mala. de quibus exi-
re non poterunt.

pe- o. Septimo. petimus leberari a penis: ⁊
miſerijs quas patimur propter peccata. ſȝ
libera nos a malo. Poſtquaȝ enim febris
reliquit infirmum adhuc remanent re-
liquie morbi ſcilicet amaritudo guſtus:
debilitas pedum: ⁊ diu ſtat antequam re-
cuperet priſtinum guſtum ⁊ fortitudinem.
Sic recte. ad propoſitum. perſona poſtquã
dimiſit peccata adhuc habet guſtum inſi-
pidũ ad ſpiritualia. Manus ⁊ pedes debi
les ad opera meritoria. Et de hoc habetur
figura ſcdi Re᷑. nono. Super eſt filius Io
hatã debilis pedibus. ſ. miſiboſeth. q: de
manib⁹ nutricis iuuenis ceciderat. Et ab
iſta debilitate petimus liberari a deo. de
quo dicitur ſapientie. xix. Tu es qui libe-
ras ab omni malo. Sȝ quomodo hoc po
teſt fieri. Ecce. Nam pſona recuperat gu-
ſtum ⁊ fortitudinem poſt morbum ſumen
do cibum leuem ⁊ confortatiuum ſimili-
mum nature: non groſſum: naturam ſuffo-
cantem. Cibi aũt groſſi anime ſunt verba
diſſoluta delicie. ⁊c. Dilata te. Caro eniȝ
concupiſcit aduerſus ſpiritum ad Galat.
v. Unde iſta ſpiritum non fortificãt ſed de
bilitant. econtra deuotio. oratio. ieiuniuȝ.
vba ſancta. miſſe ⁊c. Unde de perſona ta
lia frequentante dicitur ad Roma. viij°.
Creatura liberabitur a ſeruitute corruptio
nis in libertatẽ glorie filiorum dei ad quã
nos perducat. Amen.

## Incipit tractatus de penitentia.

Enitentiam agite appropinqua
bit eniȝ regnum celorũ Math.
4°. capi. Quia beatus ioannes
conuocans populum ad bap[tiſmu]m
fluminis idem verbum aſſũmit. quaſi pro
temathe Math. 3°. capitu. Et iterum ſal-
uator noſter inuitans populum ad ba-
ptiſmum flaminis. idem verbum reaſſum
mit Math. iiij°. capi. Iccirco ſancta ma-
ter eccleſia ſanctorum patrum ſequens ve
ſtigia. Iſto ſacro tempore vocat fideles ad
lamentum penitentie. vt ex perſona eccle-
ſie verbum a nobis ꝓlatum proponatur.
cum dicimus. Penitentiã agite. In quo
quidem verbo ⁊ diuino oraculo.

Primo. aliquid precipitur. ſ. peniten-
tiam agere.

Secũdo. aliqd̃ ꝓmittiẗ. ſ. regnũ celorꝫ.
poſſidere. ⁊c. Preceptũ nãqȝ ptinet ad
meritum qð in viam eligitur. Promiſſuȝ
vero ad premium qð in patria recipitur.
Et ſm illa duo preceptum b indiget gra
tia cooperante. Et promiſſum gloria bea
tificante. De peccato autȝ ꝙ hic inducit.

Cum premittitur. Penitentiam a-
gite. Loquitur chriſtus: expreſſe ſub for-
ma precepti. Luce. xiij. di. Niſi penitenti-
am egeritis ſimul omnes peribitis. Un-
de acqritur argumentum ꝙ actum penitē-
tie deus non proponit per modum conſilij
ſed per modum ſimplicis precepti ꝙ patet
quia eterna dānatio que hic non petenti-
bus cōminatur: non debetur alicui niſi pro-
pter tranſgreſſionem precepti. De promiſ-
ſione que exprimitur. Cū additur. Appro-
pinquabit regnum celorum. habetur dani.
Quartam eiuſdem ad ſuum patrem ſanctum Joachī. Iſte autem due vltime non probantur in ſacra ſcriptura. Sed argumentantur ex hoc. quia maior fuit connexio miſteriorūz que fuerunt in generatione ſancta dei genitricis ad miſteria generationis chriſti. quam connexio miſteriorūz Jo. baptiſte ⁊ chriſti. Et ideo cum ex iſta connexione hic fuerit idem angelus multo magis in illa. Eſt etiam notandum q̄ hic gabriel inuenitur in quatuor locis ſacre ſcripture nominatus expreſſe.

Primo. dan. viij. ca. Gabriel fac intelligere iſtam viſionem in quo loco prenunciauit ante x̄pm ſine manu cōterendum.

Scd̄o eiuſdē. ix. ca. Ecce vir gabriel quē videram in viſione a principio cito volās tetigit me i t̄pe ſacrificij veſpertini ⁊ docuit



907

me in quo loco pnūciauit x̄pm occidēdū ⁊ ab eius populo abnegādū. Tertio. luc. p°. ca. Ego ſuz gabriel q̄ aſto ante deū. In quo loco pnūciauit Jo. bap. p̄curſorē ante x̄pz. Quarto. vbi thema. Miſſus ē angelus gabriel i quo loco pnūciauit x̄pm in v̄gine cōcipiendū. Et notādū q̄ angeli grece malaoth latine. nūcij dicunt. Angelus eſt nomē officij ſpūs nomē nature. Angeloꝝ quidā ſunt aſſiſtētes ⁊ quidā miniſtrantes Dan. vij. c. Milia miliū miniſtrabāt ei ⁊ decies centena milia aſſiſtebant ei. Illi q̄ miniſtrant de coi lege mittuntur. Alij ad cuſtodiā pſone. Jeronimus Magna dignitas animaruz. vt vnaqueq3 ab ortu natiuitatis ſue habeat angelū ad ſuā cuſtodiā delegatū. Alij ad cuſtodiā ciuitat. yſa. lxij. ca. Sup muros tuos ieruſalē cōſtitui cuſtodes. Alij ad cuſtodiā regni. vt dan. x. c. Princeps regni perſaꝝ reſiſtit mihi. Aſſiſtentes v̄o pro magnis ⁊ arduis negotijs aliq̄do trāſmittunt. ſicut p3 hic d̄ gabriele.

tertiuz miſte^m

Tertiū miſteriū de mittētis auctoritate ſ. a deo, ſ. inmediate. q: colter angeli ab archangelis tranſmittuntur ⁊ archangeli a principatibus inmediate. ⁊ ſic deinceps ſm btūm dionyſium libro de angelica ierarchia. Et ſm Gregorium in mora. Ex iſta aūt inmediatione accipiuntur. 4. chatolica argumenta. Primū q̄ iſte angelus videt eſſe deo inmediatus. q: talis eſt ordo in perfectiōibus angeloꝝ. Pro eo q̄ inferiores mittunt p ſupiores ſm diony^m li°. de angelica Jerar^a. Cuius rō eſt. quia ordo diuine ſapiētie requirit vt vltima diſponantur per media ⁊ illa per ſuprema. ⁊ ideo cum iſte fuerit inmediate a deo miſſus videtur q̄ in ordine ſeraphico qui eſt ei inmediatus ſit ipſi locus. Scd̄m q̄ iſte angelus videtur eſſe ſimpliciter omniū ſupremus. q: cuz omnes angeli ſint inmediate ſubordinati vſq3 ad primū quem appellat bea. dionyſius ſūmum ſeraph. libro de di. no. ſolus ſupremus eſt deo inmediatus. quia a ſupremo vſq3 ad nouiſſimum ſubordinate extendit claritatis ſue radium celeſtis pater. Tertius q̄d iſte angelus eſt Jerarcha in ordine ſeraphi. quia cum ſit de illo ordine ex precedenti miſterio ille eſt Jerarcha in quolibet ordine qui in quolibet ordine eſt ſuppremus. Niſi forte dicatur q̄ nullus angelus in hoc ordine eſt ierarcha. Quia nullus attingit ad tantam perfectionem quantam lucifer habuiſſet in illo ordine. Et ideo illa dignitas erat forte homini reſeruata.

Quartum q̄ iſte angelus videtur Jerarcha vniuerſalis in tota Jerarchia celeſti fuiſſe. Quia cum ordo ſuppremus ſeraphi principetur omnibus alijs ordinibus vt patet per diony. li°. de angelica Jerarchia. Ille qui principatur in ſuppremo ordine omnibus ſimpliciter principatur. Iſta tamen argumenta non concludunt euidenter niſi primo ſuppoſito vt angeloruz merita ſint nobis ignota. Sed propter intenſam affectionem pure mentis ad chriſti preconia iſtum celeſtem nuntium quez valemus alijs nō preiudicādo nec determinādo efferimus. Sed primo queritur Tobie. ii. capi. dicitur. Nunc miſit me dominus vt curarem te. ⁊ ſic eadem ratione diceretur ſuppremus. quia inmediate a deo miſſus. Et dicitur quod quandoq3 dominus dicitur ſuperior angelis vt videtur dicere beatus Auguſtinus. nec eſt ibi tantum argumentum q̄ illa miſſio inmediate fuerit a deo facta propter iſtius miſterij incomparabilem celſitudinem. Queritur 2°. ſecundum beatum dionyſium libro de angelica Jerarchia. Illi de ordine ſeraph non mittuntur ad exteriora officia vt declarat ex intentione expreſſa. Et dicit q̄ iſtud eſt verum de lege cōmuni non tamen eſt contra eoruz dignitatem. ſed ex priuilegio ſpeciali quandoq3 mittuntur. Cum perſona verbi que i infinituz eſt eis nobilior fuerit in hoc miſterio miſſa. Queritur tertio volēs b. Gre. in mora. oſtendere q̄ archāgli angelis p̄ſint inducit illud zacha. 2. c. Angelus qui loquebatur in me egrediebatur ⁊ alius angelus egrediebatur foras in occurſum eius ⁊ dixit ad eum. Curre ⁊ loquere ad puerum iſtum. Ex quo dicto accipit.

Grego. ꝙ ille angelus qui alteri iperabat archãgelus erat. Et ſm iſtũ modũ argumẽ tũ põt deduci ꝙ .b. Gabriel habuit archã gelũ ſuperiorẽ qui ei imperauit. d. Fac intelli gere hanc viſionẽ. vt habeẽ Dan. viij. Et dicẽ ꝙ verba imperatiua aliqñ accipiun tur ꝑ modũ optatiuũ ſicut di. ꝓpheta ꝑs. lxx. Metro. iiij. Fac cũ ſeruo tuo ſm miſericordiã tuã. ⁊ ꝑs. lxxxiij. Metr°. vii°. Fac mecum ſignum in bonum. Et iſto modo põt intelligi in ꝓpoſito. Queritur quarto Dan. vij. c. Diſtinguntẽ duo modi angelorum. ſ. aſſiſtentiũ ⁊ miniſtrantiũ. cũ dici tur. Milie milia. ⁊c. In principio precedẽ tis colũne illi qui ſunt aſſiſtentes ſemꝑ po nuntẽ nobiliores. Et tñ ſanctus Gabriel ponitur vnus de miniſtrantibus cũ fuerit ſepe miſſus. Et dicitur ſm ſimiliſa. ꝙ iſtud nõ fuit ex ordine: ſed ex ſingulari diſpenſa tione ſicut ſaluator accipit officiũ miniſtrã tiũ. d. Luc. xxij. c. Ego autẽ in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat. Et notandũ q̃ di cit a deo in ſingulari. De vtero. vj. c. Au di iſrael dñs deus tuus deus vnus eſt. Yſẽ xxxij. c. Videte ꝙ ego ſum ſolus ⁊ non ſit alius deus pꝛeter me. Atanaſius in ſymbo lo. Et tñ non tres dij: ſed vnus eſt deus.

Quartum miſterium. de ciuitatis. ibi. in ciuitate galilee. Notandũ ꝙ hec ciuitas ꝯgrue dicitur ſituata in galilea que fuit cõ finium iudeoꝝ ⁊ gentiliũ. q̃ ille nũciaba tur venturus qui tanq̃ lapis angularis du os parietes cõiungeret. ſ. iudeos ⁊ gentiles ⁊ ipſos i cõfeſſione ſui nõis adunaret. Joã nis vero ba. ecõtra. q̃ cõceptus eſt in iu dea ⁊ mortuus eſt in galilea. Galilea eni fuit regio feliciſſima. ibi. n. dñs incarnat⁹ eſt. Inde maior pars apoſtoloꝝ vocata eſt Actu. ij. c. Non ne iſti q̃ loquũtur galilei ſunt. Et notandũ ꝙ galilea quadrupliciter in terpꝛetatur ad conuenientiã incarnatiõis.

Primo. galilea rota iterpꝛetatur q̃ cõ uenit miſterio incarnatiõis in qua rota di tatis fuit vnita quadrato noſtre humilita tis. Unde quidã doctor dicit. In hac verbi copula. fallit oĩs regula. Nã circulus qua dratur cũ deitas humanatur. Circulus ſi gnificat deitatem. q̃ figura circularis non habet principium nec finẽ. Unde qdã phs diffinitẽs. ſ. mercuri⁹ triſmegiſtus libro diffinitionum. Quid eſt deus. d. Deus eſt cir culus cuius centrum eſt vbique circumfe rentia nuſquam. Quadratus eſt huma na natura i. ex quatuor elementis compoſi ta que in quolibz angulo finitur. Et tũc cir culus fuit quadrat⁹ qñ deus fuit hũanat⁹.

Secundo interpꝛetatur volubilis. ⁊ cõ uenit. q̃ in quolibet motu naturali coniũ gitur finis cum ſuo principio. vt pꝫ in ce°. Similiter ad ꝓpoſitũ. Prima natura . ſ. diuina que eſt principium omnium cuꝫ vltima. ſ. humana in genere intellectualiũ eſt copulata. Ideo. d. dio. de di. no. ꝙ in iſto miſterio naturam extremitatez reduxit ad ſuum principium. Tertio iterpꝛetatur tranſmigrans ⁊ conuenit. q̃ in hoc natura humana tranſmigrauit ad ſuppoſitũ alte ne nature. ſ. diuine ad hebreos. 2. c. Nuſq̃ ãgelos appꝛehendit ſed ſemẽ habrae appꝛe hendit. vnde debuit per omnia fratrib⁹ aſ ſimilari. Quarto interpꝛetatẽ trãſmigra tio mea. ⁊ conuenit. Quia filius dei ſe ipſũ exinaniuit formam ſerui accipiens. Jo. p°. ca. Verbũ caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. In q̃ factione natura humana fuit exaltata ⁊. diuina inclinata. Et ideo filius dei dictus eſt viator Jere. xiiij. ca°. Quare quaſi colonus futurus es in terra ⁊ q̃ſi via tor declinans ad manendum. ſed occurrũt difficultates. Primo. quare dixerũt iu dei nicodemo Jo. vij. ca. Scrutare ⁊ vide q̃ ꝓpheta a galilea non ſurgit. ⁊ ſic nõ fu it conſonum ſcripturis vt iſtud miſteriũ fieret ibi. ⁊ dicẽ ꝙ fuerunt in hoc excecati extimantes omnẽ regionem pꝛeter iudeã perpetuo a diuinis beneficiis eſſe repellen dam. Secundo quare dixerunt phariſei Jo. vij. c. Nũq̃d a galilea xp̃s venit. Nõ ne ſcriptura dicit. q̃ ex ſemine dauid ⁊ de bethleẽ caſtello. vbi erat dauid venit xp̃s. Et dẽ. q̃ in hoc decipiebantẽ. q̃ putabãt xp̃m a nazareth natum. vbi fuerat educat⁹ cuꝫ tñ natus eſſet in bethleẽ. vt pꝫ. luce. 2. ca. Notãdum autem ꝙ ſi iudei attẽdiſſent





mente. ſana ⁊ fideli. Non autem obſtinata ⁊ dura poterant declarari per. vaticinium ꝓphe. d. yſa ix. c. Terra zabulon ⁊ terra neptalim ⁊ a grauata eſt via maris tranſ iordanem galilee gẽtium populus qui am bulabat in tenebris vidit lucem magnam habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Quaꝫ pꝛophetiam adducit euã geliſta Math. iiij. capi.

Quintum miſterium de ciuitatis pro prietate. ibi. cui nomen nazareth. Hec eſt illa ciuitas pꝛeclara in qua xp̃i incarnatio cellebrata eſt. Et notãdum ꝙ nazareth qua drupliciter interpꝛetatur ad pꝛopoſituꝫ.

Primo interpꝛetatur flos. Ad pꝛopo ſitum flos gignitur ex ſubtiliſſimis humo ribus virgule. ⁊ xp̃s fuit generatus ex pu riſſimis ſanguinibus. bea. virginis ſecun dum diony. 3°. ca. ii. de diui. no. yſa. xi. ca. Egredieẽ virga de radice ieſſe pro virgine intemerata ⁊ flos de radice eius aſcendet pro ipſius feliciſſima pꝛole.

Secundo interpꝛetatur ſanctitas. ad ꝓ poſitum licet beata virgo fuerit ſanctifica ta in vtero materno vt alias dictũ eſt. Re quire ſupꝛa in ſermonibus de domina. Ta men ſanctificatio pꝛima non fuit ita plena ſicut ſecunda quando xp̃m concepit de qua dicit angelus. Luc. p°. Aue gratia plena. ⁊ parum infra. Spiritus ſanctus ſuperue niet in te ⁊ v̾tus altiſſimi obumbrabit tibi.

Tertio interpꝛetatur cõſecratio. Ad ꝓ poſitum res dicitur ſacra quando per ali quod ſacramentum dicatur deo. Et iſta ci uitas fuit deo dicata per ſacramentuꝫ ſue altiſſime incarnatiõis qui fuit digniſſimũ inter omnia pertinentia ad perſonam chri ſti ſecundum tempus. Eo modo quo ſacra mentuꝫ dicitur ſacrum ſecretũ. Et iſto mo do iſta ciuitas fuit ſacratiſſima. q̃ ſummo ſacramento ſancta.

Quarto interpꝛetatur vnctio. Ad pro poſitum fuit enim tunc illa vnctio cellebra ta de qua Dan. ix. capi. Deleatur iniqui tas ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna. ⁊ im pleatur viſio ⁊ pꝛophetia ⁊ vngatur ſan ctus ſanctoꝛum. Et chriſtus fuit vnctus in hac ciuitate. Quia in pꝛimo inſtanti ſue cõ ceptionis ſpiritu ſancto ſine menſura fuit repletus dicente petro. Act. 10. capitu. Je ſum a nazareth quomodo vnxit deus ſpi ritu ſancto ⁊ virtute.

Quinto interpꝛetatur mundicia. Ad ꝓ poſitũ. Et de puritate .b. virginis. d. An ſelmus li°. de conceptu virginali. Tanta puritate nituit qua maior ſub deo nequit intelligi dempta. ſ. chriſti. Sed querẽ hic. Cum tanta puritate niteret quid. eſt ꝙ di citur Math. p°. capi. Antequam conue nirẽt i vẽta ẽ in vtero hñs d̾ ſp̃s ſ. Qui fue runt inventores. Et dicitur ꝙ ab angelis eam obſeruantibus ad honorem eius qui naſciturus erat ex ea. Et notanduꝫ ꝙ chri ſtus dicitur fuiſſe de ſimplici ciuitate ſe cundum diuerſas pꝛophetias de quibus require ſupꝛa in ſermonibus de natiuitate chriſti. Inter quas nazareth obtinuit pꝛin cipatum pꝛopter quatuor.

Primo quia in ſolẽnitate palmarum a populo inde vocatus eſt Math. xi. capi. Hic eſt ieſus pꝛopheta a nazareth galilee.

Secundo. q̃ in nocte captionis ſue om nes vocauerunt eum nazarenum Jo. xviij. capi. Quem queritis. illi autem dixerunt ieſum nazarenum.

Tertio. q̃ in titulo triumphali poſuit pilatus. Jo. xix. capi. Scripſit autez ⁊ titu lum pillatus. ⁊ poſuit ſuper crucem erat autem ſcriptũ. ieſus nazarenus rex iudeoꝝ.

Quarto. quia credentes in chriſto in ꝑ mitiua eccleſia vocabantur nazarei. act. xxiiij. capitu. Auctorem ſeditionis ſecte na zareorum qui etiam templum conatus eſt violare.

Sextum miſterium de puelle integrita te ad virginem. ⁊ queritur vtrum angelus accedens ad virginem debuerit genua fle ctere. Et videtur ꝙ non. quia nobilior nõ debet minori. ymo potius econuerſo. Et quia angelus eſt nobilior femina. ergo ⁊c. sextum miſte^m

Sed dicitur ꝙ ſic nouerat ex impoſitio ne diuina ipſam futuram matrem domi ni. Et pꝛopter dominum ſuum ipſaꝫ tene batur reuereri. Bernardus Audeo dicere ſine humilitate d̾o nec marie virginitas pla cuiſſet melius eſt enim virginem non eſſe

quam. de virginitate habita ſuperbire.
Decuit enim vt illa que angelo nunciāte
concipiebat mundi ſaluatorem foret inte-
gerrima virgo ⁊ cōgruum fuit quadrupli-
ci ratione

Prima ad primariā hominis originē
imitandam inſtatu innocencie Ut ſicut p̄-
mus adam fuit formatus de terra in macu
lata ⁊ virgine. ita ſecundus adam. i. xp̄s p̄
ma cor. xv. primus homo de terra terrenꝰ.
ſecundus homo de celo celeſtis

Secunda ad labem peccati tegendam.
licet. n. congrua fuit filij dei in carnatio ad
ſuſcipiendum noſtras paſſiones penales
Nullatenus congruum fuit ut ſuſciperet
noſtras culpas carnales. Et qꝛ actus car-
nis non fit ſine peccato ideo ibi fuit neceſ-
ſaria indulgentia in actu matrimoniali ꝙ
ſi contractatur ſine peccato non tamen ſi-
ne turpitudine patet de legali immundicia
Et ideo fuit conueniens vt dei filius con-
ciperetur de v̄gine abſqꝫ carnis cōtagiōe.

Tertia ad nouitatem miraculoſam per
ficiendam. Quia decuit ut perſona ſuper-
naturalis ſupernaturaliter conciperetur
et modo miraculoſo. Ut a nouitate mira-
culi legis nouitas inciperet. Et ideo bea-
tus diony. loquens de iſto miſterio in liꝰ
de di. no. d. Quod ipſum eſt omnibus no-
uis magis nouum Quarta ad v̄tutem
pudicicie multiplicandā. Quia ſi dei filiꝰ
non fuiſſet de uirgine generatus affectus
ad puritatem et uirginitatem cuſtodiēdā
nō fuiſſet in fidelibus ita multiplicatus nec
ita nobis conſtaret quantum ſit deo gratis
v̄tus caſtitatis: Et execrabilis turpitudo i
mundicie. propter cuius deteſtationem fili
us dei deuiauit a cōmuni uia nature No
tādum autem ꝙ virginitas

Primo aſſimilatur colori albo et luci-
do de cuius laude dicit ciprianus. virgi-
nes in hoc mundo ſunt flores eccleſiaſtici.
germina eccleſiaſtice fertilitatiſ. decus eccle
ſiaſtice ſanctitatiſ ⁊ ſpetioſitatiſ. ⁊ illuſtrioꝛ
portio gregis xp̄i.

Secundo potius exauditur virgo q̄ꝫ po
luta patet de beata lucia ⁊ matre.

Tertio deus reuelat ſua ſecreta potiꝰ
virgini q̄ꝫ deſponſato patet de Joanne ⁊
petro. Quarto i patria ſequuntur agnum.
patet Apoc. xiiij. capi.

Quinto cantāt canticum quam nullꝰ
alius. poteſt cantare. patet ibidem. 14. C
Eſt etiam notandum ꝙ virginitas poteſt
accipi quatuoꝛ modis.

Primo pro integritate corporis tan-
tum ⁊ iſtomodo eſt bonum corporis ⁊ nō
anime. Et in uenitur in brutis ſicut in ra-
tionabilibus Et ideo non pertinet ad vir
tutem ſm augᵐ de ciui. dei. Scdō pro in
tegritate mētis quantum ad propoſitū per
petue virginitatis ⁊ ſic eſt virtus anime
que ad mitti non poteſt violenter quātum
cunqꝫ corpus violetur. Sicut determinat
auguſtinus ubi ſupra

Tertio pro in corruptione mentis quan
tum ad pctīꝫ mortale. Et iſto mō illa ani
ma dicitur virgo que nunquam peccauit
mortaliter. ſicut caro virginea que nūquā
fuit corrupta corporalit̄ ſicut Joānis ba-
ptiſte ⁊ euangeliſte. ⁊ multorum aliorum
ſanctoꝝ ſeruatoꝝ i gratia batiſmali Inter
quos claruit btūs lodouicꝰ archiepiſcopꝰ.

Quarto pro i corruptione mentis quā
tum ad peccatum veniale. Et iſte modus
eſt in ſpiritibus angelicis ⁊. non in alijs
ſanctis. . pᶜ. io. pᵒ. cᵒ. Si dixerimus ꝙ pec-
catum non habemus ipſos nos ſeducimꝰ
et veritas in nobis non eſt. Et hec quadru
plex virgitas fuit in beata v̄gine poſt filiū
ſuum Auguſtinus liᵒ. de natura ⁊ gratia.
Cum de peccatis agitur nullam prorſus ſi
eri uolo mentionem. Et iſtud. d. eſſe priui
legium eius inter omnes ſanctos. et eſt ſu
premus virginitatis gradus. Et dicunt ali
qui ꝙ ſicut virginitas anime eſt optabili-
or corporis virginitate quemadmodum v̄
ginitas humana prefertur virginitati bru
torum ex nobilitate ſubiecti. quod multo
magis ſit in ea requiſita virginitas ſpiri-
tualis quam corporalis. ⁊ iſtud dictum eſt
ſatis conſonum ad oſtendendum ꝙ ipſa
non habuit plagam originalis peccati vel
culpe. Sed queritur qualis etatis erat
beata virgo quando fuit a nunciata. Et
dicitur ꝙ de hoc non habetur explicitum



per ſcripturam. tamen ſecundum relicta a
prioribus ſunt due vie.

Prima dicentium quod erat annoꝝ
xiiij. Quia tunc natura mulieris comple-
ta ē ad portandū perfectum partum. vt p
les non ſit defectuoſa et etate nimis feſti-
nata. Corpus autem dominicum debuit
eſſe completiſſimum.

Secunda via eſt dicentium ꝙ fuit an-
norum duodecim. quia tunc mulier inci-
pit habere aptitudinem ad generandum.
Et chriſtus dominus accelerabat antiore
talamum ſibi acceptiſſimū ſiē. vt poſt nati
uitatem accelerabat. ad paſſionem. Luc.
duodecimo capitu. d. Baptiſmo autē ha
beo baptizari ⁊ quomodo creatoꝛ viſque
dum perficiatur ⁊ iſta via videtur eſſe ma-
gis pia.

Primo quia corpus quanto magis iu
uenile tanto magis habet puram carnem
vt gignatur proles.

Secundo quia ipſa optata copula fuit
ex deſiderio accelarata. ſapientie. xviij. ca.
Omnipotens venit in mediam exterminij
terram proſiliuit.

Septimum miſterium de iſtius virgi-
ſeptiᵐ nis ſocietate. ibi. deſponſatam viro. Et ſi
miſteᵐ queratur que fuit neceſſitas vt deſponſare
tur virgo ſemper māſura. Aſſignātur. vii.
rationes. Prima aduitandum matris
ipſius in familiā. Primo ſecundum Am
broſium ſuper Luc. qui ſciebat ipſe domi
nus teneram eſſe virginis verecundiam.
Et lubricam famam pudoris. i. velociter
diſcurentem. Secundo. d. ipſe ꝙ malu-
it dominus de ſuo ortu q̄ de matris du-
bitare pudore. Nec putauit ortus ſui fidem
matris iniurijs aſtruendam. ⁊ iſta fuit in
menſa domini reuerentia ad ſuam matrē
vt preeligeret homines opinari ipſuꝫ na
tum ex corruptione q̄ꝫ matrem diffamari
de pudoris oſtenſione. Tertio idem di
cit. quod videretur culpaꝫ obumbrare vo
luiſſe mendatio in nupta pregnans.

Quarto ideꝫ dicit. Seruatur ſancte ma
rie ſicut pudore integritas ita inviolabilis
opinione ſecunditas. Secūda ratio ad
ſimulatā excuſationē excludendam quam
habuiſſent in poſteruꝫ virgines in fames.
Et eſt ambr. dicentis. Nec decuit virgini-
bus ſiniſtra opinione viuentibus velamē
excuſationis relinqui ꝙ in famata quoque
mater domini haberetur. Tertia ad ex
ceptionem maliuolam euitandam vt inde
inimici ⁊ perſecutores velamen ſue mali-
tie non acciperent. vnde dicit. quid enīꝫ iu
deis quid herodi poſſit aſcribi ſi natum ex
adulterio viderentur perſequi. Cum par-
tum in nupte lege damnetur. Et eſt ambr.
vbi ſupra. Quarta ad decipiendum ho-
ſtis aſtutiam. ⁊ eſt origenis. d. que fuit ne-
ceſſitas vt deſponſaret̄ niſi quatenus hoc
ſacramentum diabolo celaretur. ⁊ ille ma-
lignus aduerſus virginem deſponſatam
fraudis ſue commenta nulla prorſus in ueni
ret. quam rationem ſequens Ambroſius.
vbi ſupra dicit. Non mediocris ratio fuit
fallēdi principē mundi qui cū cerneret de-
ſponſatam partum non potuit habere ſu-
ſpectum. Sꝫ quirit̄ pᵒ quō iſta rō potu
it eē valida. Cū angelus ex puris naturali
bus poſſit faciliter de ventre in notitiā om
nium ſenſibilium. Et in demonibus ſplen
dida naturalia remāſerunt ſꝫ dionyᵐ. quō
ergo v̄ginitas matris q̄ fuit corporalis in
tegritas latere principem mūdi potuit. Et
dicitur ꝙ licet noſſe potuiſſet ſi fuiſſet per
miſſus. ſed fuit impeditus. aut immediate a
deo. aut ab angelis eius cuſtodiētibus eā.
ne ad ipſam ſic familiaritr appropinqua
re valeret. Secundo queritur. eodem mo
do potuiſſet impediri ſi non eſſet deſpon-
ſata. ſ. per diuinam potentiam. Et neſciret
diabolus. vnde hoc eſſet. Et dicitur ꝙ per
notitiam argumentatiuam nouerat dya-
bolus virginis ſanctitatem. ⁊ ſi cōcepiſſet
ſine ſponſo ſtatim ſuſpectum habuiſſet par
tum de celo eſſe. Talem autem deductio-
nem facere poterat ſine appropinquatione a
qua impediebatur per āgelos vt eſt dictū.
Et notandum ꝙ caſtitas eſt quadruplex.

Prima matrimonialis. cū quis matri
monialiter alteri coniungit̄ dimiſſa carna
li copula. ⁊ ſeqtur xp̄m per ingreſſum reli-
gionis ſicut fecerunt quidam apoſtoli qui
relinquentes omnia ſequebantur chriſtuꝫ.

Secunda vidualis mortuo altero coniugum perſeuerat in caſtitate.

Tertia eſt voti ſanctimonialis. ⁊ hec cum quis vouit caſtitatem ⁊ ſeruat.

Quarta eſt vteri. Et dicitur virginalis que omnes intuenti probatur fuiſſe in beata virgine.

Quinta ratio ad virginis pudiciciam comprobandam teſtimonio ſponſi cum illa familiariter ⁊ inſeparabiliter conuerſantis Ambroſius vbi ſupra. Quin etiam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur qui poſſet dolore iniuria vindicare obobrium ſi non agnoſceret ſacramentuz.

Sexta ad ſedulitatem virginis perficiendam. quia mulieres non poſſunt ſine ſocietate virorum ſecure ⁊ honeſte incedere per Regiones. Et fugere tribulationes. Eſt enim ſecuriſſima ſocietas viri. Ideo dicit Ambroſius vbi ſupra. Ideo deſponſata eſt vt curam videretur gerere Joſeph ſiue in egyptum iens ſiue inde denuo rediēs.

Septima ad ipſius matris virginitatem conſecrandam. Tunc enim virtus cōſecratur quando cum ſacramento adiungitur. Cum conſecratio non ſit niſi adiunctio cum ſacramento. Et quia ſacramentum matrimonij eſt verum ſacramentum ſignificans coniunctionem chriſti cum eccleſia ſecundum apoſtolum. Ideo virginitas que erat virtus matris tunc fuit conſecrata quando fuit cum hoc ſacramento cōiuncta. Hanc rationem non tangit Ambroſius. Sed primo queritur vtrum inter virginem ⁊ Joſeph fuit verum matrimonium. Et dicitur ꝙ ſic per doctores. ⁊ patet quarto ſententiarum. Quia verum matrimonium contrahitur in mutuo conſenſu coniugū. qui dicitur fuiſſe inter eos. Et ideo coniuges ſunt ab angelo appellati Math. primo cap. Joſeph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuā.

Secundo queritur quomodo potuit inter iſtos coniuges talis conſenſus eſſe cum propoſito ꝟginitatis perpetue. Et dicitur ꝙ fuit conſenſus in vnionem ſacramentalem ⁊ non in copulam carnalem. Stante imobiliter vtraqꝫ parte ꝓpoſito virginali.

Tertio queritur talis conſenſus videt eſſe ſolum ad cohabitationem honeſtam ſicut eſt fratris ⁊ ſororis habitatio. Et ſic nō apparet verum matrimonium. Et dicitur ꝙ conſenſus ad ſolam habitationem non faceret verum matrimonium ſed conſenſus in mutuam poteſtatem corporum.

Quarto queritur. Ad quid ſit talis conſenſus poteſtatis mutue corporum cum actus iſtius poteſtatis totaliter abnegetur. Et dicitur ꝙ non niſi ad verum ſacramentum perficiendum ex tali conſenſu ſine contagione. nec eſt occioſum poſſe in nobis. Sic deus multa poſſet ⁊ poteſt q̄ nō vult.

Octauum miſterium de iſtius ſpōſi vocalitate. ibi cui nomen erat Joſeph. Iſtud nomen ſecundum Jero. habet quadruplicem interpretationem. octauū miſte[m]

Primo enim interpretat dominus ſiue ex habundantia eniz ſue iuſticie ita fuit domino apropriatus vt pater eius diceretur. Luc. i°. capitulo. Ecce pater tuus. ⁊ ego. Secundo interpretatur dominus iuſtificatus. Sicut enim mater ſanctificata eſt vt dominum pareret ſic ⁊ iſte vt dominum nutrimentum pareret vt pater Luc. 3. capi. Jeſus erat incipiens quaſi annorum. 30. Et putabatur filius Joſeph.

Tertio interpretatur augumentum in ceteris deſponſationibus virginum de cōmuni lege fit diminutio integritatis in ꝓpoſito copule carnalis. Et in iſta fuit augumentum. quia virginitatis propoſitum virgo confirmauit puritatis affectum occurrente obiecto ⁊ materia caſtitatis.

Quarto interpretatur appoſitio. In ceteris deſponſationibus communiter a ſpōſo auffertur integritatis propoſituz. in iſtis a ſponſo non fuit moleſtatum propoſituz: ymo confirmatum puritatis veſtigium. Math. p°. ca. Joſeph accepit coniugez ſuam. ⁊ non cognoſcebat eam. Et notandū ꝙ in iſta ſacratiſſima copula fuerunt quatuor actus ad eius integritatis perfectam cuſtodiam. Primus fuit votum virginis in tēplo d̄ virginitate ſeruāda. Antequā Joſeph inde tulerit eā. Et in iiij°. ſniarūz declarat ꝙ gratius ē deo cū talis puritas



ſeruare cum voto q̄ ſine voto.

Secūdus ꝙ Joſeph virginitatem perpetuam domino cuſtodire ꝓpoſuit. Et ideo dicit euangeliſta math. p°. c°. Joſeph autē vir eius cum eſſet iuſtus ⁊ nollet eam traducere. i. carnaliter cognoſcere ſecundum auguſtinuz. Qui traducere vocat generare Et ꝟginitatem Joſeph perpetuam aſſerit auguſtinus in. i°. de ſancta virginitate vt eſſet dignus ſponſus .b. ꝟg.

Tertius ꝙ iſte propoſitum ꝟginitatis in reuocabiliter fuit firmatum diuina volūtate. Et reuelatū ꝟgini. Alias nō prebuiſſet conſenſuz dando poteſtatem corporis ſui alteri. ſ. Joſeph. niſi cognouiſſet ipſum in propoſito virginitatis firmiſſimum.

Quartus ꝙ votum virginis fuit reuelatum ipſi Joſeph diuinitus. ⁊ ideo virginem deſponſauit. quia non intendebat cōtrahere cum muliere que ſuum propoſitū poſſet infringere. ⁊ iſtis viſis vtroq̄ iſtorum ſanctorum coniugum prebuerunt in ſe inuicem conſenſum. Nimiruz ſine vllo preiudicio eorum integerrime puritatis. A deo precordinate vt eſſet grata ſocietas ⁊ floridos aſpectus ſecundum Hieronymū

Nonum miſterium de vtriuſqꝫ coniugis nobilitate. ibi. de domo dauid. Iſtud probatur quadruplici veritate. nonuz miſte[m]

Quarum prima ꝙ Joſeph fuit de domo dauid. i. de ſtirpe regali per rectam lineam ⁊ e ſemine dauid. ⁊ ideo ſacer euangeliſta deducit lineam rectam regum a dauid vſqꝫ ad Joſeph virum marie Math. p°. c. Liber generationis ieſu xp̄i filii dd̄ ⁊c.

Secunda ꝙ mater domini fuit de eadem ſtirpe regia ſm carnem de recta linea procreata. Nā ex lege quilibet cogebat accipere coniugem. de ſua ſtirpe. Ob quā cāz debuit Joſeph. b. virginem habere. Iſtud tangit Hierony. ſup Math. Tertia ꝙ xp̄s fuit de regia ſtirpe dauid ꝓductus totaliter ſic ille q eſt d̄ ſtirpe regia ex vtroqꝫ parēte ne nobilitas claudicaret in eo. q2 tñ tū ſuſcepit de ſubſtātia a ſola mr̄e. ꝙ[m] alij ab vtroqꝫ parentū. Ro. p°. ca. Qui factus eſt ex ſemine dauid ſꝫ carnē. Quarta q2 ꝑauus nobilitat ꝓgenies a pſonis q̄ a pſona. Prius. n. fuit nobilis ꝓgenies dauid ex eo ꝙ eius pſona ad reg[m] fuit aſſumpta Scdo pſona ꝟbi deo promittente. ps. 131. Metro. xi. Jurauit dn̄s dauid ꝟitatē ⁊ nō fruſtrabit eū de fructu vētris tui ponā ſuꝑ ſedē tuā. ſ. xp̄m ꝑꝑ quē fuit ineffabiliter exaltata. quāuis multū añ eſſet nobilis ī celebri antiqtate pr̄iarcharꝫ ⁊ multorū ſcōꝝ. Et notandū ꝙ nobilitas iſtius generis q̄druplici via demonſtrat. Prima. q2 regia dignitas a deo fuit collata ipſi dauid. ps. lxxvij. Metro. lxxvi. Elegit dauid ſeruuz ſuū ⁊ ſuſtulit eū de gregibus ouiū de poſt fetantes accepit eū. Itē ps. lxxxvii. Metro. 20. In veni dauid ſeruū meū oleo ſcō meo vnxi eū. Scda. q2 dignitas regia fuit ei iurata a deo. ps. 131. Metro. xi°. Jurauit dn̄s dauid ꝟitatē ⁊c. paulo ſupra.

Tertia. q2 dignitas regia fuit ei ꝑpetuata. ps. lxxxvij. Metro. xxxvi. Tronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo ⁊ ſic luna pfecta ī eternū ⁊ teſtis ī celo fidelis. Quarta. q2 hoc regimē ⁊ dignitas regia a ſemie dauid nūq̄ auferet. nec minuetur. Dan. 2. c. Suſcitabit deus celi regnum qd̄ in eternū nō diſſipabit ⁊ regnū eius populo alteri nō tradetur. q2 rex ſuper reges regnabit. apoc. xix. ca. Rex regum ⁊ dominus dominātiū eſt. Et notandum ꝙ ex aſſumptione humane nature xp̄i ad copulationem verbi per modum matrimonij ſecundum dicta ſanctorum. Natura humana ⁊ angelica fuit nobilitata pre maxime. Sicut ſi domicella infimi generis copularetur filio regis. eius generatio eſſet nobiliſſima. Nūc aūt caro xp̄i eſt ſoror noſtre carnis. q2 ab eodem ꝓthoplauſtro. Similiter iſta alma anima ē ſoror angelorum. q2 ab eodem patre creata. ⁊ ad ymaginem dei ſimul facta. Et ideo quando anima fuit aſſumpta a verbo natura angelica fuit nobilitata. ſicut in aſſumptione carnis noſtra natura. Sed queritur primo quomodo generatio iſtius virginis pertinet directe ad regiam lineam cum numeratio euangeliſte ad ipſam non extēdatur vt dictum eſt ſupra. Et dicitur ꝙ credatur ipſa fuiſſe cognata germana ipſius Joſeph. q2 iſte gradus fuit licitus p° ſꝫ legez

que intendebat propinquorum coniunctionem. ⁊ tunc anathan a quo dirigitur linea regia vſq₃ ad xp̄m Math. p°. ca°. Duos filios creditur habuiſſe. ſ. Jacob ex quo natus eſt Joſeph. Et Joachim ex quo nata ē beata virgo vt dicunt ſanctarum yſtorie ſed pretermiſit euangeliſta deducere mariā per Jochim. q² ſecundum Hieronymum non eſt mos ſcripturarum generationes texere mulierum. Secundo quare. deducitur per euangeliſtam ꝙ Joſeph fuit de betleem. luc. 2. ca. Aſcendit autem Joſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur betleez eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia dauid. Et ſic non videtur ꝙ eſſent de domo ita propinqua.

Et dicitur Jacob fuiſſe primogenitus mathā. ⁊ Joachim ſecundo genitus. qui Joachim creditur accepiſſe vxorem de nazareth. ſ. annam. Ratione cuius habuit incolatū in nazareth. ⁊ ideo ibi fuit nata. b. virgo ratione matris exiſtens exparte patris de betleem ſecundum premiſſa.

Tertia ſi iſta virgo beatiſſima fuit d̄ ſtirpe regia. vt patet quomodo ſācta eliſabeth mater. b. Jo. bap. fuit eius cognota. ſ. conſanguinea. q² dicitur. Luc. p°. ca. Ecce heliſabeth cognata. Cum ipſa fuerit de filiabus aaron ⁊ non de tribu iuda. Et dicitur ꝙ ſancta anna mater domine fuit d̄ tribu leui ⁊ ſic de filiabus aaron ſicut heliſabeth vt eſſet ſoror patris aut matris. ⁊ tunc mater domini fuit de ſtirpe regia ex patre. Et de ſacerdotali ex matre. Dicit zacharias ꝓpheta econuerſo fuit de ſtirpe ſacerdotali ex patre ioiade. ⁊ de regia ex matre ioſabeth filia regis iuda. vt patet in. 4. Regum nā tribus regia ⁊ ſacerdotalis interdum miſcebantur. Quarto queritur. d. apoſtolus. hebr. vij. ca. Manifeſtum eſt ꝙ ex iuda ortus ſit dominus noſter in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus ē.

Et in iſto capitulo oſtendit apoſtolus ꝙ ſacerdotium legis ad xp̄m non pertinebat ex genere. Ex quo patet ꝙ non fuit ex aliqua parte de tribu ſacerdotali. Et dicitur ꝙ illi qui erant de tribu ſacerdotali ſolum a matre nihil iuris habebant in ſacerdotio ſicut nec zacharias propheta ex parte in regno. Et ideo ad chriſtum illud ſacerdotium ex genere non pertinebat. ⁊ ſi dicatur ꝙ ſolum ex matre chriſtus fuit de ſtirpe regia ⁊ ſic ratiōe predicta nihil iuris habebat in regno. Dicitur ꝙ mater domini tenuit conſubſtantialitatem vtriuſque parentis. vt ſupra tactum eſt. Et ſic deuenit per dignitatem regiam ad chriſtum. quantum potuit pater ⁊ mater in ceteris. Non ſic autem ſancta anna ad virginem. quia preualuit ſubſtantialitas patris ipſam trahens ad tribum regiam.

Decimum miſterium. de iſtius ſponſe vocalitate. ibi. ⁊ nomen virginis marie. Maria eſt magiſtra virginitatis. area charitatis. regula humilitatis. Janua ſuperne felicitatis. archa totius trinitatis. Maria eſt manſuetudo afflictis. altitudo directis. Rectitudo deuijs. introductio excluſis. a pertio cunctis. Maria eſt mamilla conſolationis. arma protectionis. Regula directionis. incendium dilectionis. aula cōtemplationis. Jſtud nomen conuenit matri domini propter ſeptem eius interpretationes. Jnterpretatur enim primo illuminata. Et conuenit ei propter ſanctificationem īmaterno vtero. in inſtanti ſit illuminatio. Si enim beatus Joan. bapti. exiſtens in vtero materno cognouit preſentiam ſaluatoris exiſtentem in alio vtero ex lumine ſibi in fuſo per locum a minori credē dum eſt genetricem dei futuram in vtero mr̄is illuminatiōes propheticas habuiſſe. Jdeo putant nonnulli ꝙ in inſtanti ſue ſanctificationis fuerunt ei reuelata miſteria incarnationis filij dei ⁊ paſſionis. Tamen iſtud dictum videtur ſuper habundare. quia tunc fruſtra fuiſſet in hac anunciatione per angelum ſic illuſtrata. dcimū miſte^m

Secundo interpretatur illuminatrix. ⁊ conuenit ei per actum ſue eruditionis. vnde docuit apoſtolos ⁊ euangeliſtas. ⁊ potiſſime. Jo. euangeliſtam de incarnationis miſterijs. Et bea. Luc. de ſacris yſtorijs. vt patet in exordio euangelij ſui.

Tertio interpretatur ſmirina maris ſecundum papiam. ſ. canticum eorum qui ſunt in mari. ⁊ conuenit propter leticiam in anunciatione. quia per medulationem dulciſſimi cantus. d. angelus. Aue gratia plena dominus tecum. qd̄ canticum predictum eſt per quatuor genera perſonarū ante tempus.

Primo a patriarchis. gn̄. xl viiij. capi. Non auferetur ſceptrum de iuda. ⁊c.

Secundo a prophetis. yſa. vij. capitu. Ecce virgo concipiet ⁊c. ⁊ capitulo nono Egredietur virga de radice ieſſe ⁊c.

Tertio a ſibillis patet de tiburtina que octauiano imperatori. d. Hec eſt ara celi ⁊ ideo ipſum adora.

Quarto a poetis dicente marone. Jam redit ⁊ virgo redeunt ſaturnia regna

Quarto interpretatur ſtella maris Nā ſicut ſtella maris que vulgo tramōtana dicitur nauigantes dirigit influctibus marinis. Jta mater domini fideles cuſtodit in pellago fluctuante huius mundi. Jdeo dicit quidam. O maria virgo pia ſtella maris nominaris. ⁊ eccleſia dicit. Aue maris ſtella dei mater alma. ⁊c.

Quinto interpretatur illuminans. ⁊ cōuenit propter ſtatum ſue exaltationis. ideo dicit eccleſia exaltata eſt ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad celeſtia regna ſecundum Hieronymum. ⁊ ſecundū beatum diony. Superiores angeli illumināt inferiores. ⁊ ſic cum ipſa ſit ſuper oēs honoratiſſima ſic latiſſime īferiores letificat.

Sexto interpretatur mater amoris ⁊ conuenit propter actum ſue conceptionis in qua continuit in ſe illum amatorem. Qui propter nimiam charitatem ſuam ad hoīes voluit incarnari. Apoſtolus. Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos deus miſit filium ſuum ⁊c.

Septimo interpretatur domina. ⁊ conuenit. q² genuit dominum. ⁊ ideo fuit eius mater cum relatio maternitatis conſequatur actum vere generationis in muliere. ⁊ ſicut fuit mater regis omnium: Jta eſt domina omnium ſubditorum illius regni. ⁊ ꝯfirmatur iſta deductio quia magni reges ſui regni conſortium appropriant vxoribus ſicut claret. heſter. xvj. ca. Vbi magnus rex artharerſes conſortem regni ſui appellabat reginā heſter. Ex quo ꝯſortio omnes q ſūt de tali regno habent reginam pro domini ſicut regem pro domino. applica. Jdeo dicit eccleſia. O glorioſa domina excelſa ſupra ſidera ⁊c. ⁊ alibi. aut regina celorū aut domina angelorum ⁊c. Et notandum ꝙ in ſacra ſcriptura. vii. mulieres reperiuntur que vocate ſunt marie.

Prima maria fuit ſoror Moyſi. Que ſupernaturali illuſtratiōe ꝓphetauit exo. xv. ca. Cantemus dn̄o glorioſe ⁊c. Cuius illuſtrationis claritas habūdātiori plenitudie. pꝫ in matre domini. d. magnificat anima mea dominum.

Scd̄a maria ſoror lazari. q̄ ardētiſſime xp̄m dilexit. luc. vij. ca. Dimittunt ei pctā multa qm̄ dilexit multū. Cuius dilectōis feruor ſpiritualiter nō carnaliter. pꝫ in matre dn̄i cant. 2. c. Ordinauit ī me charitatē.

Tertia maria mater Jacobi. que opera miſericordie ſollicitauit mar. xvi. capi°. Maria Jacobi ⁊ ſalomone emerunt aromata vt venientes vngerent ieſum ⁊ valde mane. Cuius ſollicitudinis preſentiarū fuit mater domini. luc. 2. ca. Fili quid feciſti nobis ſic. ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te

Quarta maria vxor zebedei que ſecūdū Joannem os aurei in ſermone vocat vere pacifica. q² filium pacis genuit. Cuius pacis ſummū gradū tenuit mater domini dn̄ filium nobis protulit qui pacem inter deum ⁊ hominem promeruit.

Quinta maria mater Jo. p°. Marchi. Que fuit in oratione aſſidua. act. 12°. ca. pꝫ Cuius orationis nō minoris efficatie fuit mater domini. luc. 2. ca. Maria autem cōſeruabat oīa v̄ba hec cōferēs in corde ſuo.

Sexta maria deuota pauli. Que multum pro fidelibus laborauit. Romanos vltimo capitulo. Salutate mariam que multum laborauit in nobis. Cuius laboris ⁊ profectus non minus perfecit mater domini. Et ideo propter opus dicere pot. ſ in cant. Manus mee diſtalauerunt mirrā.

Septima fuit ipſa mr̄ dn̄i q̄ fuit pfectiſſima ī v̄tute hūilitatis. luc. p°. Ecce ācilla

domini. Et quia vltra omnes alias crea-
turas ſe humiliauit vltra omnes. ymmo ſu-
per omnes alias creaturas deus ipſam bea
tificauit. Luc. vbi ſupra. Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.
Et quia inter ceteras interpretationes qua
druplici ſolēnizatur ab eccleſia. vnde can-
tat omni die. d. aue maris ſtella. Jccirco ad
eius cōuenientiam notandum videamus
proprietatem iſtius ſtelle. & ſunt io. p°. quia
habet ſublimitatē in ſuo exceſſu. Eſt enim
altiſſima omnium ſtellarum que ſunt ī no
ſtro emiſperio, ꝙ patet ex duobus,

Primo. q2 quanto ſol ad iſtam ſtellā
in zodiacho plus appropinquat tāto plus
dicitur aſcendere. Et idem dicitur de luna
& ceteris planetis. Secundo. quia in re
ceſſu ſolis ab hac ſtella. quanto plus diſtat
ab eo tanto magis dicitur deſcēdere donec
perueniat a ſolſtitio eſtiuali vſq3 ad ſolſti-
cium yemale hanc proprietatem attribuit
beatus Hieronymus matri domini in ce
leſti patria. quia ſicut hec ſtella in firmamē
to ſuper omnes eſt elleuata. Ita mater xp̄i
in celo ſuper omnes ſanctos eſt exaltata. &
ad dexteram filij collocata. p̄s. xliiij. Me-
tro. xj. Aſtitit regina a dextris tuis inueſti-
tu de aurato circūdata varitate. Jtē eccl.
24. ca. Ego in altiſſimis habito & tronus
meus in colūna nubis. Tota enī celeſtis
Jerarchia eſt diſpoſita ad modum colūne
Cuius baſis eſt yerarchia infima. Aſtile
yerarchia media. & capitellum Jerarchia
ſuppema ſecundum beatum dionyſium.
Jn cuius ſummitate collocata eſt. beata vir
go. Ad cuius altitudinem ſi non corpore
tamen mente contemplando aſcendere de
bemus. vt cum apoſtolo. d. philippē. No
ſtra autem conuerſatio in celis eſt.

Secunda. q2 habet medietatem in ſuo ſi
tu. q2 eſt in medio noſtri emiſperij. Sicut
centrum in medio circuli. Cum enim ori-
zon ſit circulus diuidens duo emiſperia
omnes linee ducte ab iſta ſtella vſq3 ad ori
zontem eorum quibus eſt ſpera recta ſunt
equales. Sicut eſt de centro reſpectu circu-
li in cuius medio eſt. Hanc proprietatem
habet mater domini. quia ſicut hec ſtella ē
in medio noſtri emiſperij. Jta xp̄s creditur
eſſe in medio celi empirei. vt ibi a ſanctis
melius poſſit intueri. gn̄. 2. ca. Lignum vi
te in medio paradiſi. Et quia mater domi
ni eſt iuxta filium collocata vt pote ad dex
teram eius tertii regum. 2. capitu. Poſitus
que eſt tronus matri regis que ſedit ad dex
teram eius. verum vbi eſt, mater gratie. ibi
eſt fons miſericordie. vnde omnes aurire
poſſumus. p̄s. xlvj. Metro. viij. Suſcepi
mus miſericordiam tuam in medio templi
tui. Ad quam deuote ſupplicantes om-
nes, recurrere debemus vt ipſa. d. filio. 4.
regum. iiij. capi. Jn medio populi mei ha
bito ſ. per deuotionem. Tertia. q2 hʒ i
mobilitatem in ſuo ſtatu. Omnes. n. ſtelle
de noſtro emiſperio circulariter mouentur
d loco ad locū in peregre ipſa pmanente ī
eodē loco fixa. Et ideo dicitur cardo. Qꝛ is
enim motus circularis fit circa aliquod
mobile. Et illud dicitur cardo Job. 22. ca.
Cur cardines celi per ambulant.

Quarta. q2 habet nobilitatē in ſuo cir
cuitu. quia licet non tranſeat de loco ad lo
cum currendo ſicut alie tamen voluit ifra
ambitum ſuū cū ſit fixa in firmamēto quā
do voluitur firmamentū voluitur ipſa. Si
cut ad reuolutionem rote voluit clauus fi
ſus in centro rote. Jſtam proprietatem ha-
bet mater domini in patria licet. n. in felici
tate ſua vt dictum eſt ſit immobiliter col-
locata. Tamen ex magnitudine ſue clemē-
tie ſe benigne conuertit. ad quamcūq3 par
tem fuerit in vocata. prouer. vltimo. capi.
Manum ſuam apperuit in opi & palmas
ſuas extendit ap pauperem. hanc proprie-
tatem debet ymitari quelibet aīa deuota.
beate vir. vt vocata per indigentes miſeri
corditer ſe conuertat Math. v. Beati mi-
ſericordes quoniam miſericordiam conſe-
quentur. Quinto. q2 habet ſempiterni-
tatem in ſuo aſpectu. Sunt enī alique ſtel
le ſempiterne apparitionis, & alique ſempi
terne occultationis ſecundum aſtrologos
propter proximitatem ad polos mundi. ſ.
articum & antarticū. Sed iſta ſtella d qua
fit ſermo non tantum ꝙ videatur omni no
cte ſed etiā omni hora noctis. Et ſimiliter



videntur ille que parum diſtant ab ea.
Jſtam proprietatem habet beata virgo
Eſto ꝙ ceteri ſancti appareant per effectū
ſui auxilij quandoq3 in vocātibus ſe. Sē
per beata virgo quādocūq3 inuocat adeſt
ſecundum Bernar. Jdeo dicit. Sileat a lau
dibus eius deſiſtat qui ipſam in vocatam
ſenſerit in ſuis eam neceſſitatibus defuiſſe.
Et q2 ſancti veteris teſtamenti tali patro-
cinio caruerunt. d. ſapiens. eccl. xxxvj. ca°.
Ubi non eſt mulier ingemiſſit eger. Ra-
tio autem ſue miſerationis erga nos eſt du
plex. Prima. quia care nos emit. ſ. ſan-
guine filij ſui quem plus diligebat quā ſe
ipſam. Secunda. quia ſuā felicitatē pp
nos habuit cum propter peccatores dei fi-
lius de ipſa naſci voluerit. Sexta. quia
habet minimitatē in ſuo aſpectu. licet enī
in ſe ſit multū magna. Tamē quo ad nos
eſt quaſi minima ſtella reſpectu notabiliū
ſtellarum quia vix videtur propter par-
uitatem. Jſtam proprietatem habet mater
domini que ſecundum quantitatem virtu
tis licet fuerit pre maxima poſt filiū ſuū.
Tamen propter humilitatē fuit minima.
Cuius humilitatis in ſcriptura noſtra ha
betur vnum teſtimonium & vnum ſignū.
Teſtimonium. quia ſpūs ſanctus per os
ipſius reddit rationem. q2 digna fuit eē ma
ter domini. Luc. p°. c. d. Quia reſpexit hu-
militatem ancille ſue ecce enī ex hoc bea.
me. d. om. g. Signum quia cum prebuiſſet
aſſenſum & mater domini iam facta poſſeſ
ſiue non more potentum terre. d. Ecce regi
na mundi. Ecce mater dei. ecce mater regis
eterni. Sed more humilium & manſueto-
rum. d. Ecce ancilla domini. Hanc pro-
prietatem imitari debent qui huic regine
placere deſiderant. Qui preuidens vidit.
d. filio eius Judith. ix. c. Superbi tibi nō
placuerunt a principio ſed humiliū & mā
ſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.

Septima. q2 habet inuiſibilitatē in ſuo
aſpectu. Dicitur enim ꝙ illa ſtella quam
tramontanam vocamus non eſt vere po-
lus. patet enim ad ſenſum ꝙ vere mouetur
quia modicum circulum facit. Sed maxi-
me eſt propinqua polo. vnde recipit nomē
propter inuiſibilitatem poli ipſius. Jſtam
proprietatem habuit mater domini per vir
tutem ſolitudinis que neceſſaria eſt contē-
planti. ita fuit aſpectibus hominum ſeque
ſtrata vt eſſet communiter inuiſa cuius oc
cultationis ſunt duo nobiliſſima ſigna.

Primum. quia quando fuit ab angelo
ſalutata non in publico ſed in abſcondito
fuit inuenta. vnde hic dicitur ingreſſus an
gelus ad eam. vbi Ambroſius. ſ. in pene-
tralibus. Secundum. quia quādo ha
buit ex officio ad publicū procedere vt po
te in uiſitatione heliſabeth cum feſtinatio-
ne tranſiuit. Sicut in diſplicentibus feſti-
nat quilibet quantum poteſt ideo dicitur
in preſenti. ca. habijt in montana cum feſti
natione. Jſtam proprietatem debent imi-
tari maxime religioſi quorum ſtatus eſt in
vita contemplatiua. ſapientie. viij. ca. Jn
trans in domum meam cum quieſcam cū
illa Math. vj. ca. Ne videaris hominibus
ieiunans. ſed Patri tuo qui eſt in abſcon-
dito & pater tuus qui vidit te in abſcondi-
to reddet tibi.

Octaua quia habet rectitudinem ī ſuo
aſpectu. Quia cum ſpera celi aliquibus ſit
recta aliquibus obliqua. Jllis ſolis eſt re
cta qui habent caput erectum ad iſtam ſtel
lam & omnibus alijs eſt obliqua. Et ideo
qui non habent recte caput ad iſtam ſtellā
celum eſt eis obliquum. ſicut dicunt aſtro
logi. Jſtam proprietatem habet bea. vir-
go nam qui caput habent erectum verſus
eam per veram fidem & puram deuotio-
nem. Jllis ſpera celi eſt recta. Quia re-
cto itinere gradiuntur ad celum. Et econ-
uerſo alijs. Danie. ix. capitulo. Aduerte-
runt ſenſum ſuum & declinauerunt ocu-
los ſuos vt non viderent celum neque re
cordarentur iudiciorum iuſtorum. p̄s. Sta
tuerunt declinare oculos ſuos in terram.
Ex iſta proprietate accipitur documentū
quod homines qui habent rectam inten-
tionem finaliter ſaluabuntur. Quia ver-
ſus paradiſum habent rectum aſpectum.
Quod figuratum eſt per feneſtram arche
noe. quam ipſe apperiens intromiſit colū
bam. geñ. octauo capitulo.

Nona habet ſcintillationem in ſuo cõ-
tuitu. Ideo planete dicuntur non ſcintil-
lare quia ſunt prope ſecundum phõs ꝛ ſtel
le firmamenti ſcintillant. quia ſunt longe.
ꝛ ideo tremit viſus ꝛ non poteſt eas ſtabi
liter attingere. Sed quaſi interumpatur a-
ctus videndi ſecundum perypatheticos.
Et quia iſta ſtella eſt altiſſima ꝛ ſumme di
ſtans a plana ſuperficie terre quem admo-
dum punctus medius centri ſperici plus
diſtat a ſole. Ideo magis videtur ex tali
diſtantia ſcintillare. Iſtam proprietatem
habet beata virgo. Quia miſteria que fũt
in ea perfecta a tota trinitate ſunt ita ſub-
limia. Ut pote incarnatio ꝛ generatio ver
bi quod viſus noſtre generationis non ad
ea attingere poteſt. Et ideo tremit ꝛ quaſi
interumpitur prouerbiorum. xv. capitulo.
Sicut qui mel comedit ꝛ non eſt ei bonuꝫ
ita curioſus ſcrutator maieſtatis opprime
tur a gloria.

Decima. quia habet ſetemplicitateꝫ in
ſuo ambitu. quia circa illam ſemper ver-
tuntur. vij. ſtelle notabiles que a vulgo di-
cuntur currus breuis ſecundum vero aſtro
logos vocantur vrſa minor. ꝛ propter iſtas
vij. ſtellas tota illa plaga que eſt huic ſtel-
le vicina. dicitur ſeptemtrionalis. vnde di
cit deus Jacob. geñ. xxviij. capitulo Dila
taberis ad orientem ꝛ occidentem ſeptem-
trionem ꝛ meridiem. Iſtam proprietatem
habuit mater domini in ſua dilatatiõe du
pliciter in hac vita.

Primo propter. vij. dona ſpiritus ſan
cti quibus beata virgo quaſi circulariter
fuit illuſtrata pluſquam alia creatura ſicut
predixit propheta. yſa. xi°. capitu. Egredie
tur virga de radice ieſſe ꝛ flos de radice
eius aſcendet ꝛ requieſcet ſuper eum ſpiri-
tus dñi ſpiritus ſapie ꝛ intellectus ſpiri-
tus conſilij ꝛ fortitudinis ſpiritus ſcientie
ꝛ pietatis ꝛ replebit eum ſpiritus timo-
ris domini. Iſta. vij. dona quaſi. vij. ſtelle
decorauerunt beatam virginem quando
dixit illi angelus. Spiritus ſanctus ſuper
ueniet in te ꝛ virtus al. ob. tri. Luc. p°. ca.

Secundo propter. vij. gaudia principa
lia que habuit. bea. vir. de ſuo filio.

¶ Primum in angeli annuntiatione
¶ Secundum in eius natiuitate.
¶ Tertium in regum adoratione.
¶ Quartum in chriſti reſurrectione.
¶ Quintum in eius aſcenſione.
¶ Sextum in ſpiritus ſancti miſſione.
¶ Septimum in propria aſſumptione.
¶ Iſte ſunt. vij. ſtelle de quibus. Apoca.
primo capitu. dicitur. Et habebat in dexte
ra ſua. vij. ſtellas moraliter .i. vij. gaudia a
tota trinitate determinata pro virgine glo
rioſa iam memorata. Item videndum eſt
que ſunt iſtius ſtelle virtutes. Et dicitur
ꝙ ſunt decem.

Prima quarum eſt. quia iſta ſtella ha
bet virtutem ꝛ dominium ſupra naturam
duriſſimam. quia duriſſimum omniuꝫ cor
porum dicitur eſſe lapis. Non enim poteſt
mollificari ſicut ferrum prius enim incine
ratur. ꝛ inter omnes lapides duriſſimus
eſt adamas ſiue calamita ezechielis. 3. ca°.
Domus iſrael attrita fronte ꝛ duro corde:
ꝛ ſequitur. ecce dedi frontem tuam durio-
rem frontibus eorum. ꝛ vt adamantem ꝛ
ſilicem dedi faciem tuam. Super iſtam du
riſſimam petram habet dominiuꝫ iſta ſtel
la que dicitur ſtella maris. quia dat ei vim
ferri attractiuam. Cuius ſignum eſt. quia
hic lapis ferrum attrahens ſemper conuer
tit ipſum verſus iſtam ſtellam. Iſta virtus
eſt in beata virgie. quia habet dominiũ ſu
pra corda duriſſima hominum obſtinato-
rum in malo. Qui frequenter flectuntur
dulcedine deuotionis ad ipſam. vt patet
in multis exemplis. Et ideo poteſt dicere
ezechielis. 13°. Auferam cor lapideum de
carne veſtra ꝛ dabo vobis cor carneum.
De quibus dicit deus ob reuerentiaꝫ ma
tris ſue. ezechielis. viij. capitulo. Si impi
us egerit penitentiam ab omnibus pec-
catis ſuis que operat⁹ eſt. ꝛ cuſtodierit vni
uerſa precepta mea ꝛ fecerit iudicium ꝛ iu-
ſtitiam vita viuet. ꝛ non morietur omniũ
iniquitatum eius non recordabor.

Secundo quia habet dominium ſupra
naturam grauiſſimam ferri. qđ eſt grauiſ-
ſimum. Eo quia ſibi dominatur terra ele-
mentum inclinans deorſuꝫ. qđ autem do-



minetur dictum eſt ſupra. Nam ferrum
non verteretur ſemper verſus ſtellam ni-
ſi ſtella aliquod dominium haberet in fer-
rum. ꝛ ſi dicatur ꝙ adamas ꝛ polus ſunt
cauſa. Reſpondetur ꝙ adamas eſt cau-
ſa particularis ꝛ polus eſt cauſa vniuerſa-
lis. Iſta virtus eſt in beata virgine con-
uertendo corda humana ad pietatem ab
impietatib⁹ ſuis. que corda ſunt grauia du
plici ratione.

Primo. quia inclinata deorſum .i. ma
lum geñ. vi. capitulo. Senſus ꝛ cogitatio
cordis humani ad malum prona ſunt ab
adoleſcentia ſua.

Secundo. quia ſunt difficilia ad motuꝫ
ſurſum dicente propheta. ps. iiij°. Metro.
3. Filii hominum vſqꝫ quo graui corde.
Sed dicit beata virgo cum ſuo filio Jo.
xij. capitulo: Ego ſi exaltatus fuero a terra
omnia traam ad me ipſum.

Tertia. quia habet frigiditatem in ſuo
influxu ꝛ iſtius frigiditatis ſunt duo ſigna.

Primum. quia regiones proximiores
iſtius ſtelle ſunt magis frigide. vt alema-
nia magna quam affricha.

Secundum. quia ventus qui peruenit
a regione iſtius ſtelle eſt magis frigidus
quaꝫ proueniens aliunde eccleſiaſtici. 43.
capitulo. Frigidus ventus aquilo flauit
ꝛ gellauit criſtallus ab aquis. Et ideo in
eſtate quando eſt aer ſuccenſus ſolis ardori
bus ſũmum remedium eſt iſte ventus.
Iſta virtus eſt in beata virg. quia ardoreꝫ
concupiſcentie noſtre mentis refrigerat ꝛ
extinguit dupliciter.

Primo eius puritatem mente deuota
cogitando. quia ſecundum Auguſtinum
libro de ciuitate. Nullus eſt ita deprauа-
tus qđ totum ſenſum amiſerit honeſta-
tis. Cant. iiij. capitulo. O quam pulchra
eſt caſta generatio cum claritate.

Secundo eius auxilium implorãdo di
cens Alchidius in lib°. de aſtris quod to-
ta armonia concurrit ad cauſationem eti-
aꝫ minimi indiuidui. Ita ꝙ omnis ſtella
ſemper influit. Ita quilibet ſanctus in pa-
tria habet approprìatam virtuteꝫ. Et ſic im
plorando auxilium in beata virgine cau-
ſant effectum. Ideo de ſe dicit. eccleſiaſtici.
xxiiij. Ego mater pulchre dilec. ti. ꝛ. ma. ꝛ.
ſancte ſpei. ꝛ eccl. xxiiij. Venite ad me om-
nes qui concupiſcitis me ꝛ a generationi-
bus meis ad implemini.

Quarta. quia habet ſerenitatem in
ſuo afflactu. quia ſpirante vento iſtius ſtel
le ſerenuꝫ facit. prouerbiorum. xxv. capitu.
Ventus aquilonis diſſipat pluuias.
Iſta virtus eſt in beata virg. Quia deſta
te turbata propter peccatum ipſa ſpirante
.i. orante nobis redditur gratioſa Hiero-
nymus inde cunctis datur venia: oſee. x°.
capitulo. Dicite ſorori veſtre miſericordi-
am conſecratam. Bernar. O homo ſecu-
rum habes acceſſum ad deum. vbi habes
matrem ante filium ꝛ filium ante patrem
mater oſtendit filio pectus ꝛ vbera. ꝛ filius
patri latus ꝛ vulnera. nulla ibi poterit
eſſe repulſa. vbi tot occurrunt charitatis
inſignia.

Quinta. quia habet ſanitatem in ſuo
effectu. Quia aer iſtius ſtelle eſt ſereniſſi-
mus ꝛ ſaniſſimus ꝛ ſunt duo ſigna.

Primum. quia regiones iſtius ſtelle
ſicut ſũt ei viciniores ita dicunt̃ ſaniores.

Secundum. quia tempora in quibus
flat ventus aquilonaris dicuntur ſaniora.
Iſta virtus eſt in beata virg. Nam ante
ortum eius. quia remoti adeo infirmi era-
mus. ſed ipſa flante .i. parturiente partus
eius factus eſt nobis ſaniſſimus. yſa. 53.
capitulo. Vere langores noſtros ipſe tulit
ꝛ dolores noſtros ipſe portauit. Ideo dicit
chriſtus Math. ix°. capitulo. Non egent
qui ſani ſunt medico ſed qui male habent.

Sexta. quia habet puritatem in actu.
Quia aura eius eſt puriſſima. Et ſunt
duo ſigna.

Primum. quia ſpirante auſtro piſces
et carnes corrumpuntur citius. Sed ſpi-
rante aquilone diutius conſeruantur.

Secundum. ſpirante auſtro loca fetida
maxime exalant fetores. ꝛ ſpirante aquilo
ne reprimuntur. Iſta virtus ē in. bea. vir.
tradunt ſancti qui eam viderunt. Nullus
quantumcũqꝫ ad inhoneſtatem inclina-

mus poterat eam videre quin ſtatim per aſpectum virginis talis turpitudo ſeperaſtur. Cuius ratio eſt. quia feditas appoſita iuxta decorem magis cadit in habominationem. yſa. vj. ca. Ve quia vir polutus labijs ego ſum, et in medio populi poluta labia habentis habito et regem dominum exercituum vidi oculis meis. Nam polutionem propriam non fuiſſet abhominatus niſi vidiſſet decorem deitatis.

Septima quia habet fecunditatem in ſuo effectu. Nā regiones ei ꝓpinque ſunt fecundiſſime et probatur dupliciter.

Primo quia iſta regio eſt maxime hominum generatiua.

Secundo quia in illa regione eſt maxime generatio precioſorum et potiſſime auri Job. xxvij capi°. Ab aquilone aurum venit. Iſta virtus eſt in beata vir. fuit enim fecundiſſima ſuper fecunditates. Genuit enim vnum hominem qui regenerauit omnes homines prime pe. p°. capi. Qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem ex mortuis. ſapientie. vij. capi. Omne aurum in comparatione illius arena ē exigua et tanquam lutum extimabitur argentum in conſpectu illius.

Octaua quia habet pulchritudinem in ſuo aſpectu et ſunt duo ſigna.

Primum. quia homines regionis illius ſunt albi et decori aſpectu.

Secundo. quia animalia in illa regione ſunt multū alba. vt vrſi. equi. lepores et vulpes. et albedo eſt color pulcherrimus. Iſta virtus eſt in beata vir. Nam qui magis appropinquāt ſibi per fidem et deuotionem decorantur venuſtate virtutum. quia dicitur cant. vj. Pulchra vt luna electa. vt ſol. et. iiij. ca. Tota pulchra es amica mea et macula non eſt in te.

Nona quia habet fortitudinem in ſuo conatu. quia hēbet vim congelatiuam et ꝓ ꝯſiis compaginatiuam membrorum. ex frigiditate. et iſta compago eſt cauſa fortitudinis in corpore organico ꝙ probatur dupliciter. Primo quia dicitur i arte phiſonomie ꝙ homines aquilonares ſunt fortes ſimiles vrſis propter propinquitatem ſtelle. Secundo dicitur in eadem ſcientia. ꝙ homines meridionales ſunt ita debiles propter diſtantiam a polo et ab iſta ſtella. Iſta virtus eſt in beata vir. quia fideles ſuos fortificat cant. vi. ca. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Decima. quia regulat nauigātes. nam cognita iſta ſtella per ad adamantem et ferrum in circulo cognoſcūt homines in qua plaga orbis ſunt aere quantumcunque nebuloſo vt poſſint dicere. yſa. lx. ca. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Iſta virtus eſt in beata vir. quia hominibus peregrinantibus in via mundi oſtendit. vbi ſunt et in qua plaga vt nō errent in via peccati vel erroris Hieronymus. quia cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. vt. d. ſibi propheta. yſa. lx. capi. Ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in ſplendore ortus tui. iō per eā in terra ābulabūt hoīes in ſaluatōe.

Vndecimum miſterium de iſtius angeli introceſſione. ibi. et ingreſſus angelus ad eam. Dicit quidam doctor. O quam honeſta viſitatio vtilis et iocunda. Nam quid honeſtius q̄ ꝙ virgo ingrediatur ad virginem. Quod vtilius munus q̄ offerre ſibi donorum plenitudinem. quid iocundius q̄ viſitare ad ſaluandum perditum hominem. Ex quo actu accipiūtur quatuor chatolica documenta.

vndeᵐ miſteᵐ

Primum ꝙ hec alma et regia virgo diligebat incluſionem. ideo dicitur ingreſſus angelus. Non enim reperit eam in platea aut in foro. Et bene quia locus clauſus eſt locus orationis Math. vi. capi. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum et clauſo hoſtio ora patrem tuum qui videt in abſcondito et reddet tibi mercedem tuam. Sicut Judith. manebat clauſa. vt patet eiuſdem. viij. ca. Scdꝫ ꝙ diligebat ſolitudinē. Nā vita ſolitaria ē apta cōtēplatiōi. Iō ab angelo ſola inuēta eſt. Et ideo chriſtus volens exaudiri in ſua oratione non ſolum a turbis verum etiam a diſcipulis receſſit. Luc. xx°. capi. Orate ne intretis in temptationem et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis. Iō. d. b.





Antonius abbas arſenio et machario. nō eſt hic locus gētis. ſ. patras vadamus et c.

Secundum ꝙ vita clauſtralis que habet incluſionem et ſolitudinē reſpectu mundi eſt ſimilis conuerſationi angelice q ſemper vacant circa diuina. Jeronymus de aſſump. In carne preter carnem viuere non humana. ſed angelicha vita eſt.

Quartum ꝙ vita clauſtralis eſt ſimilis conuerſationi beatifice. Licet enim ſancti ſint beati in patria tamen quandoque mittuntur huc. patet de ſancta agnete que ſuis parentibus apparuit. Et de multis. ſic clauſi contemplatiui interdum ſed raro de celis pro aliquali conſolatione et exemplo dando. Sed queritur quid faciebat virgo quando ab angelo fuit ſalutata. Et dicitur ſecundum quandam reuelationem factā ſancte heliſabeth. Quod beata virgo cum litteras didiciſſet cum aliis virginibus in templo ſub diſciplina ſcē āne prophetiſſe legebat yſaiam prophetam in. vij. capitu°. Vbi dicitur. Ecce virgo concipiet et pariet filium et c. Et tunc intellexit ꝙ quedam virgo dei filium erat conceptura et paritura. Et ſic deſiderabat tantum viuere vt poſſet illius virginis eſſe ancilla. et ſic dum iſta tractaret angelus aduenit. Sicut heunuco eandem prophetiam legēti apparuit philippus act. viij. capi.

Duodecimum miſterium de angeli locutione. ibi. dixit. Et notandum ꝙ angelus non poteſt mentiri cum ſit confirmatus in gratia. et ideo cum quis credit angelum debet credere que dicit vera eſſe et nō reſiſtere ſicut zacharias propter quod mutitatem incurrit. Circa declarationem huius miſterij notandum ꝙ quadrupliciter dictio habetur in ſacra ſcriptura.

Primo verbi ſupernaturalis. gē. p°. capi. Dixit deus fiat lux. Quam dictionē refert Auguſtinus ad verbi generationem eternam vt fuit oſtenſum.

Secunda verbi intellectualis ſecundū quam vnus angelus loquitur alteri angelo. et ad inuicē inter animas ſeparatas. ſ. p°. zacharie. ij. capi. Curre et loquere ad puerū iſtum. De ſecundo. yſa. vj. capitu. Duo ſeraphin clamabant alter ad alterum. Omnis autem clamor eſt locutio.

Tertia eſt imaginalis ſecundum quam angelus loquitur in ſomnis Math. ij. ca. Angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens ſurge et tolle puerum et matrē eius et fuge in egyptum. Jo. ſecundo capitulo. Defuncto herode. ecce angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph in egypto. d. Reuertere in iudeam defuncti ſunt enim qui querebant animam pueri.

Quarta vocalis que ſenſu auditus percipitur. De qua dicitur. act. 10. capitulo. De cornelio q vidit in viſu manifeſte in hora nona angelum dei introeuntem ad ſe et dicentem ſibi et c. Nunc ad propoſitum dictio Gabrielis conſtat ꝙ non fuit. ibi ſupernaturalis. quia illud verbum non eſt dicibile niſi ſolo eterno patri ſecūdum dionyſium lib°. de diui. no. Nec fuit dictio intellectualis vt creditur. quia licet angelus eſſet natus loqui intellectualiter. Tamen beata virgo de lege cōmuni pro ſtatu iſto non erat diſpoſita habere auditionem intellectualem cum intelligere ſit per conuerſionem ad fantaſmata niſi ſicut ceteri viatores. Nec videtur fuiſſe viſio imaginaria quia illa non requirit talem preſentiam corporalem qualis fuit oſtenſa per ingreſſum angeli. et ideo relinquitur ꝙ fuit dictio vocalis ad ſenſum particularem auditus. Sicut ipſa reſponſio virginis erat vocalis. Et fuit congruum vt in iſta beatiſſima collocutione eſſet verborum conformitas inter colloquentes. Sed queritur primo. Iſta dictio vocalis. et auditio vocalis ſibi oppoſita ſunt ignobiliſſime inter premiſſas. et tamen iſta collocutio videtur fuiſſe maxime venerabilis inter omnes collocutiones diuine ſcripture. Et dicitur ꝙ licet iſta collocutio ſit maxime materialis ē tamen certiſſima. quia auditio ſibi oppoſita eſt notitia intuitiua. Et talis certitudo magis fuit conueniens in propoſito quam gradus nobilitatis.

Secundo queritur ſi auditio virginis fuit tantum vocalis et non intellectualis vt eſt dictum. Tunc beata virgo non intel

lexit que dicebantur ab angelo. ⁊ ſic aſſenſum voluntatis dare non potuit. ⁊ dicitur ꝙ ipſa optime intellexit verba uocalia angeli ad ſe loquentis eo modo quo fantaſmata in paſſa mouent intellectum poſſibilem ad intelligendum exaudito verboꝝ. Non tamen illa motio dicitur intellectualis locutio. Nec paſſio auditus ſibi oppoꝰ.

Tertio queritur in qua lingua locutus eſt angelus verba iſta. Et dicitur ꝙ in lingua hebrai a. quia illam ſolam bea. virg. didicerat. ⁊ in eadem nutriuit filium ſuum ad loquendum in ſua infantia. Et ideo nimirum. iſta lingua eſt omnium ſacratiſſima. Quarto queritur quomodo angelus potuit ſibi loqui linguam hebraicam cum non haberet organum corporalem ⁊ cum ſit natura ſpiritualis. Et dicitur ꝙ angelus non apparuit ſibi in propria natura ſecundum quam eſt inuiſibilis corporaliter. Sed in aſſumpto corpore in ſpecie viri. Sicut idem gabriel apparuit danieli tamen ſic diſpoſitus ex venuſto aſpectu. ſ. facie rutilās ⁊ veſte coruſcans vt nullam beate virgini ſuſpitionē ingerere potuiſſet ⁊c. Sequitur ſecunda pars iſtius lectiōis ⁊c. Circa ſecundam partē₃ principalem. ſ. de angeli ⁊ b. vir. mutua collocutione notantur ſex particule.

Prima de angeli inceptione ibi Aue gratia plena dominus tecum. be. tu in mu.

Secunda de virginis alteratione ibi q̄ cum audiſſet turbata eſt ⁊c.

Tertia de angeli replicatione ibi ⁊ ait angelus ei ne timeas. ⁊c.

Quarta de virginis interogatione. ibi dixit autem maria ad angelum quomodo fiet. ⁊cetera.

Quinta de angeli ſolutione. ibi. reſpondens angelus. ⁊ cetera.

Sexta de. virginis conceſſione. ibi. dixit autem maria. ⁊cetera.

prima partic⁹ Circa primam partem. ſ. de angeli inceptione quomodo incepit iſtam collocutionem que continet quatuor miſteria.

pri nū miſte^m Primū₃ de angeli ſalutatione cum dicitur aue. qḋ ē verbu₃ ſalutationis. Et notandum quomodo iudei fingentes ſe xp̄m ſalutare. d. Aue rex iudeorū Math. xxvij. capi. aliquando eſt littera. i. Prima alphabeti. aliquando ſillaba. aliquando eſt dictio. vt ibi a domino factu₃ eſt iſtud. pſa. lis. Metro. ⁊c. Et notandum quādo iſtud verbum a. quando eſt dictio ⁊ ſillaba accipitur quatuor modis in ſcriptura.

Primo vt ſit nota cauſationis vt i ſupra vbi ſupra. Eſt enim ibi nota cauſe efficientis. Secundo modo vt ſit nota largitionis ſicut in tertio regum. 2. capi. d. Adonias berſabee tranſlatum eſt regnum ⁊ factum eſt fratris mei a domino enim conſtitutu₃ eſt. Tertio modo vt ſit nota inceptionis ſicut cant. vj. ca. Auerte oculos tuos a me. Auerſio enim deſignat viſionis detractionem. Ad propoſitum iſtud. A. poſitum in ſalutatiōe poteſt intelligi iſtis quatuor modis. Primo vt ſit nota cauſationis vt intelligatur aue. i. a maledictione. quia maledictio fuit cauſa felicitatis. b. virg. Ex eo quia propter peccatores redimēdos filius dei ex ipſa voluit incarnari. vt maxima culpa a de ſiat maxima felicitas. b vir. vnde dicit ei eccleſia frequenter. Sumēs per te preces qui pro nobis natus tulit eſſe tuus.

Scḋo vt ſit nota largitionis. iuxta apoſto. Ro. iiij. capi. vbi habundauit delictu₃ ibi habundauit ⁊ gratia. Iḋ dicit Ierony. ſuper Math. qui a ꝓpter peccatores venerat de peccatricibus naſcens omniu₃ peccata deleret. ⁊ ideo. b. virgo pp aue parentum occaſionaliter meruit talem habere filium. Tertio vt ſit nota inchoationis Tēpus legis reſpectu ad tempus gratie fuit tempus maledictionis. Et ſic tēpus gratie incepit a tempore legis ſicut dies a nocte in incarnatione verbi. Ideo dicit angelus aue. quaſi dicat hic incipit gratia ⁊ finit maledictio Auguſti. in ſermone Male dictio eue in benedictione mutatur marie.

Quarto vt ſit nota remotionis. aue. i. ſine ve. quia eua cum ſuis ſequacibus habuit tria ve que terminauit aquilla apoca. vij. capi. Ue ve. ve habitantibus in terra.

Primū fuit. quia cū corruptione cōcepit.

Secundum. quia cum langore portauit.

Tertium quia cū dolore peperit a quibus



tribus ve fuit immunis. b. vir.

Primo quia cōcepit ſine corruptione.

Scḋo quia cōceptū portauit ſine afflictiōe.

Tertio peperit ſine dolore. y a vltio ca. Anteꝙ parturiret peperit. Et notandum ꝙ in iſto aue mutatum fuit nomen eue ab angelo modo contrario litteras ordinando quod factum eſt cauſa ſeptuplici.

Prima quia ſicut eua corruit per ſtultitiam credens ſerpenti in preuaricatione ſeducenti. Ita maria erecta per ſapiam incorruptione credidit angelo. vt i ra patebit diſſerens cum angelo. Secunda quia eua cecidit per ſuperbiam Cum deitatem petijt. Ita maria inclinata per humilitatem veram ancillam domini ſe cognouit. d. ecce ancilla domini ⁊c. Tertia quia eua per inobedientiam tranſgreſſa eſt. Ita maria per obediam mater domini facta eſt. fiat mihi ſecundu₃ verbum tuum. Quarta. quia eua raucoratur a ſerpēti credidit. Ita maria benigniſſime angelo credidit. Iḋ helizabeth exclamauit. vbi thema. ⁊ beata que credidiſti ⁊c. Quinta. quia ſicut eua cecidit per incontinentiam. Ita maria erecta eſt per cōtinentiam. d. Quomodo fiet iſtud quoniā viru₃ nō cognoſco. Sexta. quia ſicut eua fuit principium ⁊ cauſa mortis. Ita maria eſt principium ⁊ cauſa vite. Io. i. ca. Ego ſu₃ reſurrectio ⁊ vita. Septima. quia ſicut ſerpentem credendo exaltauit. Ita maria contēpnādo diſſipabit Auguſti. in ſermōe natiuitatis vir. b. Aue inquit angelus ad eam gratia plena dominus tecum. Impleta eſt g⁰ maria gratia ⁊ eua euacuata eſt a culpa maledictio eue in benedictione mutatur marie. De iſta muliere dicit dominus ad ſerpentem. gē. 3°. ca. Ipſa conteret caput tuum. ⁊ nomen eue a contrario angelus mutauit aue ꝑte litteras ⁊ dicit eua. Sed queritur iſtud aue fuit prolatum ab angelo locutiōe intellectuali aut ſenſibili. Et dicitur Sicut apparitio angeli fuit corporalis. Ita ⁊ locutio fuit vocalis. lic₃ enī₃ intellectualis locutio ſit altior non tamen ita conueniens ꝓ ſtatu in quo erat. b. vir.

ſecūdū miſt^m Secundum miſterium de virginis comendatione. ibi. gratia plena. Comendatio eſt laus: laus vero ſermo elucidans magnitudinem virtutis. Gratia vero virtus ſuppꝛema. ⁊ ideo iſta comendatio fuit ſupꝛema ⁊ alta. ⁊ dicit plena. quadrupliciter dicitur vas plenum. Primo ſecundu₃ ſue capacitatis augumentum. quia habet de cōtēto non quantu₃ poteſt capere ſed quātum cōgruit eius capacitati vt patet in naui onerata ⁊ plena mercantiis non quantum poteſt ſed quantu₃ debet propter periculum maris. ⁊ in curru onerato ⁊ pleno non quantum p t ſed quantum debet pro labore bouum. Secundo ſecundum ſue capacitatis ſufficientiam vt patet in omni menſura quando vas eſt plenum vſq₃ ad ſignum tunc habet ad ſufficientiā pro illa menſura. Tertio ſecundum ſuam totalem continentiam. ⁊ ſic eſt plenu₃ vas quando plus capare non poteſt.

Quarto ſecundum ſue capacitatis redundantiam. vt puta quando vas eſt plenum quantum capere non poteſt quando totum ſuperfluum extra emittit. De cuius contrario dicitur eccl p°. capi. Omnia flumina intrant in mare ⁊ mare non redundat. Nunc ad propoſitu₃ quatuor ſunt gradus ſpirituum creatorum. qui dicuntur vaſa in ordine ad gratiam diuinam cuius ſūt receptacula.

Primus gradus eſt de ſanctis animabus que replentur gratia ſecundum ſue capacitatis congruentiam. Quia habent de gratia quantum congruit ſed nō quantu₃ capere poſſunt. ſecundum iſtum modū dicitur act. vi. ca. Stephanus plenus gratia ⁊c. ⁊ . corin. ii. capi. Sufficit tibi gratia mea.

Secundus gradus eſt de ſanctis angelis qui repleti ſunt ſecundum ſue capacitatis ſufficientiam. Sic ꝙ illi qui ſunt natura perfectiores ſunt potentiores in gr̄a.

Tertius gradus habetur i virgine glorioſa que fuit repleta gratia ſecūdū ſuā totalē cōtinētiā vt plus cape nō poſſet Iero. Ceteris p ptes marie āt totius gr̄e i ſe habuit plenitudinē. ⁊ ideo. dicitur plena.

Quartus gradus fuit i ſacratiſſima aīa xp̄i que fuit plena ſecundum ſue capacitatis redundantiā. quia redundat in tota eccl̄ia.

Jo.pᵒ.capi. De plenitudine eius nos omnes accepimus ⁊ gratiam pro gratia. Notandum circa tertiam repletionem ꝙ vas illud ꝙ eſt plenum quantum capere poteſt nō pōt ita leuiter īclinari qn ſtatiʒ emittet de ſua repletione. ⁊ iſto modo beata virgo cum ſit plena gratia non poteſt ita parum inclinari ad preces clamantium quin ſtatim redundet in nos ſuam gratiaʒ ⁊ potiſſime eſt plena beata virgo.

¶ Et primo candore virginali:
¶ Odore virtuali.
¶ Splendore ſapientiali.
¶ Dulcore clementiali.
¶ Uigore conſtantiali.
¶ Amore ſeraphicali.
Herede imperiali.

De primo ſapientie ſeptimo capi. Candor eſt lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macula. De ſecundo cant. primo capi. Dum eſſet rex in a cubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum. De tertio abacuch tertio capi. Splendor eius vt lux erit cornua in manibus eius. De quarto dicit eccleſia. O clemens o pia o dulcis maria. De qnto prouerbiorum. 31. ca. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius vltimo capi. Mulieręʒ fortem quis inueniet cant. vi. capitu. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. De ſexto vgo libro de cōiugio beate virginis. quia in corde eius amor ſpiritus ſancti miracula faciebat. De ſeptimo Auguſtinus filius dei ad implet mētem ad implet ⁊ vētrem. Sed primo queritur. Angelus ꝓmo protulit aue gratia plena. Poſtea dicit ſpiritus ſanctus ſuperueniet inte. Iſte aduentus ſpiritus ſancti. Non fit ſine gratie in fuſione. Et ſic non fuit plena in prima prolatione quando dicit Aue gratia plena ſecundum ſuam totaʒ capacitatem. Et dicitur ante ſecundum ſuam ſanctificationem fuit plena gratia ſecundum ſue capacitatis continentiam. ⁊ poſtea ſecundū ſuam totalem continentiam. quia pro illo primo tempore ſecundum premiſſa fuit dictum aue ⁊cete.

Secundo queritur. quia mater domini fuit cum alijs quibꝰ datus fuit ſpiritus ſanctus in pentecoſtē. ⁊ ſic videtur ipſam accepiſſe. ⁊ per ꝯſis creuiſſe in gratia que ē donum precipue ſpiritus ſancti. Quomodo ergo plena quando audiuit gratia plena. ⁊ quando audiuit ſpiritus ſanctus ſuperueniet inte ⁊ virtꝰ altiſſimi obūbrabit. t. Et dicitur licet forte ſpiritus ſanctus non fuerit ei datus ſecundum affectionem habitualem. Tunc eo quia vltimate fuit gratificata in ſecunda ſanctificatione. Tamen bene ſecundum appoſitionem actualem que nihil auxit ī gratia. qꝛ vltimate erat aucta.

Tertium miſterium de diuinali coniūctione. ibi. dominus tecum. Iſta dictio tecum eſt nota coniunctionis. non dicit inte ſed tecum: vt non in habitatione ſed magis cooperationem ſignificare videretur. Quam tota trinitas in incarnationis miſterio ſancte dei genetrici fuit cooperata. quod tecum ſignificatur pro illo dicente Petro vado piſcari. Reſponderūt alij diſcipuli Jo.pᵒ.capi. Uenimus ⁊ nos tecuʒ Eſt tamen notandum ꝙ tota trinitas ſingulariter ⁊ miraculoſe fuit operata in beata virgine quadruplici operatione quam perficere non potuiſſet per ſemetipſaʒ ſine tali miraculoſo concurſu. tertiuʒ miſteriū

Prima operatio fuit corporis xp̄i conceptio. Conſtat enim xp̄ʒ conceptum ex puriſſimis ſanguinibus. b. vir. ſecundum dionyſ. li. de di. no. quod fieri non potuit per virtutem virginalem. Sed operante deo in. b. virgi. talem materiam miniſtrando vt transferendo ad locum generationis ibi reciperetur in vaſe in quo ſolet corpus humanum formari. que receptio dicitur eſſe proprie conceptio. quia talis tranſlatio ⁊ receptio de cōmuni lege non fuit ſine pollutione. ⁊ ideo miraculum fuit ad vitandum talem contagionem. Secunda fuit generatio corporis xp̄i poſtq̄ materia illa fuit in loco conuenienti repoſita. quia potentia generatiua mulieris non ſufficit ad formationem humani corporis niſi concurrēte virtute ſeminis humani hominis. vbi loco illius virtutis interuenit ſpūs. ſ. v̄tus.

Tertia fuit corporis xp̄i augmentatio in ipſo vtero. Quia ex quo xp̄s fuit cōceptus



naturaliter beata virgo potuiſſet ſibi miniſtrare materiam alimenti ſicut alie matres fetibꝰ ſuis. Et aīa chriſti glorioſiſſima tam in ſuſa corpori ſuo poſſʒ ex tali mā illō corpuſculum vegetare tamen ad moderandum illud augmentum ne procederet ultra debitum terminum quantitatis eo quia chriſtus plus ſicut in vtero matris quam exacti fuit in ea virtus ſpiritus ſācti.

Quarta fuit ex hiuio corporis chriſti per partum. quia licet virgo ſupernaturalē conceptionem potuiſſet parere per naturā. Non tamen permanēs v̄go cum perfecta integritate. ⁊ ideo ad hoc vt chriſti corpus exiret de virgine ipſa integra permanente non potuit fieri niſi concurrente virtute ſpiritus ſancti cum ipſa beata v̄gine actu miraculoſo: ⁊ propter iſtum concurſum quadruplicem quo fuit a domino adiuta [illegible] et angelus. Dominus tecū. iuxta illud pſe. 109. [illegible]. Tecum principium in die virtutis tue. Quia virtus primi principij fuit cum beata virgīe in die iſtius benedicte incarnationis in qua eius v̄tus fuit mirabiliter executa ſecundum premiſſa

Sed queritur primo. prima enim cā cōcurrit [illegible] cuiuſlibet ſecunda cauſe ſecundū regulam theologorum ⁊ ideo nō videtur fuiſſe miraculum quod cōcurrerit in iſtis actibus cum beata virgīe. Et dicit quod in ceteris actionibus communiter concurrit prima cauſa per modum agentis vniuerſalis. hic autem concurrit non ſolū per modum agentis vniuerſalis ſed etiam per modum agēns particularis ⁊ hoc fuit miraculum vt ſupleret vicem ſecūde cauſe.

Secundo queritur. quomodo concurrebat per modū cauſe particularis ipſa prima cauſa ⁊ quare. Et dicitur quia deficiebat altera cauſarum particularium ⁊ ideo ſupplebat vicem deficientis. quia ad hoīs generationem naturaliter non ſufficit mulier ſine viro. Sicut in generatione diei non ſufficit aer ſine ſole ⁊ ideo ſi deus faceret diem ſine ſole in aere tunc ageret per modum cauſe particularis ſupplendo vicē ſolis ſic ī propoſito formauit corpus chriſti ſine homine.

Quartum miſterium de ſingulari benedictione. ibi benedicta tu in mulieribus. Non dicit benedicta tu ſuper mulieres. qꝛ tunc eſſet clarum quod dicit ſed in mulieribus ad de notādum miſterium. Eſt tamē notandum quod iſta dictio. In habet in diuina ſcriptura ſeptemplicē intellectum.

Primus eſt nota cauſalitatis. ſicut fuit promiſſum habre gē. 22. cᵒ. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes quia. ſ. ſemen habrae fuit cauſa benedictionis omnibus gentibus. ſ. in xp̄o ſicut dicit apoſtolus. Et iſto modo poteſt intelligi benedicta tu in mulieribus. qꝛ ipſa fuit cauſa benedictionis omnibus mulieribus. quemadmoduʒ eua fuit cauſa maledictionis. Auguſtinus in ſermone. Maledictio eue mutatur ī benedictionē marie.

Secundus eſt nota effectualitatis. Sicut dicit ſanctus Raphael Thobie vj. ca. Accipies virginem cum timore domini vt in ſemine habrae benedictionem conſequaris in filijs. Quemadmodum patres ſolēt benedicere filios. Et ſecundum iſtum moduʒ. b. vir. eſt benedicta in mulieribus. ſ. in ſacris virginibus quarum ipſa eſt mater virtutis. ſicut laudatur doctor in optimis diſcipulis.

Tertius eſt nota remotionis. ſapientie. viij. capi. Cum eſſem magis bonus perueni ad corpus in coinquinatum id eſt non coinquinatum. vt ſit ſenſus benedicta tu in mulieribus. ſ. preter ceteras mulieres que ita ſunt maledictioni eue ſubiecte vt nulla poſſit concipere ſine maledictione corruptionis nec parere ſine maledictione afflictionis. Sed beata virgo ſecundum Auguſtinuʒ. in letitia dominū parturiuit.

Quartus eſt nota appoſitionis. Apoca. xvij. capitulo. Mulier erat circundata purpura ⁊ coccino ⁊ in aurata auro. Et eſt ſenſus in mulieribus. ſ. vltra mulieres alias. Auguſtinus. O femina ſuper feminas benedicta.

Quintus eſt nota ſingularitatis. primi regum. 18ᵒ. capitulo. Quis in omnibus ſicut dauid fidelis ingrediens ⁊ egrediens ⁊ pergens ad imperium regis. ⁊ ſic eſt ſenſus

in mulieribus. i. ſingulari modo inter cetera mulieres. quia ex ſingularitate ſunt mater et virgo.

Sextus eſt nota mediationis. geñ. 13°. capitulo. Ne ſit iurgium inter me et te. 4ᵗ. Re. iiij°. capitu. In medio populi mei ego habito. Et eſt ſenſus benedicta tu in mulieribus. i. medio mulierum. quia. ſ. omnes mulieres ſunt benedicte propter iſtam benedictiſſimam. tanquam a medio. Sicut deus poſuit cor in medio animalis ad influendum vitam omnibus membris et ſolem in medio planetarum ad illuminandum vniuerſa.

Septimus eſt nota intimitatis Jo. xiiij. capitulo. Ego in patre meo et vos in me et ego in vobis. Et eſt ſenſus in mulieribus . i. in intimis mulierum precordiis vbi percipiunt tant⁹ honoris beneficium vt ſit relatio ad maternitatem filij dei ſublimantis. et hec potiſſima cauſa . quia mulieres venerant ab hominibus. In cuius figura tantum honorauit virgam zacha. xi capi. Tuli virgam meam que vocabatur decus et abſcidi eam vt irritum facerem fedus meum quod percuſſi cum omnibus populis.

Sed queritur primo. quare in ſalutatione angelica non perficitur illa ſalutatio q̄ frequentat eccleſia. In qua adiungitur et benedictus fructus ventris tui. Et dicitur ꝙ iſtud appoſuit ſancta heliſabeth. quando fuit a bea. vir. ſalutata. Et vtraqȝ pars ſalutatio ſed ab angelo inchoata et a ſancta heliſabeth perfecta. et ſic hec oratio eſt deuotiſſima.

Secundo queritur. que portio. iſtius ſalutationis fuit precipua ab angelo vel ab heliſabeth prolata. Et dicitur de appoſito ſancte heliſabeth. continet laudes chriſti. Et ſalutatio angeli continet laudes ipſius bea. vir. Et ideo quanto perfectius eſt laudare filium quam eius matrem. Tā to portio ſecunda eſt melior. Et ſi dicitur ꝙ ab excellentiore perſona debent eſſe laudes ſublimiores. Dicitur ꝙ laus ſancte heliſabeth debet referri ad perſonam ſpiritus . ſ. qui in ipſa loquebatur.

Circa ſecundam particulam que eſt de virginis alteratione ibi que cum audiſſet turbata eſt notantur duo miſteria. ſecūda pticu^a

Primum eſt de bea. vir. turbatione. ibi que cum au. tur. eſt in ſer. e. Et ſi dicatur ꝙ angelica ſalutatio nō perficit ei materiam turbationis cum eſſet grata. Ideo fruſtra fuit turbata. Et dicitur ꝙ non fuit turbata turbatione iſte. Quia hic nullum erat turbationis obiectum. nec odibile. Sed turbata. i. alterata et in admiratione ſuſpenſa. quia angelus in ſalutatione ita laudabat eam. Audit tacens ex moleſtia turbatur ex verecundia. cogitat ex diſcreta prudentia. Et ſit autem notandum ꝙ quattuor ſunt animi perturbationes quas deſcribit beatus Auguſtinus lib° de ciuitate dei. primū miſte^m

Prima eſt metus. homo in timore poſitus non poteſt eſſe mente quietus. pe. xx. Metro. v. Timor et tremor venerunt ſuper me. et contemperunt me tenebre.

Secunda cupido. Nam cupidus non poteſt eſſe in oratione regulatus Math. vi. capitulo. Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt et cor tuum.

Tertia eſt gaudium . Quia homines gaudioſi non ſunt in ſe recollecti. Et ideo riſus qui eſt nota gaudij eſt etiā nota ſtultitie. prouerbiorum. xiiij. capitu. Extrema gaudij luctus occupat.

Quarta eſt dolor. quia homo in dolore poſitus non eſt compos ſue mentis. primi. Re. p°. capitu. Mulier infelix ego ſum nimis ex multitudine doloris et meroris mei. Ad propoſitum bea. vir.

Primo non fuit turbata ratione doloris. quia ibi nullum triſtabile.

Secundo nec propter gaudium interius. quia non eſt diffuſiuum ſicut de ſenſibilibus. et ideo non eſt turbatiuum.

Tertio nec propter concupiſcentiam. quia concupiſcentia caſtiſſimarum reſpectu obiectorum eſt directiua.

Quarto nec metus vel timor. quia perfecta charitas qualis fuit in bea. vir. foras mittit timorem prime. Jo. iiij. capitu. Niſi forte quis dicit. Quod metus virginea ex





ſtatu ſue innocentie eſt formidoloſa. Et ideo repentina et alta allocutio fecit eam pauidam ante conſiderationem profundam. Et ideo dicit angelus. Ne timeas ec. i. nō ſis alterata ex admiratione. Iſtis premiſſis vt clare ſtat ortus iſtius turbationis . Eſt notandum ꝙ quattuor fuerūt cauſe ſubordinate ex quibus orta fuit hec turbatio.

Prima fuit nouitatis repreſentatio. quia iſta ſalutatio fuit ei noua et incogitata. Eū cogitaret de famulatu ſe humiliando. et audiret de maternitate deum generando. ecce concipies in vtero et paries fi.

Secunda fuit vehemens attentio ex nouitate audita. Ideo dicit. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non co.

Tertia fuit profunda admiratio ex nouitate inconſueta. Spiritus ſanctus ſuperue. in te. et vir. al. ob. t. Nam in eclipſi ſolari admiratur natura.

Quarta fuit ſubita ſtupefactio in tam varia mutatione. Quod naſcetur ex te ſanctum vo. fi. d. Nam admiratio rei tranſcendentis gignit ſtuporem. ex quibus dictis ſecuta fuit turbatio in anima bea. vir. per modum ſtuporis. Stupefatio eniȝ mouet mentem vt non ſit in ſe ſedata. Ideo dicitur. Que cum au. tur. eſt in ſermone eius et co. q. eſ. iſta ſalutatio. vel quia laudes de ſe nō libenter audiebat. Quia erat ad humilitatem prona.

Secundum miſterium de bea. vir. conſideratione. ibi. cogitabat. q. eſ. illa ſal . In quo notatur bea. vir. prudentia. et confirmatur. Luc. 2°. capitulo. In quo viſis miraculis factis in chriſti natiuitate dicitur de bea. vir. Maria autē conſeruabat omnia verba hec conferenſ in corde ſuo. ex quo eliciuntur quattuor deuota documenta. ſecūdū miſte^m

Primum eſt ꝙ bea. vir. fuit multum meditatiua cogitabat qualis eſſet iſta ſalu. ec. Et iſtud eſt primum ſignum ſapientie. Quia frequens meditatio circa diuina generat ſapientiam. Sicut frequens meditatio circa humanā prudentiam. Cum frequentia actuum circa ſuum obiectum generet habitum.

Secundum ꝙ erat multum rationatiua. quia dicitur. vbi ſupra. erat conferens in corde ſuo. Iſta enim collatio fit per rationis diſcurſum inueſtigando que conſiderantur. Et iſtud eſt ſecundum ſignum ſapientie. quia frequens meditatio non eſt virtuoſa niſi ſit adiuncta rebus ſuperioribus de quibus eſt ſapientia.

Tertium ꝙ erat multum memoratiua vbi ſupra conſeruabat omnia. Conſeruare enim pertinet ad memoriam. Et iſtud ē tertium ſapientie. Quia vt patet homines ſapientes ſunt meditatiui. et quelibet meditatio actualis dimittit diſpoſitionē in memoria per quam fit recordatio.

Quartum ꝙ fuit multum affectiua. quia feruentiſſima et puriſſima dilectione ferebatur ad diuina. vt ſupra. Conferens in corde ſuo. Cor enim in ſcriptura ſacra habetur pro effectu Iudicum primo capitu. Cor meuȝ diligit principes iſrael. Et iſtud eſt quartum ſignum ſapie. quia bona cernere. et non diligere eſt inſipientis. Et notandum ꝙ bea. vir. licet multum habundauerit in verbis mentalibus ſecundum premiſſa fuit tamen parciſſima in verbis vocalibus. vnde ad ſalutationem angeli non ſtatim prorupit in reſponſionem vocalem ſecundum communem modum. Sed i mente cogitabat. quid qualis eſſet iſta ſalutatio. Conſtat enim ꝙ homines meditatiui parum locuntur. Et econuerſo Et hoc. quia operatio exterior impedit interiorem et econuerſo.

Circa tertiam particulam de angeli replicatione ibi. et ait angelus ei. Ne timeas ſunt. v. miſteria. tertia partic^a

Primum de angeli confortatione confortauit enim bea. vir. ſtupe factam. d. Ne timeas ec. q. d. ꝙ rationabiliter non debet timere aſſignando rationem. di. In veniſti enim gratiam apud deum. et hic fuit. b. vir. de diuina gratia certificata per angelum qui non poteſt mentiri. quia confirmatus in gratia. Et notandum ꝙ ex deductione angeli eliciuntur duo catholica documenta. primū miſte^m

Primum ſi aliquis eſſet certificatus ſicut fuit hic mater domini. Non deberet timere ſed ſecurriſſimus eſſe. quia per iſtud medium voluit angelus hic excludere omnem timorem.

Secundum ꝙ certificatus de tali gratia non debet triſtari ſed gaudere ſimpliciter. Quia ſecundum idem medium per quod angelus excludit timorem potuiſſet ⁊ triſtitiam repuliſſe. ſi dixiſſet ne triſteris maria.

Sed queritur primo quare. di. Inueniſti gratiam cum ipſam nunquam amiſiſſet. Et dicitur ꝙ gratia quam amiſerat eua maria inuenit. quia ſicut ammiſſio gratie per euam fuit cauſa vniuerſalis damnationis. Sic inuentio gratie per mariam fuit cauſa vniuerſalis ſaluationis.

Secundo queritur ſi iſta inuentio gratie eſt deſiderabiliſſimum bonum iſtius vite. Et dicitur ꝙ ſic. quia cum gratia conſtituat amicum. Hic intelligitur eſſe maximum bonum eſſe deo acceptum. quod bonum contulit deus Moyſi. di. exodi. 33°. capitulo. Noui te ex nomine. ⁊ inueniſti gratiam coram me. Ita ꝙ eſſe in gratia dei eſt ſummum deſideriorum.

Tertio queritur quid eſt optabilius menti fideli. Aut eſſe in gratia dei. aut eſſe in gloria dei. Et dicitur. eſſe in gratia conſiſtit in hoc ꝙ eſt diligi a deo. Eſſe vero in gloria in hoc ꝙ eſt deum beatifice diligere. Melius autem videtur a deo diligi quam deum diligere qualitercumque. Et ideo melius videtur deo eſſe acceptum quam eſſe beatum.

Quarto queritur. quia acceptatio diuina eſt in ipſa gratia in ordine ad vitam eternã. ⁊ ille dꝛ deo gratus qui pro vita eterna eſt ſibi acceptus. Romanos octauo capitulo. Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit ⁊ quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit. ſ. ad vitam eternam. Et ideo cum vita eterna ſit finis talis acceptationis multo melior videtur ipſa vita eterna quam gratia.

Et dicitur. Quod ſicut pater acceptat filium in ſe. prius quantum ad hereditatem ſuam Ita deus prius acceptat hominem in ſe quam pro vita eterna. Et ideo licet ſecunda acceptatio ordinetur ad vitam eternam non tamen prima: ſecundum quod currit argumentum. Sed volens loqui de bea. virg. plena gratia debet habere tria. ſ. ſapientiam propheticam loquelam euangelicam ⁊ vitam angelicam. De iſtis procede vt ſcis.

Secundum miſterium de angeli promiſſione. ibi. ecce concipies in. v. ⁊ pa. fi. ⁊c. Quod miſterium cõtinet duas [illegible]. ſecūdū miſſale

Prima de conceptiõe. In qua fuerũt quatuor actus.

Primus fuit materie deciſio. ſ. de qua fuit corpus chriſti formatum. quia ex puriſſimis ſanguinibus bea. virg. ſecundum dionyſium lib°. de diui. no. Et ſic oportuit ꝙ illi ſanguines a locis proprijs decidentur.

Secundus fuit iſtius materie collocatio in loco conuenienti humane generationi intra bea. vir. corpus. quia in vtero eſt ſita illa cellula in qua debet humanum corpus formari.

Tertius fuit corporis chriſti de illa materia formatio ſic locata in loco generationis. quia ex quo materia eſt in tali loco eſt nata organizari vt ſit in potentia propinqua ad animam ſuſcipiendam.

Quartus fuit anime chriſti infuſio in corpus ſic formatum. Quia ex quo corpus eſt ſic ſufficienter organizatum regulariter deus infundit animam intellectiuam.

Sed primo queritur vtrum iſte quatuor operationes fuerunt ſimul facte. Et dꝛ ꝙ materie deciſio. et eiꝰ collocatio nõ fuerũt facte ſimul. qꝛ tũc idẽ ſimul corpus fuiſſet ĩ duobꝰ locis. Niſi forte qs dicat. Quõ ꝑ diuinam potentiam tranſlatio localis poteſt fieri in inſtanti. Sicut abacuh in inſtanti fuit in iudea ⁊ in babilone. Danie. xiiij°. capitulo. Et per eandem potentiam poteſt fieri vt idem corpus ſit ſimul in diuerſis locis. Cetere autem due operationes ſcilicet corporis formatio ⁊ anime infuſio. Quia mox vt corpus eſt organizatum anima in funditur potuerunt eſſe facte ſimul. Quando autem



ſit cõparatio inter duas operationes non ſunt ſimul. Quia forma organizationis ⁊ forma ſanguinis que fuit materia corporis xp̄i ſunt in compoſſibiles forme.

Secundo queritur. vtrum oĩa iſta quatuor fuerunt facta in eodẽ momẽto. Et dicitur communiter ꝙ ſic. Quia iſta fuit in carnationis hora. Et dicit Damaſce. Quod ſimul fuit caro ⁊ animata caro ⁊ aĩata dei caro. Quia mox vt fuerũt producta iſta fuerunt verbo vnita. Et ſic actus vnionis inmediate fuit conſecutus iſtas quatuor operationes.

Tertio q̃rit. vtrum omnia iſta fuerunt in hora anuntiationis facta. Quia tunc. b. vir. fuiſſet eadẽ hora ita pregnans ſicut mulier que habet fetum in vtero formatũ perfecte ⁊ animatum tale tunc fuerit corpus xp̄i. Dicunt aliqui ꝙ corpus xp̄i non fuit formatum tante quãtitatis ſicut cetera corpora vt illud miraculũ occultaretur ad tẽpus. Et dicitur ꝙ iſtud dictum nõ aparet conſonum. Quia fuit formatum in celula. b. vir. ſicut in fiſcella que non fuit minor ceteris mulieribus. Et ideo dicit ꝙ corpus cuiuſlibet eſt ita modicũ cũ animatur ꝙ ꝑ ſe nõ faceret tumorem in utero matris perceptibilem. Sed propter humores creſcentes in mulieris vtero intumeſcit corpus illud virtute ſeminis humani. Et a talibus humoribus fuit ita ſegregatus uterus. b. vir. ꝙ nõ intumuit ita repente moderante ſpiritu. ſ. agregationem illorum humorũ virtute diuina.

Quarto queritur Quia ſecundum premiſſa fetus iſte glorioſus perfecte formatus plus fuit in vtero matris quam aliquis alius. Cum per. 9. menſes fuerit ibi homo perfectus ⁊ ſic veniſſet ad maiorem tumorẽ vterus. b. virginis per prolixius augumentum. Et dicitur ꝙ iſtud augumentum fuit contemperatum diuina virtute vt perueniret ad aliorum fetuum cõformitatem. b. virg. partus ſicut ſupra d' generatione humorum eſt tactum. Sed remanet dubiũ. Utrum in omnibus iſtis beata. vir. fuit actiue cooperata. Et dicunt communiter doctores theologie. Quod ipſa vere fuit mater chriſti. Et quidquid faciunt cetere matres ad prolis ſue generationem vt ſint vere matres totum ipſa fecit. Item queritur quid fecit beata virgo. Si cetere matres cooperantur actiue ad ſue prolis formationem. Et dicunt aliqui quod non. Sed ſolum miniſtrant materiam: tota vero actiuitas eſt in ſemine patris. Iſtud tamen non videtur rationabile. Quia cum anime viri ⁊ mulieris ſint eiuſdem rationis. Eo quod conſtituunt formaliter in diuiduum eiuſdem ſpeciei oportet quod habeant potentias eiuſdem rationis. Et ideo cum potẽtia generatiua pertineat ad animam vegetatiuam ſicut anima uegetatiua eſt vtrobique eiuſdem rationis. Ita potentia generatiua eiuſdem rationis. Potentia autem actiua ⁊ paſſiua non ſunt eiuſdem rationis.

Secunda de parturitione. In iſto ſacratiſſimo partu conſiderantur quatuor actus.

Primus. fetus maturatio que facta fuit virtute aĩe vegitatiue chriſti eius corpus vegetantis ⁊ augumentantis donec veniret ad vltimatam in vtero perfectionem que eſt maturitas fetus.

Secundus. fetus expulſio que fuit per virtutem expulſiuam anime virginis facta que ſemper eſt ad expellendum omne maturum in corpore.

Tertius. fetus egreſſio. Et iſta fuit totaliter ſupernaturalis. quia tamen fuit egreſſus clauſo beate virgi. vtero. ibi oportuit duo corpora eſſe ſimul in eodem loco. Et ideo cum ad iſtud nõ attingat virtus creata ibi non videtur aliquid feciſſe nec anima prolis nec parentis actiue.

Quartus. fetus ſeparatio cum prefuerit adiunctus cum materia iſta ſeparatur non videtur fuiſſe facta miſterio alicuius obſtetricis. ſ. quia ibi ſola beata virg. talium ignota in nuit euangeliſta. Et ideo videtur virtus diuina talem ſeparationem feciſſe vt iſta ſeparatio fieret ſine dolore.

Sed queritur primo. Si iſte partus fuit effuſus ſine omni dolore. Et dicitur ꝙ ſic ſecundum illud. yſa. vltimo capitulo. Ante quam parturiret peperit. i. ante quã

dolores partus ſentiret peperit. Sicut.n. conceptus fuit ſine libidine. Ita eius partus debuit eſſe ſine omni dolore.

Secundo queritur Quomodo potuit fieri ſine dolore reuolutio partus in vtero. cum talis commotio naturaliter inſligat dolorem. Et dicitur quod in eſſentialiter ordinatis ꝛ realiter diſtictis. Deus poteſt facere prius ſine poſteriori. Et ideo cum dolor ſit effectus leſionis in carne poſſet facere leſionem ſine omni dolore. Et circa quācunque comotionem.

Tertio queritur Quod licet egreſſio corporis chriſti ex vtero virginali clauſo fuerit facta ſola diuina uirtute cum parere ſit fetum emittere. Tunc beata virgo non peperit ſed ſola diuina virtus. Et dicitur. Quod non videtur inconueniens ſi virtus creata concurrat ad miraculum preueniente diuina virtute ad remouendum impedimētum.

Quarto queritur. Si beata virgo fuit vera mater ex iſto partu. Et dicitur quod non videtur fuiſſe mater niſi ex preuia generatione natiuitatis in utero. Quia cum maternitas ſit res ꝯſis actum generationis ipſo completo ſtatim influit. Ideo dicit ſācta heliſabeth chriſto ad huc manēte i vtero virginali. Luce. primo capitulo Unde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me.

tertiuȝ miſte^m Tertium miſterium de chriſti nuncupatione ibi. et uocabis nomen eius ieſum. Quod nomen non ſolum beata virgo ſed etiam ipſi Ioſeph fuit predictuȝ. Math. primo capitulo dicit angelus Ioſeph de beata virgine. pariet autem filium et vocabis nomen eius Ieſum. Et notandum ꝙ nomen iſtud ſanctiſſimum quadruplicem habet ſignificationem.

Prima ſaluator. Et cōuenit paſſioni. Quia tunc ſaluauit genus humanum per mortem ſuam. hebr. nono capitulo. Noui teſtamenti mediator eſt vt morte intercedente in redemptione earum preuaricationum que erant ſub priori teſtamento.

Secunda ſalutaris. Et conuenit in carnationi. Quia peractum ſalutationis conceptus fuit. et in primo inſtanti ſue conceptionis anima ſua fuit beata.

Tertia ſalus et cōuenit ſue eterne generationi quia ex ipſa habet nō ſolum quod ſit beatus ſed etiā quod ſit ipſa beatitudo. Et idem eſt hic ſalus et beatitudo ſicut idē eſt ſaluare et beatificare.

Quarta ſalutare. Et conuenit noſtre beatificationi. In qua ipſe ieſus eſt obiectum nře interioris beatitudis dupliciter

Primo interioris ſecūdum ſuā deitatē

Secunda et exterioris ſecundū ſuam humanitatem. Io. x. c°. Ingredietur ꝛ egredietur ꝛ paſcua inueniet. De hoc nomine poteſt dici illud Pſalmi. R. xviij. c°. Celebre factum eſt nomen eius nimis.

Quartum miſterium de iſtius filij comendatione ibi. hic erit magnus. et fi. al. vo. Quod miſteriū cōtinet duas ueritates quartū miſte^m

Prima ď comendatione abſoluta. ibi. hic erit magnus. ꝛ notādum quod quinqȝ modis dicitur aliquis magnus.

Primo ſecundum poteſtatem. ſicut dictum eſt dauid ſecundi. R. vii°. capitulo. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra.

Secundo ſecundum dignitatem. ſicut dicitur de habraam eccle. xliiij. capi. Habraam magnus pater multitudinis gētiū.

Tertio ſecundum facultatem Iob. p°. capi. Eratqȝ vir ille. ſ. Iob magnus inter omnes orientales. Quarto ſm ſolēnitatem. ſicut dr̄ de Moyſe exo. xj. ca°. Fuitqȝ Moyſes vir magnus valde in terra egypti corā ſeruis pharaonis ꝛ omni populo.

Quinto ſecundum veritatem. Sicut dicitur de Io. bap. luc. p°. ca. Erit eniȝ magnus corā dňo vinum ꝛ ſiceram nō bibet Ad ppoſitū filius bea. vir. fuit magnus.

Primo ſecundū poteſtatem. Athanaſius in ſimbolo. Oīpotens pater oīpotens filius. ſapie. viij. ca. Oīpotens ſermo tuus dňe de celis a regalibus ſedibus venit.

Scđo ſm dignitatem. apoc. xix ca. Rex regum ꝛ dňs dňantiū. Et ſm dignitatem pontificalē. hebr. iiij. ca. Hńdicentes pontificē magnū. q̄ penetrauit celos ieſū fi^m dí.

Tertio ſȝ facultatē ſpūalis theſauri col. ij. c. In quo ſunt oēs theſauri ſapie. dei abſcōditi. Quarto ſm ſolēnitatē. luc. vij. c. ꝓpha magnus ſurrexit i nobis. Quinto ſm ꝟitatē. hebr. p°. ca. Tāto melior angelis effectus q̄to differētius pre illis nomē hereditauit. vbi Aug. in ſpūalibus hoc ē maius qđ eſt melius. Scđa veritas ē de comēdatione reſpectiua ibi. ꝛ filius al. vo. Ex iſta veritate excutif documētum ꝯ neſtorianos. Qui dicūt ꝙ. b. vir. nō ſolū fuit xpotocon. i. genetrix xp̄i ſȝ etiā fuit theotecon. i. genetrix dei. q̄ cū dixiſſet angelus. Ecce concipies ꝛ pa. fi. ꝛ vo. no. eius. i. adiunxit. hic erit ma. ꝛ. fi. al. ꝛ ſic pȝ ꝙ idē numero fili⁹ eſt queȝ peperit. b. vir. ꝛ quē genuit altiſſimus. Sed p° queritur quō pōt eſſe idem numero filius dei p̄ris. ꝛ filius. b. vir. matris. Cū generatio paterna ſit terminata ad deitatē. ꝛ materna ad humanitateȝ. Et dicitur ꝙ licet diſtincte nature ſint termini iſtarum generationū. q̄ tū vtraqȝ iſtaruȝ naturaruȝ generatio eſt in eodē ſuppoſito. Iđ iſtud ſuppoſitum p vtrāqȝ naturā dr̄ generari Scđo queritur ſi eadē filiatio xp̄i eſt ad. b. vir. ꝛ ad deum patrem. Et dicitur ꝙ cuȝ vna ſit eterna ꝛ alia tēporalis pro eo ꝙ ab eterno filius patris. ꝛ ex tēpore filius matris eſt non poteſt capere ratio ꝙ filiatio ſit vna lȝ filius ſit vnicus.

quintū miſt.^m Quintū miſteriū de iſtius filij ꝓmotione ibi. Dabit illi dňs. d. ſe. d. p. ſ. Et continet tres chatolicas veritates.

¶ Prīa de regia maieſt. ibi. ſedē dđ. p. e.

¶ Scđa de regni proprietate ibi. ꝛ regnabit in domo Iacob in eternum.

¶ Tertia de ipſius regni vie perpetuitate. Et regni eius nō erit fi. Sed queritur primo que fuit iſta ſedes dđ danda xp̄o. Et dicitur ꝙ fuit poteſtas regia cōferenda ipſi xp̄o vt homini q fuit de domo dđ ſȝ rectā lineā ꝓgenitus. Sicut debef filio regis dignitas regia in regnis in qbus reges ex genere prodeunt. Scđo queritur quō iſta ſedes que fuit iuriſdictio regni tēporalis fuit xp̄o data. cum ipſe recuſauerit fugiēdo regnum. terrenum. d. Io. xviij. ca. Regnum meum non eſt. de hoc mundo. Et dicitur licet ius habuerit in iſto regno mundano. tamen illud ius exercere noluit.

¶ Quia venit primo iudicari.

¶ Secundo venit iudicare.

Tertio queritur. q̄ regnum ꝙ iure debetur ſȝ nondum ex parte habetur. ꝛ ideo ſi pro ſecundo aduentu differtur tunc verbum angeli nonduȝ fuit ad impletum. Et dicitur ſicut dauid fuit vere rex ex quo fuit vnctus dicente ſamuele. p. R. xv. ca°. Scidit dominus regnum iſrael ad te hodie ꝛ tradidit illud proximo tuo meliori te. Non tamen regnauit dauid niſi mortuo ſaule. Ita chriſtus fuit rex ab origine vnctus gratia ꝛ virtute. act. 2. capitu. Ieſum nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus ꝛ. prodigiis ꝛ ſignis que fecit deus per illum in medio veſtri vnct⁹ dico in regem ꝛ ſacerdotem. Tamē regnare diſtulit vſque ad ſecundum aduentum mortuo. ſ. antechriſto. Quarto queritur Iſta maieſtas regia ſecundum quam expectatur regnaturus in ſecundo aduentu nō videtur eſſe eiuſdem rationis cuȝ illa quā habuit. ꝛ ſic nec eius ſedes. Et dicitur licet non ſit eiuſdeȝ ſpeciei tamen poteſt dici dauid. quia ipſi promiſſa in ſemine ſuo.

Quinto queritur. Quomodo regnabit in eternum. Cum iſta domus ſit deſitura. Et dicitur licet ſit deſitura ſecunduȝ curſum naturalis propagationis non tamen ſecundum remunerationem finalis reſurrectionis in electis illius generis in quibus regnabit chriſtus perpetuo.

Sexto queritur. Secundum predictuȝ modum non ſolum regnabit in domo iacob. ſed etiam in omnibus electis. Et dicitur ꝙ prophete. xij. apoſtoli. mater domini ꝛ Io. bapti. fuerunt de iſta domo. Sed principalis inter eos erit xp̄s. Sicut dicif francorum rex quāuis in pluribus nationibus maioribus ipſa francia regnet.

Quarta particula de bea. vir. interogatione ibi. Dixit autem ma. ad an. quomodo fi. i. q. ve. nō. co. In qua bea. vir. tria facit quarta ꝑticu^a

Primum. q̄ verbū auditū angeli verum ſupponit. d. fiet iſtud.

Scđm. q̄ iſto ſuppoſito tāꝙ ꝟo modū quō pficietur iſtud queſiuit. d. quomodo.

Tertium aſſignat rationem quare. di.
quoniá virũ nõ cognoſco vt oſtenderet ꝙ
iſta dubitatio de modo ⁊ non defacto rati
onabilis erat cum dixiſſet concipies ⁊ pa‑
ries .fi. ⁊ in ea ſemper manebat virginita
tis integrum propoſitum. Cuȝ quo adhuc
ignorabat quomodo poſſet habere filium
promiſſum. Et notandum ꝙ cauſa iſtius
queſtionis hic poſita a beata virg. non eſ‑
ſet multum euidens ſi ibi poneretur iſtud
verbum cognoſco pro preſenti tempore.
quia licet ſit aliqua virgo in preſenti nõ ta
men repugnat ei infuturum habere partuȝ
per naturam. ⁊ hic partus in futurum pro
mittebatur Et ideo oportet dicere ꝙ li. co
gnoſco accipitur pro tempore futuro. i. nõ
cognoſcam. quia certificata erat per diui‑
nam reuelationem ꝙ ipſa ⁊ ſponſus eius
Joſeph permanerent perpetuo in virgini‑
tate. Sed notandum ꝙ iſta ſumptio pre‑
ſentis temporis pro futuro declaratur qn‑
tupliciter in ſacra ſcriptura.

Primo numeri. xvi. capi°. Ubi datan
⁊ abiron dixerunt Moyſi. Non veni‑
mus. i. non veniemus cum ad conſilium
vocarentur.

Secundo ſecundi machab. vij. capitu.
Ubi adoleſcens ſciēs martiriũ dixit. Nõ
obedio precepto regis ſed precepto legis ⁊
ſanitates perficio.

Tertio luc. 13. capi°. Ubi miſit chriſtus
herodi. di. Ecce demonia eiicio ⁊ ſanita‑
tes perficio hodie ⁊ cras. ⁊ die 3ª cõſumor.

Quarto apoca. primo capi°. Ecce venit
cum nubibus.

Quinto apoch. vltimo capi°. Ecce ve‑
nio cito. d. dominus ⁊ clarum eſt ꝙ accipi
tur hic preſens pro futuro. ⁊ ſimiliter acci‑
pitur in propoſito. Quomodo fiet iſtud. q.
vi. n. co. i. non cognoſcam.

Quinta particula de angeli reſponſio‑
quinta pticuª ne ibi. ⁊ reſpondens angelus. di. ei. In qua
notantur duo miſteria.

Primum de angeli ad queſtionem. be
primuȝ miſteᵐ ate vir. ſolutiõe. ⁊ aſſignat duplicē modũ.

Primus per ſpiritus ſancti operatio‑
neȝ ibi ſpiritus ſanctus ſuperue. in te. ſ. ad
cooperandum iſtud.

Secundus per totius trinitatis ab om‑
ni infectionis preſeruatione. ibi. ⁊ virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. ⁊ iſti duo. modi
reſpondendi dati fuerunt ab angelo duo‑
bus motiuis quos habuit bta. vir. in iſta
felici dubitatione.

Primum motiuũ fuit. quia iſta conce
ptio fieri nõ poſſet ſolis mulieris cauſatio
ne. Ideo dicit ſpiritus. ſ. ſuperu. in te. q. di.
Tu non eris ſola. quia tecum erit concur‑
rens virtus infinita ſpiritus. ſ.

Secunduȝ. quia iſta conceptio fieri poſ
ſet ſine carnis concupiſcentia. Ideo dicit
⁊ virtus al. ob. ti. Sicut enim vmbra con
fert ardoris obumbratio. Sic diuina
protectio hic cuſtodiuit beata vir. a concu‑
piſcentia inflamante.

Sed primo queritur quare di. hic ange
lus ſpiritus. ſ. ſuperue. in te. ⁊ non dicit de
patre vel de filio. Cum deitatis opera ad
extra ſint indiuiſa. Et tota trinitas xp̄m
incarnauit ſecundum beatum Auguſti‑
num primo de trinitate. Et dicitur ꝙ licet
nulla productio ad extra ſpiritui ſancto ſit
attributa tamen bene inueniuntur aliqua a‑
propriata. Sicut in perfectionibus intrin
ſecaruȝ. Charitas appropriatur ſpiritui ſan
cto. ſicut ſapientia filio. ⁊ quia magis iſtud
miſteriũ. ſ. actus incarnationis ex ſumma
dei charitate proceſſit. ideo ſpiritui ſancto
conuenienter appropriatur.

Scdo queritur qre magis iſtud miſte‑
rium fuit appropriatuȝ ſpiritui ſancto quã
filio. Cum filius fuerit incarnatus ⁊ non
ſpiritus ſ. Et dicitur ꝙ incarnatio ſecun‑
dum aſſumptionem fuit propria filij. qui
ſolus aſſumpſit humanitatem. tamen per‑
factionem talis vnionis fuit magis appro
priata ſpiritui ſancto ratione pretacta.

Tertio queritur quare dicit angelus.
ſancti: id eſt bone operationis: quam dat ſpi
ritus ſanctus.



¶ Dñica ſcd̄a aduētus. Sermo de euangᵒ.

Ohānes cū
audiſſet in vinculis opera
i chriſti: mittēs duos de di
ſcipulis: ait illi ⁊c. Mat.
xjᵒ. Sicut vidimus ꝙ ad
introductionē forme na
turalis oꝫ mām debitam diſponi. Hec autē
diſpoſitio ſit per prohibentium amotionem:
⁊ per mouentium adhibitionem. Sic reuera
in ſpūalibus inuenit: qꝛ ad hoc vt forma gra
tie diuine introducat: oꝫ vt ipſa voluntas de
bite diſponat. Hec aūt diſpoſitio ſit per vitio
rum extirpationem: ⁊ virtutum inſertionem.
Qđ quidem p̄tendens ſaluator: noſtre imagi
nationi tres cōſiderationes in euangelio iſto
moraliter intellecto repreſentat.
¶ Prima ꝯſideratio eſt de debita diſpoſitio
ne voluntatis ad gratie receptionē: qđ notat
in Iohis vinculati diſcipuloꝝ miſſione. vñ
dicit. Iohes cū audiſſet in vinculis opa xp̄i.
¶ Scd̄a ꝯſideratio eſt de ꝓuida extirpatiōe
⁊ hoc per gratie infuſionem: q̄ intelligit in ſal
uatoris reſponſione: ibi. Euntes renunciate
Iohi q̄ audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vidēt. Clau
di ambulant. Leproſi mundantur. Surdi
audiunt. Mortui reſurgūt ⁊c. ¶ Tertia ꝯſi
deratio eſt de cōgrua perfectiōe volūtatis. ⁊ h̄
p̄ gratie inhabitationem: qđ intelligit in Iohe
per ſaluatoris ꝯmendationem: ibi. Illis aūt
abeūtibꝰ: cepit ih̄s ad turbas dicere de Iohe.

Prima ꝯſideratio.

Irca primam ꝯſiderationem eſt no
c tandum ꝙ voluntas cum equaliter
ſit ſubiectum gratie ⁊ peccati. ⁊ rōe
nālis inclinationis etiā infecta ſit peccato: opꝫ
ꝙ reformet per gratiā: qꝛ peccatū ⁊ gratia ra
tione ꝯtrarietatis nō ſe cōpatiuntur in eodem
ſed mutuo ſe expellunt. ¶ Hec ergo volun
tatis reformatio initiari debuit per gratiā pre
uenientem: que quidem eſt inuitatiua ad bo
num: quia eſt motus bone volūtatis: quo dꝫ
nos p̄uenit vt de ꝯgruo nos diſponamus ad
recipiendū xp̄m in mentem per gratiā. Qđ
autem hec receptio ſit nobis poſſibilis: pꝫ per
btūm Aug. dicentē ꝙ beata virgo prius xp̄ꝫ
mente concepit: q̄ꝫ carne. ſed aīa virginis fuit
eiuſdē ſpēi cum aīa nr̄a. Igit quicq̄d fuit ſibi
poſſibile: ⁊ nobis. ſed tn̄ gratia mediāte: qꝛ in
puris nālibus ipſa volūtas non meret: nec vi
tare p̄ctūm pōt. Quod pꝫ priore rōne: qꝛ nul
lum agens pōt ꝓducere effectum excedentē
ꝓpriam virtutem: niſi aſſit altior virtus. Sꝫ
mereri eſt effectus excedens potentiā ⁊ vir
tutem voluntatis in puris nālibus. Hunc ḡ
effectū nō potuit voluntas ꝓducere ſine vir
tute altiori. Hec aūt virtus eſt gratia: que eſt
principium productiuum actus meritorij.
¶ Patet etiā ſcd̄o: cum gratia ſit p̄nᵐ vite
ſpūalis: qꝛ aīa mortua peccatis: reuiuiſcit grā.
vnde gratia perficiens voluntatem: facit eiuſ
actus deo acceptos: ⁊ vita eterna dignos. vn
de ꝯcordat apl̄s. Iuſtificati igit gratia ipſius:
per fidem heredes ſimus: ſm̄ ſpem ⁊c. Sed
nunq̄d obligamur ad grām hn̄dā: cū ſit do
nū ſupnaturale: ⁊ per ꝯſequens nō eſt in po
teſtate noſtra. ¶ Dicendū ꝙ ſic: qꝛ lꝫ non eſt
in ptāte noſtra: tn̄ deus ſic ordinauit: ꝙ eam
diſponenti ſe daret. ſ. de ꝯgruo: nō de neceſſi
tate: qꝛ cum voluntas diuina ſit infinita: ⁊ grā
creata finita: per eam neceſſitari non poteſt.
vnde lꝫ ex inſtitutione diuina gratia hēat ra
tionem acceptationis: tn̄ deus poſſet actū bo
num acceptare ſine gratia: qꝛ iſte actus. ſ. ac
ceptare eſt ipſum ordinare in vltimum finem
ſcilicet vite eterne. Iſtud pōt fieri vel mediā
te gratia: que eſt habitus caritatis: quē deus in
ſtituit eſſe rōnem acceptādi: vel ſine tali habitu.
¶ Sufficit ḡ iſte ordo rōis. ſ. actum mō ordi
nari ad vitam eternā: q̄ ante nō ordinabatur.
Secus aūt eſt de peccato: qꝛ vt dictū eſt: pro
priū p̄nᵐ actus peccati eſt volūtas: qꝛ omne
peccatum eſt voluntariū: vt pꝫ per Augu. di
centē ꝙ nulla alia re ſit mens humana ſerua
libidinis: niſi ꝓpria volūtate. Dicit. n. ꝓpria
ſm̄ Ber. qꝛ nō eſt cōis cū deo ⁊ hoibus: ſꝫ
nr̄a tn̄: q̄n qđ facimus: nō ad honorē dei: ⁊
nō ad vtilitatē ꝓximi: ſed p̄p noſipſos facimꝰ
nō intendentes placere deo: ⁊ ꝓdeſſe ꝓximo
¶ Sed reuera huic ꝯ̄ria eſt caritas: ſine qua
oia alia dona non p̄ducunt ad deum: ⁊ ipa ſi
ne alijs nos p̄ducit ad deum: ⁊ per quā tota
nos inhitat trinitas: ſm̄ Augu. 15. de trini.
vñ oꝫ vt hanc relinq̄ntes: ꝯformemus eā di
uine voluntati: ⁊ hoc vinculo caritatis: qꝛ ſm̄
Ber. voluntatē ꝓpriam relinquentes: nihil
amittunt: immo lucrant: cōmutantes illam in
melius: vt cois fiat que ꝓpria fuit: qꝛ cōmu
nis voluntas caritas eſt. Et ſic habet primū
motiuum valens ad diſpōnem volūtatis: qđ

eſt grē diue reſormatio: qđ notaſ cum dicitur
Johēs q interpretaſ i quo eſt grā. Et ſignifi-
cat voluntatē gratia reformatā. Jdeo ſequiſ.
ℭ Tertium qđ reqriſ ad debitam mentis diſ
pōnem. ſ. humane volūtatis ad diuaʒ ↄfirma
tionē ibi. Jn vinculis morabiſ. Per vincula
intelligiſ ↄfirmatio volūtatis noſtre ad diuaʒ
mediāte dilectione: q̄ eſt vinculuʒ pfectionis:
ſm apl̄m. Nos ḡ debem⁹ ↄformare volunta
tem noſtrā diue voluntati: qꝛ voluntas diua
eſt regula effectuū ↄtingentium: qꝛ regula ap
poſita regulabili: eius curuitatem manifeſtat
Quia igiſ noſtra volūtas pp̄ inſtabilitatē eſt
curua: oꝫ ad h̄ vt rectificeſ ꝙ recte regule vni
atur. Hoc aūt eſt diua volūtas: q̄ ſemp̄ vni
formiſ regulat. vn̄ Aug. Jmpius eſt cui nō
placet diua ꝓuidentia. vn̄ quicqd dei ꝓuidē
tia ordinat: tenemur velle. ℭ Sʒ qualr̄ hec
ↄformatio fieri debeat: eſt notandū: ꝙ hec cō
formatio hʒ duplicē reſpectū. Unum ad volū
tatem nr̄am. Alium ad voluntatē dei. Si re
ſpicit ad voluntatē nr̄am: q̄ duplex eſt. ſ. ſen-
ſualitatis ꝛ rōis. Si reſpicit p̄mam: ſic nō dʒ
fieri cōformatio: qꝛ iſta etiā in xp̄o remurmu
rauit paſſioni: qꝛ nō fuit ↄformis voluntati di
uine in volito. Sʒ hic eſt vna dubitatio. An
in appetitu ſenſitiuo chriſti fuit pctm̄: qꝛ nō
erat ↄformis volūtati diue in volito: qđ videſ
peccatū eſſe. ℭ Dicendū ꝙ hr̄e voluntatem
diſſormeʒ diue voluntati in volito: nō eſt pec
catum: ſed hr̄e voluntatē diſſormē in forma
volendi. verbi gratia. De⁹ vult patrē meum
mori: ꝛ tn̄ vult me velle patrē meum nō mori
Ecce ꝙ ego ſum diſſormis volūtati diuine in
volito: ſed nō in forma volendi: qꝛ voluntas
diuina volebat p̄tem ſenſitiuā appetere oppo
ſitum eius qđ ipſe volebat. Sic eſt in ꝓpoſito
qꝛ nō fuit impletuʒ qđ voluntas in xp̄o voluit
vt nālis, qꝛ velle voluntatis vt naturalis non
eſt niſi inclinatio ad ſuas pfectiones natura-
les ſibi ↄuenientes. ſ. ad eſſe in corpore ꝓ ali
quo tp̄e. ꝛ voluntas diua erat ad oppoſitum:
vt non eſſet in corpore ꝓ aliquo tp̄e. ſic quan
doqꜫ nō fuit impleta: vt pʒ in orōne: qꝛ volū
tate eliciente ſimplr̄ voluit mori: vt cum dixit
Fiat volūtas: nō mea: ſed tua: ſʒ alia volūtate
vt nā non: vt cuʒ dixit. Mi pater ſi poſſibile
eſt: tranſeat a me calix iſte ꝛc. ℭ Alia eſt rōis
ꝛ hec eſt duplex. Quedā eſt determinata ad
vnum: vt eſt volūtas nālis. ꝛ ſic non eſt ↄfor
mis: qꝛ elicit actum ↄformē inclinationi nāli
ℭ Alia eſt indeterminata: vt volūtas delibe
ratiua ꝛ ↄditionata: ꝛ ſic tenemur. vel hec cō
formatio reſpicit diuam voluntatem. ꝛ h̄ vel
q̄ntum ad voluntatē ſigni ſic teneſ ↄformari:
vt pʒ de Abrahā. lʒ p̄ceptum fuerit ſibi: vt fi
lium ſuum imolaret: tn̄ voluit deus aliud: qꝛ
aliud ſignificat qđ volebat Abrahā velle. ſ. i
carnatione: ſiue imolatione filij dei. vel reſpi
cit voluntateʒ antecedentem: qꝛ ſic deus vult
omnes hoies ſaluos fieri: ſic ꝛ tu. vel reſpicit
voluntatē ↄñtem. ſic nō tenetur ↄformari: qꝛ
voluntate ↄñte vult deus mala fieri pmiſſiue
cum oīa ꝓhibere poſſet. ꝛ tn̄ nullus dʒ velle
malum: qꝛ nō ſolum malū facientes: ſunt di-
gni morte: ſed etiā qui ↄſentiunt facientibus.
Ro. 3. Differunt tn̄ voluntas añs. ꝛ ↄñs: qꝛ
voluntas antecedēs eſt reſpectu poſſibilitatis
ad ſaluteʒ. ℭ Scđa eſt reſpectus ad ſalutem
ↄditionalr̄: vt ſaluet ipſum ſi vult. Et hec nō
ſemp̄ impletur: qꝛ dependet a libero arbitrio.
Hec aūt vnitio fit p amoreʒ. Amor. n. eſt qđ
dam vinculū: qꝛ hēt quandā virtutē vnitiuā.
Huiuſmodi aūt vinculi triplex eſt funiculus
ℭ Primus eſt ↄſeruatio ſpūalis vite: ꝛ iſto
ligaſ cum corpore: ne defluat per laſciuiam.
ℭ Scđs eſt ſollicitudo bn̄ficētie: ꝛ iſto ligaſ
hō cuʒ ꝓximo: vt faciat ei ſicut vellet ſibi fieri
ℭ Tertius eſt exhibitio filialis reuerentie: ꝛ
iſto ligatur hō cum deo p debitā ſubiectioneʒ
Sed q̄nte virtutis ſit huius vinculū caritatis:
oñdit Hugo de laude caritatis: dicens. Hec
enim traxit dei filiū in virginis vterꝫ: de mun
do ad patibulū ꝛ ad infernum. Et hec eſt qua
cuncte ſaluādoꝝ aie trahuntur in paradiſuʒ.
Sed proh dolor qdam hec vincula relinquen
tes: capiunſ vinculis pctōꝝ ↄnexis multis an
nulis. Nam ex delicato victu p̄mo ↄſurgit la
ſciuia carnalis: cui innectiſ leuitas mentis: ꝛ
huic loq̄citas oris. ocioſitas tp̄is: huic horror
pnie: huic torpor negligētie: huic lāguor natu
re: huic mors gehēne. ℭ Hec vincula preui-
dens apl̄s multos alligare: lamentaſ cum fle
tu: dicēs phil. 3. Multi ambulant: quos ſepe
dicebam vobis. Nunc autē flens dico inimi
cos crucis chriſti: quoꝝ finis interitus. quoꝝ
deus venter eſt. Ad hoc vt huiuſmodi vincu
la dirumpanſ ꝛ a nobis ꝓijciantur: opʒ diue
ſapientie adhibere informationē. Sequitur.
Tertium qđ ꝓmouet voluntatis diſpōem. ſ.
diue ſapientie informatio. vn̄ dicit. Cum au-
diſſet opera chriſti. ℭ Cariſſimi ſicut videm⁹
ꝙ creatio mundi dat quoddaʒ teſtimoniū ma
ieſtatis imenſitatis ꝛ auctoritatis, ſic humani



generis repatio per filij incarnationē dat ma
ximum teſtimoniuʒ eterne bonitatis: ꝛ impē
ſe caritatis. Nam cum humanū genus p pec
catum p̄morum parentū iuſto dei iudicio fue
rit a ſupnis elōgatum: multis miſerijs impli-
catuʒ: ꝛ eternis ſupplicijs mancipatū: nec cre
atura inueniebatur: q̄ debuit ſm diuam ordi
nationem repare. Auctor creature ↄmiſeranſ
ꝛ cōpatiens ſuam inclinauit maieſtatē ad car
nis vnionem: ꝛ ſuam dilatauit caritatem per
mortis paſſionē. vn̄ ꝓpter nimiā caritatē ꝛc.
Unde ꝙ alium modū potuiſſet hūiſſe noſtre
repationis abſolute. ſ. p puram creaturā pʒ:
qꝛ mors xp̄i fuit ſcđaria cā ꝛ meritoria. De⁹
autē p̄maria noſtre redēptionis. ℭ Quicqd
deus ḡ potuit mediāte alio: h̄ potuit ſine eo.
ſed deus deleuit culpā mediāte morte filij ſui:
tanqꜫ mediāte cā ſcđa. Jgiſ potuit ſine ea. ꝛ h̄
de potētia abſoluta: ſi h̄ ordinaſſet. ſed magis
ordinauit ꝙ filius ſuus ſatiſfaceret. Et hoc ꝓ
pter multas rōes. ℭ Prima eſt vt humana
nā non teneretur tanta dilectione niſi a deo.
ℭ Jteʒ vt ex h̄ oñderet ſummā dilectionē ad
hoiem: ꝛ ex hoc per amorem eum traheret.
ℭ Jtem vt iſta ſatiſfactio eēt efficacior: ꝛ excel
lenti mō fieret. ſ. p talem: q erat infinite diligi
bilis: ꝛ p ↄñs eius actio eſſet infinite accepta-
bilis ex p̄te ſui. vn̄ Johēs. ſ. volūtas purgata
p grām in vinculis caritatis: vnitus diue vo-
luntati: cum audiſſet opa xp̄i. ſ. creationē ꝛ re
parationem: ꝛ informationē virtutuʒ: merito
debuit illuſtrari. Qđ etiā pʒ rōe. Nam btitu
do eſt p̄mium virtutis. O pʒ ḡ ad btitudineʒ
tendentes: ſm virtutem diſponi ad virtutem
aut verbis: aut exēplis. Exempla aūt alicui⁹
ꝛ verbi tanto efficacius ad virtutem inducunt
q̄nto ꝛ firmior hētur opinio bonitatiſ. Opinio
aūt bonitatis infallibilis de nullo hoie hri po-
terat: qꝛ etiā ſcti viri in aliquo inueniunſ deli
qſſe. vn̄ neceſſariū fuit hoi ad h̄ vt ad redem-
ptioneʒ grē mens debite diſponereſ: ꝙ a deo
humanato doctrinaʒ ꝛ exēpla virtutis: q̄ ſunt
opa xp̄i: audiēdo pciperet. Propter qđ dn̄s
dic̄ Joh. 3. Exēpluʒ dedi vobis. Quare Jo
hānes audiens doctrinā ꝛ exēpla xp̄i: merito
debuit p mētis adheſionē: ꝛ ſpei deſideriū aſ-
ſentire. vn̄ ſeqtur. ℭ Quartū motiuū valenſ
ad debitā mētis diſpōeʒ. ſ. volūtatis formate
p grām: p deſideriū: ſurſum actio: ibi. Mit-
tens duos de diſ. ſu. Quid p hos diſcipulos
moralr̄ intelligiſ: niſi fides formata ꝛ ſpes: q̄
ſunt due ale: qb⁹ mens eleuaſ in deū: qꝛ ex co
gnitione fidei: q̄ in dei filios adoptamur: ſm
Ber. Expectam⁹ p ſpem futurā btitudinem
q̄ ſpes orit ex meritis p̄cedentibus: grā dei co
opante. vn̄ addiſ. Tu es q ven. es. q. d. Sci
mus te p fidem formatā. Tunc. n. fides for-
mata eſt in intellectu: qn̄ caritas eſt in volūtate
An aliū expe. q. d. nō dubitando: ſʒ admiran
do grē gratū facientis delectationē ꝛ mētis ſa
tietatem. Expectam⁹ p ſpem: quaʒ hēmus ex
imaginatōe ſūmi boni: ipſʒ deſiderādo. vn̄ ad
h̄ vt mēs p deſiderium eleueſ in deum: p̄ req
ritur fides: qꝛ ſicut videmus ꝙ oculus nālis
nō pōt videre rez diſtas lumine nāli: nā illu-
ſtratus radio ſoliſ: cognoſcit etiā minima reꝝ
Sic intellect⁹ humanus q̄ntūcunqꜫ pſpicuus
nō ſufficit ad cognoſcendū deum: niſi lumine
fidei fuerit illuſtratus. Yſa. 7. Si nō credide
ritis: nō intelligetis. Hoc etiā pʒ rōne. Naʒ
btitudo hois ↄſiſtit in quadā ſupnāli dei viſio
ne: ad quā nemo ptingere pōt: niſi p modum
adiſcētis a deo doctore. ꝛ hec ſucceſſiue p mo-
dum nāe ſue. Omnis aūt talis adiſcens oʒ ꝙ
credat. Ad h̄ ꝙ ad pfectā ſciam pueniat: ꝛ ad
pfectam viſioneʒ btitudinis: p̄exigiſ ꝙ credat
deo: vt diſcipulus magro docenti. Quare
neceſſariū eſt credere ad ſalutē. vn̄ fides reqri
tur ad h̄ vt mens in deum p deſideriū erigaſ.
Qđ aūt fides neceſſaria ſit: h̄ pʒ rationibus.
ℭ Prima eſt vt citius hō ad veritatis diue
cognitionē dei pueniat. ℭ Scđa vt cognitio
dei ſit coior. Multi. n. in ſtudio ſcie ꝓficere
nō poſſunt: vel pp̄ hebetudinē ingenij: vel ꝓ
pter alias occupatiōes ꝛ neceſſitates tp̄alis vi
te. vel ēt pp̄ torporē adiſcēdi: q oio a cognitōe
dei fraudarenſ: niſi ꝓponerenſ eis diua p mo
dum fidei. ℭ Tertia pp̄ certitudinē. Ratio
eiʒ humana in rebus diuis eſt multū deficiēs
Cui⁹ ſignū eſt: qꝛ phi de rebus humaniſ nāli
inueſtigatōe pſcrutātes: in multis errauerūt.
Ut ḡ eēt indubitata ꝛ certa cogni° apđ hoies
de deo: opoꝛtuit ꝙ diua eis p moduʒ fidei tra
derenſ: q̄ſi a deo: q mētiri non pōt. vn̄ pʒ ꝙ fi
des reqriſ ad h̄ vt mens erigaſ ꝛ accepteſ: qꝛ
ſicut nunqꜫ aīa eſt deo accepta niſi ſit ordinata
q̄ntum ad voluntatem p hitum caritatis: q eſt
hitus ſupnālis: ſic nunqꜫ pōt eſſe deo accepta
niſi ſit ordinata q̄ntuʒ ad itellectū p hituʒ fidei
q eſt hit⁹ ſupnālis. ℭ Eſt igiſ duplex fides
. ſ. formata: qua exiſte in intellectu: caritas eſt
in volūtate. Alia eſt fides iformis: q̄ exiſte in
itellectu: caritas nō eſt i volūtate. Sʒ vide ne
p iſtā fidē informē dcipiariſ: qꝛ hec fides nō ē

virtus non habens in voluntate caritatē: que
eſt forma fidei. Q ꝺ non ſit virtus: pꝫ: qꝛ vir-
tus eſt habitus: quo mediante actus fit bonus
⁊ pfectus. Hoc nō facit fides informis: qꝛ nō
dirigitur caritate. i. opum impletiōe: qꝛ proba
tio dilectiōis exhibitio eſt opis ſm Greg. vn
de Ber. Fides ſine operibus mortua eſt. vn
de ſi queris que ſit fides viua: certe illa ꝑ quaꝫ
xp̄s habitat in cordibus noſtris. vnde Ber.
Tam diu xp̄s in nobis viuit: quādiu viuit fi
des. Et poſtq̄ꝫ fides mortua eſt: quodāmodo
xp̄s mortuꝰ eſt in nobis: qꝛ xp̄s ꝑ fideꝫ viuit
in nobis. vnde Ber. Sicut corporis vitaꝫ ex
motu cognoſcimꝰ: ita ⁊ fidei vitaꝫ ex opibus
bonis. Quid. n. mortua ē fides: niſi fides ſi-
ne ope dilectionis? Sicut. n. vita corporis eſt
aīa: ꝑ quā moueť ⁊ ſentit. Ita vita fidei eſt ca
ritas: qꝛ per illā operatur: vnde refrigeſcente
caritate: fides moritur: ſicut corpus aīa rece/
dente: vnde ſine fide. ſ. formata caritate: im-
poſſibile eſt deo placere. ❡ Scd̄o ad hoc vt
mens in deū per deſideriū transformeť: requi
ritur ſpes certa: vnde dicit. An aliuꝫ expecta
mus: qꝛ ꝓprius actus ſpei ē expectare. Q ꝺ
pꝫ: qꝛ expectare eſt actus voluntatis: ſed actus
volūtatis eſt velle: ſed velle nō eſt velle reſpe/
ctu rei p̄ntis: ſed reſpectu rei abſentis: ſed hoc
velle eſt expectare: vnde Aug. dicit. Q ꝺ ſpeſ
eſt certa expectatio beatitudinis future: ꝓueni
ens ex meritis ⁊ ex gratia dei. Dicit eniꝫ. An
alium. Ad inſinuanduꝫ q̄ gratia ⁊ gloria dif/
ferunt realiter: lꝫ tn̄ ſm apl̄m ſint euſdem ra-
tionis: q̄ dicit: gratia dei vita eterna. vn̄ Ber
nar. in ſmone de aſſumptiōe. Triplicē grām
diuinitus accepimus. Unaꝫ qua ꝯuertimur:
Aliaꝫ qua in tēptationibus adiuuamur. Ter
tiā qua ꝓbati remuneramur. ❡ Prima ini
tiat per quā vocamur. ❡ Secūda ꝓuehit qua
iuſtificamur. ❡ Tertia conſumat qua glīfica
mur. Prima beneplacituꝫ. Scd̄a meritum.
Tertia premiū. De prima dicitur de plenitu-
dine eius oēs accepimus. De alijs diciť gra-
tiam pro gratia: ideſt munera eterne glorie ꝓ
merito temporalis militie.

## Secunda conſideratio.

Ecunda cōſideratio: eſt de prouida
extirpatione vitioꝝ: ꝑ gratie opatio-
neꝫ: cū dicit. Euntes renūciate Jo-
hāni. ⁊c̄. Scd̄ꝫ Ber. gemina ē ſpēs vitiorūꝫ:
Alia. n. ſunt que nocent nobis: ⁊ alia que no/
cent proximo. Et hec oīa dicuntur vallis la-
chrymarꝫ: qꝛ omni fletu fluminis plangenda
eſt vita peccatoꝝ: que ſic vitijs pꝫ: qꝛ vnuꝫ ali
ud cauſat: ⁊ vnū alterius eſt pena. ❡ Primū
pꝫ. qꝛ remouēs illud qꝺ prohibet a peccato: ef
fectiue inducit aliud: ſed hoc facit peccatuꝫ: qꝛ
ſaltē demeritorie remouet gr̄aꝫ: v̄tutes: diui
naꝫ curā: angelicaꝫ cuſtodiā. vnde Anſelmꝰ.
Si q̄s volūtarie peccat: extūc niſi ꝺs maximo
miraculo ipſuꝫ abſtrahat a peccato ruit in pec
catum: vt ſibi datur in pena. Qualiter autem
peccatum fit alterius pena: vide. Nam pena
duo dicit. ſ. dānuꝫ ⁊ malū: qꝺ infligitur ꝓ de-
merito p̄cedente. Peccatuꝫ ſequens reſpectu
precedentis ſic ſe hꝫ: qꝛ in ſe eſt malū ⁊ dānuꝫ
⁊ ꝑmittitur a deo nō ſibi coaſſiſtēte ꝓꝑ demeri
tum p̄cedentis peccati. Sed dices: q̄ꝫo pecca
tuꝫ eſt pena cū ſit volūtariū? ❡ Rn̄deo q̄ ſuf-
ficit ad h̄ q̄ aliq̄d ſit pena q̄ ſit ꝯtra iclinatiōeꝫ
naturalē volūtatis: ⁊ bonuꝫ ꝯueniens ſibi in/
eſſe: quāuis nō ſit ꝯtra eius actum illicitum.
Exemplum: Martires ſuſtinebāt maximos
cruciatus: quos tn̄ ſumme volebant ſuſtinere
ergo ſuſtinebāt penaꝫ non ꝯtra ipꝫ velle: ſed
contra modū nature. Sed qꝛ vitia: vt ſic ſunt
motiua: opꝫ vt extirpētur. Hec autem extir-
patio fit ꝑ gratiā: qꝛ gratia ⁊ peccatuꝫ mutuo
ſe expellūt: cuꝫ ſint oppoſita. Q ꝺ pꝫ. ❡ Pri/
mo ex parte peccati: qꝛ peccatū priuat bonum
hominis: videlicet gratuita ⁊ certitudine de/
bita ieſſe actu: nō tn̄ priuat habilitate ad bonū
vt aliq̄ dicūt. ſ. q̄ cū iſta habilitas ſit finita: tā/
deꝫ poſſet totalr̄ tolli ꝑ maximaꝫ ꝯtinuationē
peccatorūꝫ: q̄ efficereť inhabilis ad omne bo-
num. Hoc aūt eſt falſum: qꝛ peccatū nihil pri/
uat realitatis i aīa. Cuꝫ igitur habilitas aīe ſit
ꝯnālis ſibi. igiť ⁊c̄. Hec etiā oppoꝰ. ❡ Se/
cundo pꝫ ex parte gratie: qꝛ gratia dat primuꝫ
eſſe ſpirituale: cū ſit p̄cipiū ꝓductiuuꝫ actus
meritorij: qꝛ anima mortua peccatiſ: per gr̄aꝫ
reuiuiſcit. Unde in pſona peccatoꝝ Ro. 7°.
Infelix ego homo quis me liberabit ⁊c̄. Et
ſequitur. Gratia dei ꝑ ieſum chriſtū. Pecca
tum enim non dimittitur: niſi opante virtute
infinita. Subiacet eniꝫ pene iſinite: qꝛ impli-
cat offenſam infinitā. Et ideo cū nulla creatu/
ra ſit capax virtutis infinite: opꝫ q̄ remittatur
per gratiam: ⁊ per ꝯdeſcenſioneꝫ diuinā. Et
qꝛ ſm Ber. Gemina eſt ſpecies vitioꝝ: qꝛ
aliqua ſunt remiſſibilia: aliqua irremiſſibilia:
quoꝝ vtraq̄ꝫ ſpecies: qualiter per gratiā extir
petur ē videduꝫ. ❡ Primo de remiſſibilibꝰ:
vbi nota q̄ euāgeliſta in euangelio enumerat
ſex defectus quibus aīa inficitur per peccatū.
❡ Primus eſt error ratiōis: qui intelligitur
in cecitate. ❡ Secundus eſt curuitas affectio
nis mouentis: qꝺ proponitur in claudicatiōe
❡ Tertius imundicia ꝯcupiſcentie carnalis:
que inſertur in lepre infectiōe. ❡ Quartus ē
ſeparatio anime a deo: qꝺ inſinuatur in mor-
tis inflictione. ❡ Quintus eſt duritia cordis
qꝺ innuitur in ſorditate. ❡ Sextus eſt defe/
ctus gratie ⁊ virtutū: qꝺ oſtenditur in pauper
tate. ❡ Primo dico q̄ peccatū opatur in aīa
errore rationis eligentis: cum dicit. Ceci vi/
dent. Nam cuꝫ aīa facta eſſet: vt eſſet capax
ſūme beatitudinis: date erant ei potentie ad ſū
mum bonum cognoſcendū: appetendū: ⁊ fru
endum. Sed cū homo ꝯſenſit in peccatuꝫ: cō
tra dei prohibitionem: tūc oēs vires aīe ſunt
deordinate. Qꝛ. n. homo ex amore viſibiliuꝫ
ab inuiſibiliū amore cecidit: ſola iā viſibilia co
gnoſcit: diligit: ⁊ eis inheret: ⁊ ita ceca eſt aīa
q̄ nec cognoſcit ſeipſaꝫ: vt de ea dicať: Sapi.
2°. Excecat eos malitia eoꝝ. Hunc auteꝫ de/
fectum tollit gratia: cuius eſt aīam illuminare
nō formaliter: qꝛ eſt in voluntate. Sed diciť
illumiare imperatiue p̄cipiendo actus illumi-
noſos fidei. Unde cū ideo noſtra lippa ſit fa/
cta per peccatum: qꝺ non poſſumus ꝑ nos in
telligere: nec veritatē inuenire: bene ꝺs ꝯde/
ſcendit nobis: ne in errore eſſemus: deditq̄ꝫ
nobis notitiā veritatis in fide vt regulis fidei
ſenſum noſtꝝ humiliter ſubijciamus: ſi nō vo
lumꝰ deuiare: vnde ſicut oculus naturalis nō
poteſt videre reꝝ differentias lumine natura
li: tamē radio ſolis cognoſcit etiā minima reꝝ
ſic intellectus humanus i lumine fidei cogno
ſcit defectus etiā latentes. Et h̄ eſt q̄ euāgeli/
ſta dicit. Ceci vidēt. Fides enim apperit ocu/
lum ſiniſtꝝ: cuꝫ facit hoieꝫ ꝯſiderare mala ſua
⁊ oſtendit ei eterna ſupplicia. ❡ Scd̄o apit ei
oculum dextruꝫ: cū facit hoiem ꝯſiderare diui
nam largitateꝫ: ⁊ oſtēdit ei eternam beatitudi
neꝫ. ❡ Secundus defectus eſt curuitas affe-
ctionis cū addit. Claudi ambulant. Affectus
nāq̄ꝫ datus eſt homini: vt deū diligeret. Sꝫ
per peccatuꝫ curuefactus eſt: ita q̄ eligit dete-
rius ꝓ bono. Ratio eſt: qꝛ voluntas non fer
tur in ſuuꝫ obiectū: niſi vt a ratiōe p̄oſtenſuꝫ:
qꝛ ergo ratio errat: ⁊ ſic volūtas acceptat. Af-
fectus incuruatur ⁊ claudicat a rectitudie actꝰ
Unde q̄uis homo naturalr̄ velit finem vlti
mū ſꝫ Boetiū dicentē. Inſerta eſt nobis ve-
ri boniq̄ꝫ cupiditas. Tn̄ oēs hunc fineꝫ nō cō
ſequuntur: qꝛ per electionē errant diuerſo tra
mite incedendo: ⁊ ſic ꝯtingit ipſos a fine vlti/
mo deuiare ⁊ finalr̄ fruſtrari. ❡ Hūc igitur
defectum excludit gratia: affectuꝫ rectificando
in deum: ⁊ ſic fit reductio. Nā voluntas ꝑ ca
ritateꝫ informata vitijs ſic reſiſtit: ⁊ virtuoſis
operibus fideliter inſiſtit propter deuꝫ. Que
eniꝫ curua ⁊ auerſa fuit a deo: neceſſe habꝫ vt
ꝯuerſa cogat ſe ꝯcordare cū deo. Et motus re
belles ꝑ ſtudiū boni operis ad rectitudineꝫ re
flectere diuine voluntatis: ⁊ ſic claudi incipi-
unt ambulare. Duo pedes aīe: ſunt effectus
placendi deo: ⁊ proficere proximo. Quidam
tn̄ claudicāt pede ſiniſtro. ſ. qui volūt deo va
care. nō auteꝫ ꝓximo miniſtrare. Quidā aūt
ecōuerſo: ⁊ illi claudicant dextro. Qui vo nec
deo nec ꝓximo itendunt: vtroq̄ꝫ pede claudi-
cāt: ſm illud. 3ª. re. 18. Uſquequo claudicatiſ
in duas partes? Quaſi diceret. Nūc tempus
eſt: vt deo intendatis: ſimul etiaꝫ de ꝓximo ꝓ
ficiatis. ❡ Tertiꝰ defectꝰ eſt imundicia ꝯcu-
piſcentie carnalis: q̄ infertur in lepre infectiōe
Per peccatuꝫ. n. ꝯtrahit anima maculā ⁊ effi
citur leproſa. Macula ꝓprie dicitur in corpo
ralibus: qn̄ aliqꝺ corpus nitidū: puta argentū
vel veſtimentū: ex ꝯtactu alterius corporis per
dit nitoreꝫ. Exēplum: inter oēs infirmitates
lepra eſt ꝑiculoſa: qꝛ ꝯtagioſa. Solo autem ta
ctu inficit: ⁊ tactu ceſſante nō ceſſat infectio le-
pre. Sic reuera in ſp̄ualibus: opꝫ maculam
imaginari. Habet aūt aīa hoīs dupliceꝫ nito
rem. Unū quideꝫ ex lumine naturalis ratio-
nis: ꝑ queꝫ dirigitur in ſuis actibus. Alium
ex lumine diuine illuſtratiōis: per quē etiam
homo perficitur ad bene ⁊ decēter agendum.
Eſt autē quaſi quidaꝫ anime tactus: quando
peccatur adherendo aliquibus rebus ꝑ amo-
reꝫ: ꝯtra lumē rōnis ⁊ diuine legis: vn̄ detri-
mētuꝫ nitoris ex tali ꝯtactu ꝓueniēs: macula
aīe vocať. Et q̄uis ceſſet actus peccādi: tn̄ re
manet macula. vn̄ ſicut paulatiꝫ rubigo ꝯtrahiť
qn̄ nō ſtatiꝫ macula abſtergiť: ſic venial' macl'a
ſi purgari negligiť: ſucceſſiue veniť ad rubigi
nē mortalis peccati: qꝺ non ita cito auferť. hec
aūt macula lepre ꝑ ſolā gr̄aꝫ extirpať. Nā gr̄a
hꝫ eē in aīa ꝑ modū ſanitatis gerantis. Sicut
eniꝫ hō ſanus nō inciniť a ꝯtrarietate humoꝝ
ſpirituū moleſtātiū. Ita i gr̄a exn̄s q̄ delet talē
infirmitatē nō ingeriť ab ipugnatiōibꝰ paſſio

num ipſuȝ vexãtibus ad modũ febriũ. Puta a ꝯcupiſcẽtia carnis: pro qua infirmitate dicit apl's. Inter vos multi infirmi ſunt ⁊ imbecilles ſed qñ aduenit gr̃a: tunc aĩa efficit̃ ſana. Uñ Yſa. 58. de aĩa ſeipſaȝ ad gratiã diſponentem dicit̃. Tũc erũpet q̃ſi mane lumen tuũ: ⁊ ſanitas tua citi⁹ orietur. ¶ Ratio ẽ: q2 nõ dimittitur pctm̃: niſi tollat̃ offenſa. Sȝ offenſa nõ tollitur ꝑ effectũ dilectiõis dei: q̃ eſt gratia. Hec ergo ſanatio fit ꝑ gratiã: lȝ. n. dilectio dei ſit immutabilis ⁊ eterna: tñ eius effect⁹. ſ. gr̃a qñq3 tollitur: qñ ab ipſo deficimus ⁊ iteruȝ recuperatur: cũ ad ipſũ ꝯuertimur: ⁊ h̃ eſt qḋ dicit. Leproſi mundãtur. Ab immundicia ꝯcupiſcentie carnalis: q2 ſicut lepra ſolo tactu inficit: ſic minimũ in natura. ſ. ꝯcupiſcẽtia carnis multo magis ex̃ñs in ſua totalitate. Minimũ huius vitij eſt imaginatio: nã nulli⁹ alteri⁹ vitij imaginatio: ita cito inficit ꝯſcientiã: abſorbet intelligentiã: armat inimicã carnẽ ꝯtra aĩaȝ. Sed medicina gr̃e diuine facilr̃ celeriter ⁊ integralr̃ curat. Facilr̃: q2 potẽtia dei. Celeriter: q2 ſtatim cũ applicat̃ ſanat. Integralr̃: cũ ſit indiuiſa. Salubriter: q2 ñ ſoluȝ ſanat: ſȝ ẽt in poſterũ ꝓſeruat. Hac medicia mũdatus fuit Naamã a lepra cui⁹ caro reſtituta ẽ ſicut caro pueri. 9. Reg. 2. ¶ Quart⁹ defectus ẽ ſeparatio aĩe a dõ qḋ inſinuat̃ in mortis afflictiõe. Quid enim mors niſi priuatio vite? Uñ Ber. Uñ. n. niſi ex ſeparatione aĩe ⁊ corporis mors ꝓcedit? Itẽ Ber. Quid vo in reb⁹ humanis certius morte? Quid hora mortis inuenitur incertius? Nõ miſeretur inopie: nõ diuitias reueret̃: non generi cuilibet: nec ipſi deniq3 parcet etati: niſi q̃ ſenib⁹ quideȝ eſt in ianuis: ⁊ adoleſcentibus qdeȝ in inſidijs. Iteȝ bona mors iuſti ꝓpter requiẽ: melior ꝓpter nouitateȝ: ſed optima ꝓpter ſecuritatẽ. Ecõtra mors peccatorũ peſſima: mala ſiq̃deȝ in amiſſiõe mũdi: peior in ſeparatione carnis: peſſima in vmis ignisq3 duplici ꝯtritiõe. Uñ ſȝ Ber. Studeam⁹ viuere vita iuſtorũ: ſȝ mortẽ eorũ multo magis deſiderem⁹. Sapia. n. iuſtorũ nouiſſima ꝓfert: hec mors ꝓpter peccatũ eſt nobis inflicta. Uñ Ber. Peccatũ ꝓceſſit: vt ſeq̃retur mors. Quaſi ſane diceret. Si caruiſſet hõ peccato: mortẽ nõ guſtaſſet in eternũ. Peccãdo itaq3 vitã amiſit ⁊ morteȝ inuenit. Hãc auteȝ mortẽ duplicẽ eſſe deſcribit Ber. d. Due ſunt mortes ⁊ totideȝ reſurrectiões. Prima: mors aĩe. Scḋa: corporis. Mors aĩe: ſeparatio aĩe a corpore. Hanc operatur peccatum. Hanc pena peccati. In prima reſurrectio anime. In ſecunda corporis. Primam operatur humilis: ⁊ occult⁹ aduentus chriſti. Secundaȝ glorioſus ⁊ manifeſtus xp̄i proficiet aduentus. Primã. ſ. mortem corporis nullus euadere poteſt: cuȝ ſit ꝓpria paſſio ꝯſequẽs totaȝ naturaȝ ſpecificaȝ ⁊ ſolã humanam. Sed ſecũdaȝ mortẽ. ſ. anime ſola gratia tollit: ipſaȝ viuificãdo: q2 ſicut corpus ꝑ animaȝ: ita aĩa ꝑ gratiaȝ viuit. Et ideo ſicut decedente anima corpus moritur: ⁊ adueniente viuificatur. Ita ⁊ aĩa per gratiam. Et hoc eſt: qḋ dicit euangeliſta. Mortui reſurgunt: ideſt aĩa mortua ꝑ peccatũ. Peccata. n. mortalia habent animaȝ occidere: que per gratiam viuit. Roma. 6. Stipẽdia peccati mors ſȝ reſurgũt per gr̃aȝ verbi incarnati in virgine Maria. Unde ſibi dictum eſt ab angelo. Aue gratia plena dñs tecũ ⁊c̃. ¶ Quint⁹ defectus eſt duritia cordis: qḋ innuitur in ſurditate. Surditas eſt priuatio virtutis auditiue: ⁊ inualida efficit̃ ad aliqḋ bonũ percipiendum. Sic reuera: ſurdus ſpũalis eſt: qui ſm Ber. Nõ aures ad verbũ dei audiẽduȝ aperit: ſm illud pſalm. Tanq3 ſurdus nõ audiebaȝ. Ratio eſt: q2 mens allecta ſenſibilibus: nõ niſi delectatiõibus rerũ ſenſibiliuȝ per inordinatum amorem paſcitur. Et ideo inflexibilis efficitur diuine inſpirationi: ⁊ ſic indurat̃ ⁊ ſurdeſcit. Et ẽ reuera magnũ ſignũ reprobatiõis: q2 ad reprobationẽ ſeq̃tur induratio. Et inflexibilitas diuine inſpiratiõis: ſignũ eſt eterne indurationis: q2 aĩal homo non ꝑcipit q̃ ſunt ſpirit⁹ dei. Hec autẽ ſurditas dr̃ bene cor induratũ: q2 ſicut durũ eſt qḋ nõ ſcindit̃ nec mollit̃. Sic cor durũ: nec ꝯpunctiõe ſcindit̃ ſȝ Ber. Nec pietate mollitur: nec mouetur ꝓcibus: minis nõ cedit: flagellis indurat̃: ingratũ eſt ad beneficia: ad ꝯſilia inſiduȝ: ad iudicia ſeuũ: inuerecundũ ad turpia: impauiduȝ ad ꝑicula: nec deum timet: nec hoĩeȝ veret̃. Uñ Greg. Interroget ſe vnuſq̃ſq3. Si aure cordis vba dei ꝑcipit ⁊ intelligit. Quaſi dicat: q̃ nõ. Quia oĩs preditus ſurditate ꝓdicta: nec intelligit aut ꝑcipit. Iſtuȝ defectum habet gratia extirpare: q2 gratia veniens in animã induratam ad receptionẽ diuinarũ inſpirationuȝ mollificat ⁊ habilitat audire: vt dicat illud pſal. Audiaȝ qd loquatur in me ſpiritus: qm̃ loquetur pacẽ ⁊c̃. Et ſic ſurdi audiũt. Audiunt. n. aliqui cũ ſiniſtra aure clamorem pauperũ: vt ⁊ ipſi exaudiantur. Prouer. 21°. Qui obturant aureȝ ſuam ad clamorem pauperũ: ipſi clamabũt ⁊ nõ exaudientur. Alij aperiũt dextraȝ ad audiendam predicationeȝ. Prouer. 28. Qui declinat aurẽ ſuã ne audiat legem: oratio eius execrabilis erit. ¶ Sextus defectus: eſt virtutũ defectus: ⁊ paupertatis gratie: qḋ notatur cum dicit̃. Pauperes euangelizãtur. Sicut eniȝ videmus: q̃ paupertas corporalis defectũ patitur in exterioribus bonis. Sic ſpiritualis paupertas in ſpiritualibus. vnde pſalm. in perſona pauperis clamat. Adiuua nos dñe. Et ſeq̃tur Quia pauperes facti ſumus nimis. Hãc. n. ſecundaȝ paupertateȝ peccatuȝ cauſat in aĩa: eo q̃ a fine vltimo eliminat̃: eoq3 q̃ oĩs ſpũalis boni priuatiõe deſtituta: paup efficitur ⁊ inepta ad finis vltimi conſecutionẽ. Hãc auteȝ delet gratia in aĩa ipſaȝ virtutibus adornãdo. Ratio eſt: Nã gratia cuȝ ſit radix meriti a deo cõfertur: ſic vt poſſint ſingula opa meritoria ab hoĩe ꝑfici: ⁊ q2 hoc nõ poteſt fieri niſi ꝑ virtutes. Ideo deus ꝯferendo gr̃aȝ cauſat virtutes in aĩa: qbus opa meritoria poſſent perfici. Et ideo ait apl's. Oia poſſuȝ in gratia que me cõfortat. Ex iſto ſumit̃ documentũ: q̃ maximuȝ ſignũ gratie in hoĩe eſt opari virtuoſe. Quia cum hoc ꝑficere nõ poſſit: niſi ꝑ ceteras virtutes quas gr̃a cauſat in aĩa. Ideo ab opib⁹ deuenimus in cognitionẽ habituũ virtuoſorũ: ⁊ ab iſtis in cognitionẽ gr̃e: que ẽ radix oium aliorũ. Unde dicit. Pauꝑes euãgelizantur: ideſt ditantur euãgelij theſauro pretioſo: ſcilicet gratia: ⁊ ſic patet ſecunda ꝯſideratio

Tertia ꝯſideratio.

Tertia cõſideratio: que eſt de cõgrua volũtatis ꝑfectiõe: ⁊ hoc ꝑ gratie inhabitationeȝ. Ibi. Beatus ⁊c̃. eſt. Nam ſicut per gr̃aȝ verbi incarnati vitia extirpantur. Sic ꝑ gratiã verbi: paſſim virtutũ infuſione voluntas ꝑficitur. Quod pȝ: q2 ꝑfectum eſſe: oẽm additionem excludit. Et ideo vbi nõ eſt perfectio: additio nõ eſt adhibenda Sed cum voluntas noſtra quoad partes virtuales ineſſe grato: multum ſit imperfecta. eo q̃ virtutes non ſint ſibi innate. Ideo ad eius perfectioneȝ requiritur: vt ſibi virtutes infundantur. Hoc autem ſit per gratiaȝ: quare ⁊c̃. ¶ Circa iſtaȝ ꝯſiderationem: ponenda ſunt tria documenta. ¶ Primuȝ eſt: q̃ gratia orta a verbo paſſo ꝑficit animam ineſſe grato ꝑ virtutes eius. Ratio eſt: quia gratia eſt principium productiuuȝ actus meritorij: ⁊ in actu conſiſtit beatitudo: inquantum elicitur a gratia: quia actus non accipitur: niſi in habitudine gratie ad habitum quo elicitur. Et gratia habet rationem acceptationis: quia ex diuina inſtitutione. Hoc eſt: q̃ quicunque habet gratiam: ſit deo acceptus. Hanc autem gratiam meruit nobis Chriſtus ſua paſſione omnibus ſufficere: Licet ſolum predeſtinatis efficaciter: vt ei dicamus. Uiuat obſecro anima mea ob gratiam tui: quando ſcilicet auerſi conuertuntur: ⁊ ꝑuerſi corriguntur: ⁊ conuerſi proficiuntur. Unde dicit. Beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus ⁊c̃. Quaſi dicat per contrarium. Qui fuerit emendatus in mea virtuoſa perfectione: quam habui in paſſione ⁊ hoc per imitationem: ſcilicet merente vobis gratiaȝ per paſſionem. Hic beatus erit: ideſt certificatus de gratia animam proficiente quã merui per paſſionem. ¶ Secundum documentum eſt: q̃ fundamentũ huius gratie virtutes in nobis operantur: eſt ipſa cõſcientia: quod notatur ibi. Illis aũt abeuntibus dixit ihs ⁊c. Per deſertuȝ. n. ꝯſcia intelligit̃: q2 ſicut in deſerto ſole irradiãte genera diuerſarũ herbarũ reuiuiſcunt: ⁊ generãt: ⁊ floreſcũt. ſic ſole iuſtitie. i. gratie ſplẽdente ſuper ꝯſciam: germinant ⁊ floreſcũt diuerſa genera virtutũ in ea. Et hoc eſt qḋ dicit Ber. Bona bone ꝯſcientie reuiuiſcunt in laboribus. ſ. exercitij virtuoſi. nõ areſcunt: nec in morte euaneſcũt ſed floreſcunt: nec deficiẽt in eternũ. vnde dicit. Illis aũt abeuntibus. i. poſt vitiorũ extirpationeȝ. Dixit ihs ad turbas. i. ad diſponẽtes ſe ad gratiã. De Iohe. i. ꝯſcientia: q2 Iohannes dicit̃ in quo eſt gratia: q̃. ſ. virtutes ponit in ꝯſcientia. vnde Macrobius. Uirtutis fructus ſapiens in conſcientia ponit. ¶ Tertium documẽtum eſt: q̃ ſm Grego. ꝯſcientia eſt vas in interiori hoĩe: in quo ꝯtinentur vitia ⁊ virtutes cuiuſlibet hominis. Ne ergo in errorẽ labamur: ꝯſcia diſtinguẽda eſt. ¶ Ad declarationẽ huius nota q̃ ſm Ber. quadruplex eſt ꝯſcia: q2 aliqua eſt non bona: ſed trãqlla. Alia nõ tranqlla: ſed bona Alia nec tranquilla: nec bona. Alia trãquilla ⁊ bona. Conſciẽtia aũt prima eſt adoleſcentiũ qui in ſpe peccant dicẽtes. Dominus nõ reqret iſta. Hec aũt aſſimilat̃ arundini. vnde dicit. Quid exiſtis in deſertũ videre? Arundinem vento agitatam? Quia ſicut arundo eſt

leuis: ⁊ mollis: ⁊ vacua: ſic talem ꝯſciam habentes: cito credunt ⁊ delectationem carnalē ſequunť. vnde tales dicunt. 1. corin. 10. Qđ in macello venit: mãducate: nihil interrogantes ꝓpter ꝯſciam. Et ideo dicitur ſm̄ Ber. vulpina ꝯſcientia: que eſt tepida conuerſatio: ṁalis cogitatio: ficta ꝯfeſſio: breuis ꝯ pũctio: obedientia ſine deuotione: oratio ſine intẽtione: ſermo ſine circũſpectione. Et ideo talis ꝯſcientia admodũ arundinis leuis eſt: ad concupiſcendum mollis: ad reſiſtendũ temptationibus vacua omni gratia. ❡ Scđa ꝯſcientia eſt bona: ⁊ non tranqlla: ⁊ hec eſt eoꝝ: qui iaꝫ conuerſi ad deum: recogitant annos ſuos in amaritudine. vnde dicit. Quid exiſtis in deſertum videre? Hoiem mollibꝰ veſtitũ ⁊c. Per veſtiměta mollia intelligunť vita delicata. Hanc aũt vitaꝫ non hꝫ hec ꝯſcia: q: non eſt tranqlla. ⁊ hoc ꝓpter aſperitatē contritionis interius: ⁊ penitẽtie exterius. vnde aſpitatem eoꝝ ꝯuerſorum: q recogitant annos ſuos in amaritudine: ꝯſiderans Yſidorus dicī. Nulla penitentia grauior ꝯſcientia mala. vis autem nunq̃ꝫ eſſe triſtis: mundã conſcientiaꝫ ſcilicet per pnĩe aſpitatem habeas. ⁊ bene viue: vt poſſis dicere illud Actu. 23. Uiri fratres in ꝯſcia bona ſum cõuerſatus ad deum. quaſi dicat: conuerſatus ſum in aſpitate penitentie: qua ꝯſcientiam feci bonã ad pcipiendã gratiã: q: ſm̄ Ber. lcũs gratie eſt ꝯſcia bona ❡ Tertia ꝯſcientia eſt: que nec eſt bona: nec tranqlla. Hec eſt eoꝝ: qui in multitudine peccatoꝝ deſperãt. vnde dicit. Quid exiſtis videre? Prophetã? Etiam dico vobis pluſq̃ꝫ ꝓphetam. Uidemus. n. in moralibus ꝙ virtus ſemp ꝯſiſtit in medio. vnde lꝫ ſapiat nãm extremoꝝ: tñ ad quodcũq̃ꝫ extremoꝝ ſe declinat: ideo nõ eſt virtus ſi non tenet medium. Extrema aũt eius ſunt doloſitas ⁊ fatuitas. Sed prudẽtia ſi in ſua menſura pmanet: virtus eſt. ſi minus: fatuitas. ſi plus: doloſitas. vnde in hoc qđ dicit ſaluator. Pluſq̃ꝫ ꝓphetam. Hoc non põt ſonare in vicinũ: q: excludit doloſitatem. Doloſi. n. ꝓphete ſunt: q doloſis argumẽtationibus ⁊ falſis opinionibꝰ corda ſubuertunt ſimpliciũ a veritate recte fidei ⁊ ſtatu boni operis. Hos reprehẽdit Iheremias. 14. Uiſionem mendacē ⁊ diuinationem fraudulentã: ⁊ ſeductioneꝫ cordis ſui ꝓphetant vobis. ❡ Quarta ꝯſcientia bona eſt ⁊ tranqlla: ⁊ iſta eſt eorũ: qui carnem ſpiritui ſubdiderunt: q cum illis qui oderunt pacem: ſunt pacifici. Hanc ꝯſciam aſſimilat angelo ſaluator dicens. Ecce ego mitto angelum meum ⁊c. Angelus. n. eſt nomē officij: non nẽ. Hec autē aſſimilatio eſt ꝓpter proprietates ipius angeli. Ipſi enim ſunt cuſtodes noſtri increpatores derelinquẽtium: pmotores ad bona virtutum: ꝯſolatores patientiũ: propugnatores cõfugientiũ: itroductores decedẽtium. Sic reuera ꝯſcientia a malo nos pſeruat vnde Grego. Quid poterit obeſſe nobis: ſi oẽs derogent: ⁊ ꝯſcientia ſola defendat nos? ❡ Scđo malum noſtꝝ rephendit. vnde Seneca. Nil timendũ facit aiũm: niſi reprehenſibilis vite ꝯſcia. ❡ Tertio nos ditat virtutibus. vnde Ber. Uere diuitie nõ ſunt opes: ſed virtutes: quas ſecũ ꝯſcientia portat: vt in ppetuum diues ſit. ❡ Quarto onus penitentie alleuiat. vnde Ber. Onus qđ fertur pro domino: ꝯſcientiã alleuiat. ❡ Quinto nos a malo ſecuros facit. vnde Ber. Quid in terra quietius atq̃ꝫ ſecurius bona ꝯſcientia? Damna rerum nõ metuit: nec verboꝝ cõtumelias nec corporis cruciatus. ❡ Sexto gaudia eterna donat. Seneca. Nunq̃ꝫ ſapiens ſine gaudio eſt. Gaudiuꝫ autem non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia ⁊c̃.

❡ Dominica tertia vel quarta. Sermo de epiſtola. Sermo quintus.

g Audete in domino ſemp ⁊c. phi. 4. Cum gaudium ſit de aliq̃ bono: q̃ntum ipſum bonũ maius eſt: tanto magis de ipſo eſt gaudendum. Inter cetera aũt bona cõe bonum eſt maius: q: diuinius: vt pmo ethi. dicitur. Et ideo dicitur de ipſo maxime gaudendũ. Sed q: aduentus redẽptoris eſt quoddam cõe bonum ideo eſt maxime gaudendũ: vt dicatur. Gaudete ⁊c. ❡ In epl'is precedentibus apl's pnuncians nobis redẽptoris aduentũ: p euidentiã ſignoꝝ ⁊ ꝓteſtationem ſcripturaꝝ hortabatur nos ad ꝯdignã diſpõem: q̃ ꝯſiſtit in pfectione exercitij virtuoſi. In pſenti epiſtola hortatur nos: vt in adepta pfectiõe: iocũdemur ꝓpter certitudineꝫ expectationis: vbi occurrunt tres ꝯſiderationes.



Prima ꝯſideratio.

c Irca primam ꝯſiderationeꝫ que eſt de gaudio pfectionis ⁊ eius perſeuerantia: cum dicitur. Gaudete: ſunt quinque concluſiones.

❡ Prima ꝯcluſio eſt videre qđ ſit gaudiuꝫ. Et dicitur ꝙ cũ duplex eſt gaudiũ. ſ. ſpũale ⁊ corporale. Duplex eſt eius deſcriptio. vnde primuꝫ gaudiũ. ſ. ſpirituale eſt exhilaratio cordis habẽtis certitudinē fiducie ꝓmiſſionis diuine exhibentis liberaliter premiũ cauſatũ ex gratia dei: ⁊ de meritis pcedentibus. Et rõ eſt q: ꝓmiſit deus ſe datuꝝ liberaliter pmiuꝫ debite ſeruientibus. vnde Grego. Cuꝫ opꝰ creſcit: pmij fiducia proficit. vnde p oppoſitũ reſultat deſcriptio gaudij ſecularis. ſ. que eſt delectatio male mentis: impunita nequitia ꝓueniens ex voluptuoſa libidine carnis: occaſionata ſupfluitate cibi ⁊ potꝰ in reꝝ abundãtia: ⁊ in pace carnis: excludendo aduerſitates tpales. vnde magne mĩe indicium eſt taleꝫ negtiam impunitã non relinquere: nec gaudiuꝫ tale ſit in ſeculo: per qđ cogať qs in extremo gehẽne dãnare. vnde bene dicit. Gaudete in dño. i. in veritate: nõ in ſeculi vanitate: ſed in ſpe eternitatis. vnde Augꝰ. Sicut. n. nemo põt ſeruire duobus dñis: ſic nemo põt gaudere in dño ⁊ in ſeculo. Amicus. n. mundi inimicus dei reputabitur.

❡ Scđa ꝯcluſio eſt: ꝙ ſolum gaudenduꝫ eſt in hijs: q̃ nos ordinant in deum: cuius odiũ video in mũdanis: q gaudent in diuitijs: honoribus ⁊ ptãte. Quare aũt in hijs nõ ſit gaudenduꝫ: ratio eſt: q: iſta aliena ſunt a vera beatitudine: nec ꝯferunt ad eam: ſed pleruq̃ꝫ impediunt. Quod pꝫ: q: cum de rõne beatitudinis ſit ꝙ ſit per ſe ſufficiens: vt pꝫ p̊ ethi. Neceſſe eſt ꝙ beatitudine adepta nullũ bonuꝫ deſit hoi: ſed adeptis ſingulis hijs: poſſunt adhuc multa bona neceſſaria eſſe: puta ſapiẽtia: ſanitas. Et ideo in eis non eſt gaudendũ. vñ Ihere. 9. dicit. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua ⁊c. ❡ Item q: vertitur in luctũ ⁊ amaritudinē. Prouer. 13. Extrema gaudij luctꝰ occupat. Ideo dic̃ in dño eē gaudendũ.

❡ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ in tali gaudio eſt pſeuerandum. vnde dicitur ſemper. Iterum dico gaudete. Ratio eſt multiplex. ❡ Primo q: pſeuerãtia quicqd vult: a deo impetrat. vñ apl'i pſeuerantes in orõne: acceperunt ſpũm ſanctum. Act. 1. ❡ Scđo q bona habita cuſtodit. Augꝰ. Perſeuerantia magnũ donuꝫ eſt quo dona cetera ꝯſeruanť. ❡ Tertio q: facilia facit difficilia. vnde Ber. Procedenti de ocio ad laborē graue cernit qđ incipit. ſꝫ cum poſt aſſueſcere cepit: inuenit facile qđ añ impoſſibile putauit. ❡ Quarto pmium obtinet vñ Criſoꝰ. Tolle pſeuerantiam: nec obſequꝫ mercedē habebit: nec beneficium gratias: q: nõ qui cepit: ſꝫ q pſeuerauerit ſaluus erit. vñ apl's dicit ſemp gaudendum: non ad horam.

❡ Quarta ꝯcluſio eſt: ꝙ non ſolum gaudendum eſt in dño per affectũ: ſed etiam per effectum in opibus virtuoſis: cum dicit. Modeſtia veſtra. Hec aũt ſm̄ glo. dicitur ꝯſtantia bonoꝝ operum. Hec virtus virtutum oium mater ⁊ cuſtos eſt: omnes modificat: oẽs dirigit. vñ Tullius. Modeſtia eſt pudor honeſtans: declinans indecentiã in exterioribus: ⁊ efficit ordinationeꝫ interiorem. vbi nota ꝙ ad integritatē modeſtie tria requiruntur.

❡ Primuꝫ eſt honeſtas diſcrete ꝯuerſatõis.

❡ Scđm eſt mũdicia cordis ſincere ꝯſcie.

❡ Tertiuꝫ eſt caſtitas corporis. vnde primo dicitur ꝙ modeſtia cauet indecentiaꝫ in actu. ſic eſt caſtitas corporis. ❡ Scđo in membrorum ſitu. ſic eſt honeſtas. ❡ Tertio includit ordinationē intrinſecam. ſic eſt ſinceritas conſcientie. vnde dicit de honeſtate: ꝙ ſit virtuoſa opatio cum cõpoſitiõe moꝝ: reſpuens vitia in ſe ⁊ in alio intuitu dei. vbi innuiť ꝙ ad honeſtatem quatuor requiruntur.

❡ Quinta ꝯcluſio eſt: ꝙ tales opationes debent oĩbus innoteſci: q: ad perfectũ in virtutibus ptinet: ꝙ non ſolum ſibi viuat: ſed etiã alijs ꝓficiat ad exemplũ. vnde dicit. Nota ſit omnibus. i. veſtra ꝯuerſatio nota ſit oĩbus fidelibus: vt imiteny. Mat. 5. Sic luceat ⁊c. Et infidelibus: vt ibi nihil inueniant irreprehenſibile: ſed potius aliq exẽplo noſtro conuertantur. vnde Caſſiodorus. Exẽplo eorũ vult eos acqri. Cum. n. lucebunt opa eorum: non deerunt q imitentur bonum illorum.

Scđa ꝯſideratio.

c Irca ſcđaꝫ ꝯſiderationeꝫ que eſt de pfectorum ꝯfidentia: ad deum habẽda: cum dicitur. Dominus enim ꝓpe eſt. Sunt tres concluſiones.

❡ Prima ꝯcluſio eſt ꝙ deus ſolicitans nos ad bonũ: ſemper pſto eſt: fideliter ſibi ſeruientibus ad remunerandũ. vnde dicit. Dominꝰ enim ꝓpe eſt. vnde apl's vult dicere ꝙ dñs

dicit. Ecce venio cito: ⁊ merces mea ⁊c. Apo
ca. vltimo: dicit. n. venio cito: ne dilatio tediū
pariat: ⁊ merces mea mecū ē: vt certitudo mer
cedis ad laborem accedat. Dare vnicuiqꝫ ⁊c.
Ne malꝰ ipuniētē ſibi ꝓmittat: vñ dr̄. Dñſ
enī ꝓpe eſt. i. paratus dare qcquid opus ē: in
ſpiritualibus ⁊ in tēporalibꝰ. Unde Yſa. 55.
Querite dominum dum inueniri poteſt. Se
quitur. Inuocate eum duꝫ prope eſt.

¶ Scd̄a ꝯclo ē: ꝙ d̄s ꝓpe eſt ſemꝑ: per ſuam
grãꝫ fideliter ſuientibꝰ. Ideo cū fiducia poſt
ponēda eſt ſolicitudo tꝑalis: vñ dicit. Nolite
ſoliciti eſſe. i. ſepoſita mūdi ſolicitudine: pro/
miſſa dei p̄ oculis habere. Pº pe. 5. Oēꝫ ſoli
citudinē veſtrā ꝓijciētes in eū. Solicitudo tē
poralis facit nos indignos ꝓuidētia dei. Rō
eſt: qꝛ ſolicitudo de temporalibus reuocat ani
mū a ſolicitudine de eternis: ⁊ de ſruēdo deo
cui ſolicitudini ſolum adeſt diuina ꝓuidētia.
Tū qꝛ generat in aīa mūdi ꝯtēptuꝫ: ⁊ eternoꝝ
ꝓuꝝ amorē: qꝛ quāta ſolicitudie qs plus pro/
fundaſ in mūdi ꝯtēptu: tanto plus accēditur
in eternoꝝ amore: ⁊ p ꝯñs. Eo copioſius di/
uina prouidentia efficitur dignus.

¶ Tertia ꝯclo ē: ꝙ qꝛ ſm Greg. orō oſtēdit
deſideriū noſtre volūtatis: illi a quo qd ſpera/
mus ipetrare. Ideo poſtpoſita tꝑaliuꝫ ſolicitu
dine: ſpūalr ſolicitemꝰ p orōes ꝓ eternis. Ra
tio pōt eſſe: qꝛ q̄uis deus nobis multa dat ex
ſua liberalitate ⁊ nō petita: quedā tñ nobis pe
tentibus decreuit dare: pp noſtrā vtilitatem:
vt. ſ. fiduciaꝫ q̄ndaꝫ acceptemꝰ ad ipſuꝫ recur
rendi: ⁊ vt ēt ipſum recognoſcamus eſſe oiuꝫ
bonoꝝ auctorē. Et ideo lꝫ etiā ad ꝑficiēduꝫ il
lud bonū eternū ſimus indigni: tñ nullus dꝫ
diffidere: cū dñs etiā nos ad petēdum iſtigat.
Unde Criſo. Nunqꝫ orāti ſua beneficia dne
gat: que orātes: vt nō deficiāt ſua pietate inſti
gat. Unde dicit. In oī orōne ⁊ obſecratione
petitiōes veſtre inoteſcāt apud deū. Oratio ē
ꝓ bonis adipiſcēdis. Obſecratio fit ꝓ malis
amouendis. Gratiaꝝ actio ꝓ preceptis. Qñ
alia vult ipetrare: gratus dꝫ eſſe de p̄teritis.
Petitiōes aūt fiunt ꝓ rebus nōdū habitis. ſ.
ꝓ bonis corporis ⁊ aīe i btitudine vite eterne
⁊ a deo petēdū ē: vt poſſimꝰ i eiꝰ ſruitio ſuſtē/
tari.

Tertia ꝯſideratio.

Irca tertiam ꝯſiderationē: que ē de
c
ſaluatoris erga nos ſedula idulgētia
cū dr̄. Et pax dī: vbi ſūt due ꝯclōnes

¶ Prima ꝯº eſt: ꝙ adeptis beneficijs ⁊ gra
tijs dei. In hac vita neceſſariuꝫ ē nobis ad h
diuinum auxiliū: quo mediāte caſtꝝ aie. ſ. cor
noſtrū: qꝛ ab ipo vita ꝓcedit ſolicitꝰ cuſtodiaſ
qꝛ ſum̄ in terra inimicoꝝ vndiqꝫ ipugnaſ: ⁊ iō
ex oī parte ē muniendū. Nā īfernus ipugnāt
ꝯcupiſcētia: qꝛ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritū
Supius iminet iudiciū dei. Horrēdū eniꝫ ē
incidere in manus dei viuentis. Ratio mor/
tifera delectatio ex recordatione p̄dictoꝝ deli/
ctoꝝ: aut inſtātia tēptationū. Aſſiſtit arrogā/
tiū fratꝝ ingratitudo. A dextris obediētiū fratꝝ
feruor ⁊ deuotio. Hijs inuidēdo: ergo cōtra
carnē vigilet rigor diſcipline. Cōtra iudiciuꝫ
dei. Iudiciū ꝓpriū ꝯfeſſiōis: qꝛ ſi noſmetipſos
dijudicaremꝰ: nō vtiqꝫ iudicaremur. Contra
delectationē ex memoria peccatoꝝ frequentia
lectiōis. Cōtra tēptatiōes: orōnis iſtātia. Cō
tra fratꝝ iquietudinē: patiētia ⁊ ꝯpaſſio. Con
tra fratꝝ deuotionē: ꝯgratulatio. Hec. n. ex/
pellūt inuidiā: ⁊ ideo expedit cuſtodiri cor ⁊ in
telligētiaꝫ. Cor: ne hijs impugnationibꝰ in/
quieteſ. Intelligentia: ne erroneis dogmati
bus a veritate fidei abducatur.

¶ Scd̄a ꝯº ē: ꝙ ab hijs ipugnationibꝰ ſola
pax dei nos p̄ſeruat: vñ ſic triplex ē ingratitudo
ipugnationū: ſic triplex pax dei ad p̄ſuādum
nobis ꝯferſ. Nā ratio pacis i generali ē repu
gnantiā oēꝫ excludere. Uñ dicit Aug. Pax
corporis ē ordinata partiū. Pax aie ordinata
cognitiōis actiōiſqꝫ ꝯfeſſio. Pax aie ⁊ corpo/
ris eſt ordinata vita ⁊ ſalus mētis. Pax hois
mortalis ⁊ dei ē ordinata i fide ſub eterna le/
ge obediētia. Pax hoiuꝫ ē ordinata cōcordia
cohabitātiuꝫ. Et iō Aug. de ciuitate dei dicit
Quid ē aliud victoria: niſi repugnātiuꝫ ſubie
ctio? Q̄ cū factū fuerit: pax erit. Et h ē qd̄ di
cit. Et pax dei. Quā. ſ. dat ipſe d̄s. Uel pax i
creata: que eſt d̄s. Ephe. ⁊ . Ipſe ē pax nr̄a.
Igiſ ⁊c. Que exupat oēꝫ ſenſuꝫ. i. oēꝫ intel/
lectū creatū. Cuſtodiat corda vr̄a. ſ. a mala af
fectiōe. Et itelligit: vr̄as. Ita vt extra ipſum
nihil itelligatis. Et iō dicit. In xp̄o ihu. Qꝛ
q cū xp̄o hñt pacē: nō timēt aduerſa. Et ideo
dicit Ber. ſuꝑ illo verbo. Pacē meā do vo/
bis: pacē deſidero ⁊ nihil ampliꝰ: cui nō ſuffi
cit pax: nō ſufficis tu. Tu es. n. pax nr̄a. Uñ
addit Ber. Uirtus i pace acquiritur: in p̄ſſura
ꝓbatur. vnde cū noſtro genere bene agitur:
ſi daſ frui pacē dei. vnde amicꝰ ſic adiutus a
deo poterit dñari ſui: vt nō dominetur ei oīs
iniqtas ⁊ iniuſtitia: qd̄ nobis ꝯcedat ⁊c.



¶ Dominica q̄rta vel ſm alios dñica tertia.

Iſerunt iu
m
dei ab Iheroſolimis ſacer.
⁊ leui. ⁊c. Ioh. p̄. Scd̄m
moraleꝫ ſenſuꝫ huius euā
gelij. Per iudeos intelli-
gūtur mūdane vanitates:
q querunt ꝓpriā gloriā: ꝯfidentes de ſeipſis
⁊ aliorum gratijs inuidentes. Hij videntes
aliquē in quo eſt grā dei. ſ. Iohānē zelū aiaꝝ
habentē: ⁊ errantes a ſordibus peccatoꝝ: vo/
cantem indignātur. Nā miſſio ⁊ interroga/
tio p alios: indignationem oſtendit dicens.
Tu quis es? Fit auteꝫ hec miſſio ab Iheroſoli
mis. Multi ſunt qui videntur filij pacis: qui
inuidie ſtimulis agitantur. Fit aūt interroga/
tio de tribus. ſ. de caritate: que intelligiſ per
xp̄m. De vite auſteritate: que intelligitur per
Helyā. De ſcientia que per prophetam intel
ligitur. Et ideo iuſtꝰ humilitate precludat ar/
rogantiaꝫ ⁊ dicat. Ego vox ⁊c. Quaſi. d. ꝙ
qui nō querunt laudē hoiuꝫ: digni merito re/
putātur laude dei. Propter qd̄ Iohānes ſu/
per oēs adeo laudatus eſt. Math. xiº vbi di
citur. Plus q̄ꝫ propheta. Eſt aūt triplex que/
ſtio: tria iplicans. ¶ Prima dicit p̄ſumpti/
onē proprie dignitatis: dicens. Tu quis es?
¶ Secunda innuit reputationē ex laude alte
rius: dicēs. Quis es vt reſponſuꝫ demꝰ ⁊c.
¶ Tertia laudeꝫ proprij oris ſordeſcere oſtē
dit dicens. Quid dicis de teipſo. ⁊c. Cum di
cat apl̄s. 2. corint. 10. Qui gloriaſ: in domi
no glorietur. vnde vir ſpiritualis ſic interro/
gantes nūcios: ſciat eſſe regis babilonis. Et
occultans domū eis aromatuꝫ: caute reſpon/
det. ¶ Primo docēs quēlibet ſentire de ſe/
ipſo: ꝙ ex ipſo nihil ſit. ¶ Secundo non cu/
rare hoium laudē. ¶ Tertio: vitare iactantiā
negatiue dicens. Nō ſum. ſ. xp̄s: excludēdo
famam ⁊ nominis claritateꝫ: que ſignificatur
per Chriſtū: propter vnctionem. Canti. pº.
Oleū effuſuꝫ nomē tuum. ¶ Secundo: ne/
gando vite auſteritatē: que reddit homines i/
tractabiles ⁊ rigidos. Contra qd̄ dicit. Nō
ſum Helyas. ¶ Tertio negando ſcientiaꝫ:
Iactātes eniꝫ de ſcientia a deo cecari merētur
Uñ Mach. 3º. Propterea vobiſ nox ꝓ viſio
ne erit: ⁊ iō dicēdo. Ego vox clamantis in de
ſerto. Ubi ſibi nihil aſcribit: ſed clamāti. q. d.
ſiſtula ſuꝫ. Nō ille q clamat. Math. 10. Nō
vos eſtis qui loquimini. Iactantiam etiaꝫ ex
cludit dicēs. Cuius nō ſuꝫ dignus ſoluere co
rigiā calciamenti ⁊c. vnde ad hoc vt qs eua/
dat ipugnationē predictaꝝ vanitatū: oportet
vt viaꝫ meriti p penitētiaꝫ p̄paret: ipletione
p̄ceptoꝝ: ⁊ ſemitas ꝯſilioꝝ rectificet: intentio
neꝫ in deū imediate dirigendo. Ad qd̄ etiam
requiritur ꝯtritio: q̄ etiā nobis exprimitur i aqs
lachrymaꝝ. vnde dicit. Ego baptizo in aqua
q. d. in ꝯtritōe lachrymas fundere poſſū. Sꝫ
mediator xp̄s haſ ſtādo i cruce paſſiōis digni
ficauit. i. meritorias fecit diuina acceptatione
cuius humanatio ē ſupra humanū intellectū.
Et ideo ſciētes hos nūcios eſſe doloſos: qꝛ ex
pharifeis. ſ. diuidētes nos a nr̄a ſalute. Ideo
menteꝫ noſtraꝫ diuine voluntati ſubijciamꝰ:
quia hec non fiunt niſi in Bethania: ideſt in
domo obedientie. Trans iordanem: ideſt hu
mili corde: vbi ſolum Chriſtus lachrymaruꝫ
effuſionem operatur. Secundum quod di/
cit Iſidorus de ſummo bono. Multos re/
miſſa conuerſio in priſtinos errores duxit.
Ne ergo quis torpore mundanis erroribus
immergatur. Utile eſt ſeruo dei plus conuer
ſionem temptari. Quatenus a torpore negli/
gentie ſolicitudinibus vitijs ad virtutes ani/
mum per exercitium preparet vitiorum. Sal
uator dat formam conuerſis reſiſtendi. Et iō
in euangelio quatuor occurrūt ꝯſideratiōes.

Prima conſideratio.

Irca primam cōſiderationem: q̄ eſt
c
de ꝯuerſoꝝ mediante gratia: perfe/
ctione: que intelligiſ in hoc noīe Io
hannes: qd̄ interpretatur in quo eſt gratia.
vbi ſunt due concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ incohoantibus p ꝯuerſi
onem ꝓmittitur p̄miuꝫ: ſed pſeuerantibꝰ daſ
vnde ſcriptum eſt. Qui pſeuerauerit ⁊c. Yſi
doruſ. Tunc. n. placet noſtra ꝯuerſio deo: qñ
bonū qd̄ inchoamus: pſeueranti fine ꝯplemꝰ
¶ Scd̄a ꝯclo eſt: ꝙ lumen iudiciariū: quod
in hoīs poteſtate ꝯſiſtit: per qd̄ nos metipſos
iudicamus: qñ flentes mala noſtra punimꝰ
ꝙ ei ex bono: quod ex deo nobis eſt: ſolidius
inheremus: eſt gratia ꝯuerſionis. vnde Yſi.
Nemo ꝑpendere pōt quanti ſit ponderis in
iuſtitia: vel quāti fulgoris iuſtitia clareat: niſi
prius toto mētis niſu ꝯuertaſ ad deū: q̄tenuſ
ipo lumine quo illuſtraſ vt ſuā feditatē cogno
ſcat: ⁊ lumē qd̄ toto corde nō intuebaſ: itelligat

¶ Secunda ꝯclõ eſt ꝙ virgo glorioſa apud deum gratiã inuenit propter quatuor moralia ornamenta. ¶ Primũ eſt modeſtia: quia audit et tacet. Ipſa ſꝫ Tulliũ: eſt pudor bone ſtatis purã ⁊ ſtabilem operans auctoritatem. Prouidor. n. qui eſt timor turpitudinis vel fuga rei indecentis declinando indecentiaꝫ in exterioribus: efficit ordinationẽ exteriorẽ que modeſtie eſt. Unde modeſtia cauet indecentiam in verbo: in riſu: in motu corporis: i mẽbrorum ſitu: in habitu: in cultu: in occupatiõe vel actu: vt pꝫ in virgine. ¶ Secundum eſt verecundia: qꝛ turbata. Nõ fuit iſta turbatio ire vel doloris: ſꝫ pudoris ⁊ admiratiõis inuens verecundiam: que eſt color oium virtutum. vnde Ber. ſuper canti. dicit. Neſcio an quicq; gratius verecundia aduerti in morib⁹ boium queat: que eſt certe omnium etatuꝫ ornamentũ: ſed tenere gratiaꝫ verecũdie in teneriori etate ãplius pulchriuſq; niteſcit. Quid amabilius verecundia in adoleſcente: q̃ꝫ pulchra hec: ⁊ q̃ꝫ ſplendida gẽma mox in vita in vultu adoleſcentis. Ipſa enim eſt nuncia bone indolis: ⁊ virga diſcipline: ſoror ꝯtinẽtie: iudiciũ columbine ſimplicitatis: teſtis innocẽtie: lampas pudicitie: mentẽ iugiter lucẽs: vt nil in ea turpe reſidere attemptet: qꝺ non illico prodat. Expugnatrix malorū: propugnatrix puritatis innate: ſpecialis gloria ꝯtinẽtie: ſame cuſtos: vite decus: virtutis ſedes: virtutum primitie: nature laus: ⁊ iſigne toti⁹ boneſtatis. ¶ Tertium eſt prudentia: qꝛ cogitabat ſtatim prebere aſſenſum differebat: ne exemplum leuitatis ex ea ſumeretur: qꝛ qui cito credit leuis eſt corde. Unde qꝛ ꝓp incõſuetaꝫ ſalutationẽ intellect⁹ virginis rapiebatur in admirationeꝫ: reputabat ſe indignã tanto myſterio adaptandã. Et ideo audito verbo: prudenter reuoluit in cogitatiõe ſalutationis qualitatem: vt ſic ad ꝯſenſuꝫ ordinate duceretur. Ad hoc. n. expediebat prudentia: que non ſolum quid: quando ⁊ qualr ſit agẽduꝫ. Sed etiam mouet voluntatẽ: vt appetat bonũ poſt iudicium ⁊ fugiat maluꝫ. Et ideo Aug. dicit. Prudentia eſt amor ea quibus adiuuatur in deum pre hijs quibus impeditur ſagaciter eligens. ¶ Quartuꝫ eſt ꝯſtantia: quã habuit ex angelica ſalutatiõe di. Ne timeas Maria. Iſta confortatione indigebat: vt modus iſinuaretur. Naꝫ in hijs que ſunt ſupra naturã opꝫ humanũ gen⁹ informari de mõ ꝯtingẽte rei: vt poſſibilitas euẽt⁹ rei ⁊ ſupnãli ſaltẽ agẽte oñdať. vñ ſic ꝯfirmata: de dñi beneficio ꝯfiſa conſtanter ꝯſenſum dedit. Et ideo dicitur: ꝙ ꝯſtãtia eſt animi ſtabilitas firma ⁊ in ꝓpoſito perſeuerans. Unde a ꝓpoſito recedendũ eſt: cum creditur deo diſplicere: ⁊ tunc ꝑſeuerandum eſt: cũ creditur ei placere. Et ideo virgo glorioſa per angelũ fortificata: de diuino beneplacito prebuit aſſenſuꝫ: ⁊ inuenit gratiam. Unde dicitur. Inueniſti gratiaꝫ apud deuꝫ. ſ. oĩpotenteꝫ: cui nihil eſt ĩpoſſibile. vnde propter iſta ornamenta ad hoc opus peragendũ inuenit gratiam coram oculis dñi. Et ideo dicit Berna. Qꝺ audiuit ⁊ tacuit modeſtie eſt: ꝙ turbata fuit verecũdie virginalis: ꝙ timor per angelum remouetur conſtantie eſt: ꝙ cogitauit prudentie fuit ⁊ diſcretionis.

Tertia conſideratio.

Circa tertiaꝫ ꝯſiderationẽ: que eſt de prolis ꝯmendatione gl'ioſa: cũ dr̃. Ecce ꝯcipies ⁊c̃. vbi ſũt. 7. ꝯclões.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ huius benedicti filij conceptio ꝺ virgine fuit propter quatuor. ¶ Primo propter patris dignitatem. Nam cum xp̃s ſit verus ⁊ naturalis dei filius: non fuit ꝯueniẽs vt aliuꝫ prẽꝫ hrẽt q̃ꝫ deũ: ne dei dignitas trãſferretur ad alium. ¶ Scdo congruebat ꝓprietati filij: que quideꝫ eſt verbum dei. Uerbũ auteꝫ abſq; omni corruptiõe cordis ꝯcipitur: quin imo cordis corruptio perfecti verbi ꝯceptionẽ non patitur: qꝛ igitur caro ſic fuit a verbo dei aſſumpta: vt eſſet caro verbi ꝯueniens fuit: vt etiam ipſa ſine corruptiõe matris ꝯciperetur. ¶ Tertio ꝯgruebat dignitati humanitatis xp̃i: in qua locum peccatum hr̃e nõ debuit: ⁊ ꝑ quam peccatũ mundi tollebatur: ſꝫ illud Ioh. p°. Ecce angelus dei ⁊c̃. Nõ poterat eſſe ꝙ in natura iam corrupta ex ꝯcubitu caro naſceretur ſine infectiõe originalis peccati. vnde Aug. Solus nuptibilis cõcubitus in matrimonio Marie ⁊ Joſeph nõ fuit: qꝛ in carne peccati fieri non poterat: ſine vlla carnis ꝯcupiſcentia: que accidit ex peccato: ſine qua ꝯcipi voluit qui futurus erat ſine peccato. ¶ Quarto ꝯgruebat ꝓp fineꝫ incarnatiõis xp̃i: que ad hoc fuit: vt hoies renaſcerentur in filios dei: nõ ex volũtate carnis: nec ex voluntate viri: ſed ex deo. Cuius rei exemplũ apparere debuit in ipſa ꝯceptiõe xp̃i. Unde Aug. dicit. Opꝫ caput noſtruꝫ inſigni miraculo ſꝫm corpus naſci de virgine: vt ſignificaret ſua mẽbra de virgine etiã ſꝫm ſpiritũ naſcitura. De iſta ꝯceptiõe dicitur Yſa. 7. Ecce virgo ꝯcipiet. Et eccleſi. 26. Innoua ſigna: ĩmuta mirabilia. Sunt. n. mutata in melius: qꝛ olim homo voluit fieri de⁹: ⁊ tũ deus fact⁹ eſt homo. Oliꝫ de viro facta eſt mulier. Nũc de muliere factus eſt vir. Et bene mirabilia: qꝛ primũ vltimatur: infinitum terminať: eternitas tẽporatur: virginitas fecũdatur: diuinitas humanatur. Unde dicť. Cõcipies in vtero: nõ ab extrinſeco pricipio: ſicut alie mulieres: ſed ab intrinſeco. i: ſpiritu ſancto. Et paries. ſ. ſine dolore filiũ: nõ ſolũ tuuꝫ: ſed etiaꝫ dei: ⁊ ideo ſimplr dicit filiũ nõ ꝺterminãdo.

¶ Secunda ꝯclõ eſt: ꝙ huius ꝓlis nomẽ eſt Ihs: qꝺ interpretatur ſaluator. Cũ. n. nomen ꝓprietati rex correſpondere debeat: iuſte hoc noie appellãdus fuit: qꝛ ab effectu ſaluatõis hoc nomen impoſitũ eſt. Ipſe eniꝫ vult hoies ſaluos fieri. ſ. volũtate antecedẽte. vñ Matt. primo. Uocabis nomen eius ihꝫ. Ipſe enim ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eoꝝ. Intelligendum tñ ꝙ hoc nomen Jeſus conſequitur quadrupliceꝫ vtilitatem. ¶ Prima eſt venia peccatoꝝ. Actuuꝫ. 10. Huic oẽs prophete teſtimonium perhibẽt remiſſioneꝫ peccatorum accipere per nomẽ eius. vnde Augu. Quid eſt ihs niſi ſaluator: Igitur ꝓp temetipſuꝫ eſto mihi ieſus. In cuius figura eſt ei impoſitũ in circunciſione innuens ꝙ ꝑ hoc nomen Jeſus circuncidamur a peccatis. ¶ Scda eſt gratia donoꝝ. Luc. 2°. Inueniſti. n. gratiam apud deum. Seqtur. Et vocabis nomẽ eius ihꝫ. vnde Ber. Ihs eſt mel in ore: Melos i aure: Jubilus in corde. ¶ Tertia eſt victoria inimicoꝝ. Luc. 10. Dñe etiaꝫ demonia i tuo noie ſubijciuntur nobis. vnde Ber. Precipiens demoni: vt in noie ieſu de obſeſſo exiret ait demõ. O terribile nomẽ cogis me exire: ⁊ exiuit. ¶ Quarta eſt gloria premiorum. Actuũ. 1. Hic ieſus qui aſſumptus eſt in celum ⁊c̃. Qui in celuꝫ vult aſcendere: hoc nomen ieſus dꝫ inuocare. Unde nõ eſt aliud nomen ſub celo: in quo oporteat hoies ſaluos fieri. Et ideo Petrus rauanenſis dicit. Ihs eſt nomen qꝺ dedit cecis viſuꝫ: ſurdis auditum: claudis curſum: mutis ſermonem: mortuis vitam: obſeſſis demonis eiectionem. Unde Jeſus dicitur ſaluator.

¶ Tertia ꝯclõ eſt: ꝙ iſte puer vocatus eſt tribus prerogatiuis. ¶ Prima eſt magnificentia. vnde dicitur. Hic erit magn⁹: qꝛ magnũ opus pretendebat facere: qꝺ erat oibus gaudioſum: Angelo dicente. Annuncio vobis gaudium magnũ: qꝺ erit omni populo. Et pertinet ad ſãctitateꝫ. Exo. 15. Magnificus in ſanctitate. Qꝺ pꝫ ratione. Nã magnificentia intendit opus magnũ facere: vt pꝫ ex eius noie. Opera autẽ ab hominibus facta ordinantur ad aliquem finem. Nullus autẽ finis humanorum operuꝫ eſt ita magnus ſicut honor dei. Et ideo magnificentia precipue magnũ opus facit in ordine ad honorẽ dei. Unde. 4. ethi. dicitur ꝙ honorabiles ſumptus ſunt qui pertinent ad diuina ſacrificia. Et circa hec ſtudet maxime magnificus. Et ideo magnificentia coniungitur ſanctitati: quia precipue eius effectus ad ſanctitatem ordinať. Unde merito debetur ſibi magnificentia: qꝛ hoc opus magnũ ſcilicet noſtra redẽptio ordinabatur in laudeꝫ ⁊ honorem dei: ad quod perficiendum nullus alius ſufficiebat. Unde Ber. Hic eſt ille qui eſt magnus deus: futurus magnus homo: magnus doctor: magnus propheta.

¶ Secunda eſt oipotentia. vnde dicit. Et fi-
lius altiſſimi vocabit. ſ. inq̄tum deus p eter
nam generationem. Pſal. Ex vtero ante lu
ciferū genui te. Sed inq̄tum hō vocat altiſſi-
mi filius p gratiā vnionis. Joh. p. Vidimus
gl'iam eius q̄i vni. Altiſſimus aūt dicit. qꝛ al-
tius hō: altior angl'is: altiſſim⁹ deus. Q̄ð aūt
filius ſit oipotens pꝫ: quia cuꝫ ſit filius dei: ꝛ
deus eſt oipotens. Igit ꝛ filius. Q̄ð aūt ds
ſit oipotens: pꝫ. Deus eſt quo magis cogita
ri non pōt. Maius aūt eſt oipotentiaꝫ habere
q̄ꝫ qualēcunq̄ꝫ potentiā: cui deſit aliqd de ple
nitudine potēne. Ergo qꝛ eſt op̄s: colligit: q̄
oia pōt quecunq̄ꝫ poſſe potentia eſt. vnde no
tandum q̄ quatuor ſunt modi impoſſibiliū.
¶ Quoddaꝫ eſt qð dicit impoſſibile ſimpl'r:
qꝛ nullius agentis ſubiacet ptāti: ſicut creare
aliuꝫ deum. ¶ Scðm eſt impoſſibile ſm qd
quod nō ſubiacet ptāti alicuius agentis limi-
tati. ſed bene ſubiacet voluntati diue. ſicut q̄
virgo pariat eſt impoſſibile ſm nām. ¶ Ter
tium eſt impoſſibile p accidens: qð per ſe non
eſt impoſſibile p nāꝫ: ſed ſub rōne preteriti tē
poris: vt q̄ p̄teritum nō fuerit: ꝛ ſic q̄ viola-
ta nō fuerit corrupta. ¶ Quartum eſt incom
poſſibilium: vt q̄ idem ſit album ꝛ nigꝛ. Li
cet igitur deus nō poſſit impoſſibilia ſimpl'r:
qꝛ eorum impoſſibilitas accipit in habitudine
ad ipſum. Nec impoſſibile per accn̄s: qꝛ ſolo
eo p̄uatur deus vtiq̄ꝫ ingenita facere ea q̄ fa-
cta ſunt. Nec impoſſibilia: qꝛ tunc poſſet face
re eundem hoiem ꝛ aſinum ſiml': tamen bene
pōt facere impoſſibilia ſm qd: qꝛ plura poteſt
deus facere: q̄ꝫ intellectus noſter intelligere.
ſicut docet Ylarius de tri. ꝛ tamē intellectus
noſter pōt plura intelligere: q̄ꝫ natura pōt fa-
cere: vt pꝫ in abſtractionibus multis. Q̄ð au
tem filius ſit op̄s: pꝫ. qꝛ hoc ꝯuenit ſibi ſm di
uinam nām. ſed reconciliari h̄ ꝯpetit ſibi vt p
ſone. vnde ſi dicatur. Chriſtus hō op̄s: h̄ nō
eſt ſꝫ q̄ hō. Cuꝫ aūt dicit. pōt recōciliari: iſtð
ꝯpetit ſibi ſm vtranq̄ꝫ nām: ſed ſm diuinam
tanq̄ꝫ ſꝫ cām primam: ſm humanam: tanq̄ꝫ
ſm ꝓximam. ¶ Sed querit. Chriſtus non
dicitur op̄s ſm humanaꝫ nām: ſicut oiſciens
qꝛ oiſciens nō opponit creature: ſed omnipo
tens q̄m eſſe creature eſt ab alio. Omnipotē-
tie vero nō ponit eē ab alio. ¶ Tertia eſt pru
dentia ſiue ſapia: q̄ quandoq̄ꝫ p eodem ſumi-
tur: vt dicit ꝓuer. 16. Qui ſapiens eſt corde:
appellat prudens. Hic ad regendum multū
eſt expediens. vnde. Dabit illi. d. d. ſ. d. pr.
eius: ꝛ re. ꝛc. Q̄ð autē ſapientia valeat ad re
gendum: patet in diſcretis. vbi dicit Ariſto.
Primo ꝛ p̄ncipaliter ꝯuenit regi q̄ſtum ad ſe
ipſum: vt fama ſui nois diuulget in laudabili
ſapientia: q̄ ſuis hoibus ratiocinet ſapienter
qꝛ inde laudatur ꝛ honorat ab hoibus: quan-
do vident eum in ſua ſapientia loquentem: ꝛ
in opibus prudenter agentē. ¶ Etiam valet
prudentia: qꝛ hēt excutere cās. vnde Seneca
Prudentis ꝓprium eſt examinare cōſilia: ꝛ
non cito facili credulitate ad falſa ꝓlabi. Pru
dens nō niſi iudicio credit: ꝛ non niſi exami
natam ſniam in ꝯſenſum admittit. vnde Se-
neca. De dubijs nō diffinias: ſed ſuſpenſam
tene ſententiā: ꝛ nihil affirmes. vnde dicitur:
Et dabit: quaſi dicat ꝓpter hanc ſapientiam
dabit ei dñs deus ſedem dauid. i. ſucceſſionē
in regno. Yſa. 9. Super ſolium dauid ꝛ ſup
regnum eius ſedebit in eternum: ꝛ regnabit
in domo iacob: non ſm ſucceſſionem carnis:
ſed fidei in oibus electis in eternum: qꝛ hic p
grām: ꝛ in futuro per gloriā. Et regni ei⁹ nō
erit finis: qꝛ eternal'r regnabit deus in ſecl'a.
¶ Quarta concluſio eſt: q̄ Maria de conce
ptione certificata per angelum ꝓpter votuꝫ ca
ſtitatis emiſſum: de re tamen non dubitans:
modum ingrere cepit. Nouerat. n. modum:
quo p̄mus homo factus fuerat ſine viro ꝛ mu
liere. Item mulier de viro ſine muliere. Iteꝫ
quomodo homo de viro ꝛ muliere. Sed qꝛ
non nouerat alium modum: ideo q̄rit dicēs.
Quomodo fiet iſtud quoniam virum non co
gnoſco? id eſt nunq̄ꝫ me cognoſcituram propo
no vt. ſ. virgo mente ꝛ carne permaneam.
Quomodo ergo fiet iſta conceptio? quaſi di-
cat: licet verum matrimonium contraxerim:
hoc tamen non derogat voto vere virginitatis
Nam matrimonium eſt conſenſus in carna-
lem copulam altero coniugum petente. Si
ergo conſtaret per reuelationem ipſi femine:
q̄ nunq̄ꝫ vir ab ipſa debitum peteret. Cum
vero voto caſtitatis poſſet ſtare verum matri
monium: quia nunq̄ꝫ carnalis copula ſeque-
retur: ꝛ ita fuit in ꝓpoſito: quia virgini glori
oſe reuelatum fuit: q̄ nunq̄ꝫ ab ea Joſeph de
bitum peteret.
¶ Quinta concl'o eſt: q̄ licet beata virgo fue
rit vera mater chriſti: ſm illud Luc. p. Ecce
ꝯcipies ꝛ paries filium. ꝛ illud Joh. 12°. Vi-
dit Jhs matreꝫ: tamen maternitati eius non



derogat: q̄ talis īcarnatio ſpūi ſctō appropriat
cuꝫ dicit. Spūs ſanctus ſuperueniet in te: ꝛ vir
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Glo. filius in
telligitur cuꝫ dicit. Virtus. Prima corin. 1°
apl's dicit chriſtum dei virtutē. Pater intelli
gitur cuꝫ dicit altiſſimi. Virtus ḡ altiſſimi. i.
filius dei obumbrabit tibi. i. de te corpus qua
ſi vmbraculum aſſumit: in quo deus abſcon-
dit ſe. Yſa. Vere tu es deus abſconditus.
Sic apparet q̄ hanc incarnationē tota trini-
tas ſimul opata eſt: valde diſcrete tamē appro
priat ſpūs ſancti incarnatōis opationem: cum
dicit. Spūs ſan. ſu. ſed filio carnis aſſumpti
onem: ibi. Et virtus ꝛc. ſed patri auctoritateꝫ
ibi. Altiſſimi. vnde lꝫ ſpūs ſanct⁹ dederit ſibi
virtutē gnātiuam: ideo nō minus dicit virgo
mater nālis: tum qꝛ hūit in ſe nālem fecundita
tem ꝛ p̄n^m naturale actiuum ꝯcipiendi: ꝛ nō
fuit ſterilis. Ratio eſt. Nam q̄n duo agentia
ꝯcurrunt ad aliquē ſfectū. ſic q̄ vnuꝫ eſt tan
quam agens p̄ncipale: ꝛ aliud tanq̄ꝫ agēs mi
nus p̄ncipale: tunc nunq̄ꝫ agens minus p̄n-
cipale: eſt in potentia ꝓpinqua ad talem effcuꝫ
non ꝯcurrente agente magis p̄ncipali. nō ta-
men agens magis p̄ncipale dat agenti min⁹
principali aliquā formam ſeu virtuteꝫ abſolu
tam. quam nō habet. ſed q̄ agens minus p̄n
cipale agat in virtutem agentis magis p̄ncipa
li. ſed ſpūs ſanctus in generatōe chriſti eſt tan
quam agens magis p̄ncipale. Btā aūt virgo
agens minus p̄ncipale. Igit btā virgo in ge
neratiōe corporis chriſti nō potuit eſſe in po^a
ꝓpinqua reſpectu talis effectus: niſi mediāte
actione ſpūs ſancti: non tn̄ q̄ ſpiritus ſanctus
dederit ſibi aliquā formam abſolutā: quaꝫ nō
habuit: ſed q̄ ſolum ipa nō potuit in effectum
corporis chriſti ſine coopatione ſpiritus ſcti.
Sed ſi accipitur mater nālis: q̄ſtuꝫ ad actus
exercitationeꝫ: vel in ordine ad actus reducti
onem vt ſic nō fuit mater naturalis chriſti: qꝛ
eius naturalis fecunditas nō fuit reducta ad
actum ſaltem p virtutem nālem. Et ideo Da
maſcenus dicit: q̄ ſicut ſol dat virtutem plan-
te: ſic ſpiritus ſanctus Marie. Et ideo addit.
Quod naſcetur ex te: ſanctum vocabitur fili⁹
dei: quaſi dicat. Quicquid ſit q̄ Maria ſctifi
cata ꝛ ſpū ſancto preuenta: ꝛ virtute altiſſimi
obumbrata genuit: hoc vtiq̄ꝫ ſanctum fuerit.
Et dicit. Vocabitur ſcilicet vera appellatiōe
filius dei: non adoptione: ſed naturali origi-
ne: vt ſic deus pater ꝛ Maria hēant vnū filiū
¶ Sexta ꝯcl'o eſt: q̄ virgini huius conceptio
nis ſeu incarnatiōis chriſti poſſibilitas oſtēdi
tur per ſimile ſcilicet per conceptionem ſterilis
mulieris. ſ. Elyſabeth. Hoc nō tamen minu
it meritum fidei: ſed ꝯſecrauit: qꝛ remouit im-
pedimenta fidei: oſtendendo nō eſſe impoſſi-
bile qð in fide ꝓponitur. Nam hō cum habꝫ
ꝓmptam voluntatem ad credendum: diligit
voluntatem creditā: ꝛ ſuper ea excogitat ꝛ am
plectitur: ſi quas rationes ad h̄ inuenire pōt.
Et ſic ratio humana nō excludit meritū fidei:
ſed eſt ſignum maioris meriti. Et hoc figurat
Joh. 4. Vbi ſamaritane: per quam ratio hu-
mana figuratur: dixerunt. Jam nō ꝓpter tuā
loquellā credimus. Sic virgo hac ratione ad
credulitatem nō ducit: ſed in fide ſolidatur.
Et ideo adducit exemplū ad maiorem certitu
dinem: dicens. Ecce elyſabeth: q̄ſi dicat. Tu
Maria vt dixi concipies ꝛ paries. Et vt faci
lius credas. Ecce elyſabeth cognata tua ꝛ ipa
ꝛ cetera. Quod etiam erat ſupra naturaꝫ: que
erat ſterilis de ſe. ſed nunc fecundata ex diuīa
virtute. Et tu ſimiliter nō dubites: quia conci
pies ꝛ paries filium per ſpūs ſancti opatōeꝫ.
Quia nō erit impoſſibile apud deum ꝛc. Et
omnis res digna verbo: vel omne factibile:
de quo ꝯceptibile eſt verbum: ꝛ omne qð nō
implicat ꝯditionem: ꝛ omne tale habet rōem
factibilem. ꝛ ſi nō reſpectu virtutis create: ſal
tem reſpectu virtutis increate. Et dicit omne
verbū: ꝛ non omne factum: qꝛ ſm Ber. So
li deo idem eſt facere: ꝛ dicere: ꝛ velle.
¶ Septima cōcl'o eſt: q̄ licet beata virgo per
virginitatem deo placuit ſm Ber. tamē per
humilitatem ꝯcepit ipſa. vnde Jheronymus
Ipſa virgo beata deum de humilitate laudat
ꝛ ſeipam quodāmodo. ſꝫ deum p̄cipue dicēs
Magnificat anima mea dominum ꝛc. Quia
reſpexit humilitatem ancille ſue ꝛc. vnde ſolū
de humilitate: nō de virginitate: nec de ceteris
virtutibus ꝛ p̄rogatiuis ſuis facit virgo mē-
tionem. Vnde q̄uis caritas ſit oium virtutū
mater origine ꝛ informatione: tamen humili
tas eſt mater omnium virtutum conſeruatōe
Vnde dicit Auguſti. q̄ caſtitas ꝛ virginitas
eſt virtus. Sed huius virtutis cuſtos eſt hu
militas. vnde additur. Ecce ancilla domini.
Ber. Non audet virgo petere: vt fieret ma-
ter dei: niſi diceret. Fiat mihi ſm verbuꝫ tuū
quia tanq̄ꝫ humillima ſe indignaꝫ reputauit.

¶ Feria ſexta quatuor temporum. Sermo.

Ecce concipi
es ꝛ paries filiū. Luc. 1°
Quia ſm Aug. in rebus
per tp̄s exortis: illa ſum-
ma gratia eſt: qua homo i
vnitate pſone vnitus eſt
deo: qꝛ in tali vniōe humana nā ē ineffabilit̄
ſublimata. Cuius btitudo eſt poſſibiliter pre-
oſtenſa: ad amicitiā dei eſt miſericorditer re
uocata. ꝛ que ad oēs defectus eſt totaliter re-
ſtaurata. ꝛ qꝛ poſſibilitas ſpūalis cōceptionis
nobis oſtendit̄ in tali ypoſtatica vnione. ideo
in verbo ꝓpoſito: ꝑ excitat nos ad intuendū
huius ↄceptionis ↄplementū. Et h̄ in huius
aduerbij demōſtratione. Ecce ↄcipies ꝛ pies
¶ Scd̄a tangit eius fructū ↄſecutiuum. ibi.
Filiū ꝛc. Et vt videam⁹ de iſto cōceptu ꝛ ptu
ſpūali in mēte deuota. Sunt due ↄſideratōes.
¶ Prima eſt de eius poſſibilitate. ¶ Secū
da de modo: qui ponitur in euangelio.

Prima ↄſideratio.

Circa primam conſiderationē ſunt
quatuor concluſiones.

¶ Prima ↄclō eſt videre qd ſit cō
ceptio ſpūalis in mēte deuota. vbi ſciendū ꝙ
ſicut videm⁹ in ↄceptōe nāli: ꝙ tunc ſm vnū
modū fit ↄceptio ꝓlis: qñ aīa infundit̄ corpo
ri organizato. ſic etiā fit ↄceptio ſpūalis xp̄i in
aīa deuota: quādo ipſa organizata. i. h̄itibus
dignificata. ſ. h̄itu fidei in intellectu: ꝛ h̄itu ca
ritatis in affectu diue gratie fluenta recipit: cō
cipiendo ꝓpoſitum bone volūtatis: ↄformabi
le diue volūtati. vbi innuit̄: ꝙ ſubiectū huius
ↄceptōis dꝫ eē diſpōitū. Ad qd̄ tria reqrunt̄.
¶ Primū eſt lumen fidei in itellectu: quo. ſ.
ſup̄ nos videam⁹ dei miſericordiā: allicientē
infra nos diuā iuſtitiā remunerantē: in no
bis nāꝫ deficientē: retro nos culpā inficientē
ante nos gehēne penā: nāe mortē: ꝛ imutabi
litatem ſnīe ↄminantē. ¶ Scd̄m eſt caritas
in affectu. Nā ſcti ponunt caritatē in aīa: nō
ꝓp̄ neceſſitatē acceptōis diue: ſed ſolū ex qua
dam ↄdecētia dignitatis: qua dñs ſtatuit oēꝫ
h̄ntem h̄itum caritatis: eſſe dignū vita eter-
na. qd̄ fuit ↄſonum rōni: vt aīa attingens vl
timam pfectionem nāe intellectualis: q̄ eſt bti
tudo: diſponeret̄ h̄itibus ↄdignis ad eā. vn
de ſeqtur documentū: qꝛ qꝛ non eſt meritoria
actio: non pōt h̄ri diua acceptio ſine caritate.
Ideo ſumme qſqꝫ ſe dꝫ diſponere q̄tum pōt
ad eam h̄ndam. Nam ipā deo impēſa eꝯ° a
deo rependit̄. ꝛ ideo nihil deſiderabilius: q̄ꝫ
deum diligere: qꝛ cuꝫ oīs readamatio ſit defe
ctuoſa ꝛ piculoſa: ꝓp̄rioqꝫ cōmodo innixa.
Et ideo in actu ſuo nō pōt habere puritatē ꝛ
veritatem ſine admixtiōe falſitatis. ꝛ h̄ ſolum
in readamatione diuina inuenit̄: ꝙ ſine defe
ctione amat in ordine ad ſummū bonū. ſ. ad
ſui cognitionem: fruitionē ꝛ amorem. Ideo
non eſt herendū amori cuiuſcūqꝫ creature nō
habentis ordinationē in finem. ¶ Tertium
eſt aſſiſtentia diue gratie: qꝛ nullus pōt pſeue
rare in bono ſine grā. ¶ Ratio eſt: qꝛ omne
quod eſt vertibile de bono in malum: ad h̄ vt
figatur in bono: indiget auxilio mouētis imo
bilis. ſed hō ſicut eſt vertibilis p̄ liberū arbitri
um. Opꝫ igitur ꝙ per gratiā ſtabiliat̄: vt pſe
ueret in bono. vnde ad phili. ꝑ. Qui cepit in
nobis opus bonū: pficiet vſqꝫ in diē ih̄u xp̄i.
¶ Scd̄a ↄ° eſt: ꝙ hec ↄceptio eſt poſſibilis.
¶ Ratio eſt. Nā ſicut videmus ꝙ poſſibile
fuit realr̄ verbū ↄcipi ꝛ naſci: ſic reuera poſſi-
bile eſt mentalr̄ etiā cōcipi ꝛ naſci. vnde dicit
Aug⁹. ꝙ virgo btā prius ↄcepit mēte q̄ꝫ cor-
pore: ꝛ beatior extitit ↄcipiendo ſpūalr̄ q̄ꝫ cor-
poraliter. Sꝫ aīa beate virginis eiuſdem eſt
ſpēi cum aīa cuiuſcunqꝫ alterius hoīs: q̄uis
gratijs ꝛ donis ſup̄ alias aīas ſublimata fue-
rit. vnde ſicut ipſa h̄uit poſſibilitatē quocunqꝫ
mō ad ↄcipiendum verbuꝫ increatū: ita ꝛ aīa
cuiuſcūqꝫ alterius. ¶ Eſt tñ notandū ꝙ tria
impedimenta huius ↄceptōis remouentur.
¶ Primū eſt qꝛ eternū ꝛ increatum eēt ab
aliq̄ creato ↄceptū. ſ. verbū increatū a mēte gi
gnente. Hoc remouet̄: qꝛ iſta gignitio verbi
ſpūalis non eſt aliud: niſi notitia vel ↄceptus
nr̄i ad verbuꝫ increatū: terminatio obiectiua
Et iō increatū nō incipit eē ſimplr̄ a creato lꝫ
incipiat eē p̄ cognitionem in cognoſcente.
¶ Scd̄m eſt: qꝛ nō eſſet ſubſiſtēs: cuꝫ verbū
nr̄m ſit inherēs. Hoc ēt ſoluit̄: qꝛ nō eſt ver
bum volubili cogitatōe dictū: ſꝫ ↄceptus a vo
lubili cogitatōe formati terminati. Et iō pōt
eſſe in mēte vt ſubſiſtēs. ¶ Tertiū eſt: qꝛ nō
eſt eiuſdē nāe nobiſcū. Hoc ēt ſoluit̄: qꝛ iſta
ſpūalis notitia nō reqrit tantā parentis ꝛ ꝓ-
lis identitatē. Sed ſufficit identitas talis vni
onis intellectualis vl ſpūalis. ꝛ ſic nihil eſt
qd̄ impediat huius partus poſſibilitatem.



¶ Tertia ↄclō eſt videre qd ſit parturitio ſpi
ritualis: qꝛ omnis ↄceptus eſt letalis: quem
parturitio non ſeqtur. vnde egrotat aīus: do-
nec ad ipꝫ perueniat: ꝛ quaſi ſit partura. Di
citur aūt parturitio ſpūalis: regnātio mentis
in deum: pficiendo actu: qd̄ ↄceptum erat per
gratiā ſpūs ſancti mundātem vel ſctificantem
ꝛ in bono ↄfirmantē. vnde tangit̄ duplex ef-
fectus. ſ. ꝙ talis regeneratio pōt eſſe duplex:
. ſ. cōis. ꝛ hec mundat a culpa. vñ dic̄. Per
gratiā ſpūs ſcti mundātē. Cōfert. n. ſctitatē
ꝛ immunitatē a culpa. vnde Diony. Si eſt ſan
ctitas: eſt ab omni immundicia libera ꝛ pfecta:
ꝛ imaculata mundicia. Eſt etiā regeneratio
ſpūalis: que nō ſolum mundat ab omni culpa
ꝛ immundicia: verū etiā cōfirmat in bono: vt
non poſſit qs peccare mortalr̄: ꝛ ad venialia
minus eum inclinat fomes. ¶ Sed heu qui
dam hunc ptum ſuggeſtione maligna: exem-
plo pnicioſo: ꝛ ſcandali occaſione nitunt̄ ſuffo
care. quos Ber. rep̄hendit dicens. Herodi
ana malicia ꝛ babilonica crudelitas eſt: naſcē
tem religionem extinguere velle. Si qd eīm
ad ſalutem ptinens: ſi quid religionis oritur:
qcunqꝫ reſiſtit: quicunqꝫ repugnat: plane cuꝫ
egyptijs puulos iſrlitica germinis necare co-
nantur: immo naſcentem perſeqtur ſaluatorē
¶ Quarta ↄclō eſt videre de ſignis ↄceptio-
nis. vbi ſciendum ꝙ ſimili mō ſicut in conce-
ptione nāli. ſic etiā in ſpūali eſt. Nam mulier
imp̄gnata: corpore grauidatur: nauſeā patit̄
cibi ꝛ potus: afficitur inconſueta: oculi nigre-
ſcunt: facies palleſcit: ꝛ ſemp̄ triſtis incedit.
Sic reuera ſi corpus. i. aīales affectiones ra-
tioni ſubijciuntur. Si nauſeā pateris. i. ſi ex
ↄſideratione corū: q̄ nobis ꝓmittuntur in ce-
lo: vileſcunt aīo que habētur in terris. Si de
ſiderium tuum fertur in celeſtia ꝛ afficitur cir
ca ſpūalia: ſollicitando qualr̄ opere perficiatur
quod in mente ↄceptum eſt. Si oculi interio-
res ex ↄſideratione turpitudinis pctōꝝ: vere
cundia obnubilant̄. Si facies palleſcit ex car
nis maceratione. Si triſtis incedis affecta te-
dio nimie expectationis eternoꝝ. Jam pro
ponendum ꝙ id quod in te natum eſt: ſanctū
a ſpiritu ſancto eſt.

Scd̄a ↄſideratio.

Circa ſecundā ↄſiderationem: que ē
de mō conceptiōis: ſunt quatuor ex
pedienda: ad h̄ ꝙ ſm modum ↄce-
ptionis xp̄i in vtero natus: ↄcipiatur in vtero
anime deuote. ¶ Et p̄mo reqritur angelica
annūciatio. vbi nota ꝙ timor dñi ē angls. de
quo Math. xj. Ecce ego mitto angelum me
um ꝛc. Angelus. n. eſt nomen officij: non na
ture: qꝛ nuncius interp̄tatur. Hoc qdem con
uenit timori dñi: q mittitur a deo ante faciem
tuam: imprimendo cordi notitiā: ↄcutiendo
ↄſciam: conſiderādo futura gehenne ſuppli-
cia: iudicis ſapiam infallibilem: potentiā inuī
cibilem: ſnīam irreuocabilem: ꝛ mortis certi
tudinem: ꝛ inducit peccati diſciplinā: ꝛ priāꝫ
diſponit ad iuſtitiam. Et ſic efficitur nuncius
ſpūalis ↄceptionis: in quā gratia acceptatiōis
ꝓmereatur ꝛ retineatur. vnde Ber. In verita
te didici nil ita efficax eſſe ad gratiā ꝓmeren-
dam ꝛ retinendā: q̄ꝫ ſi omni tp̄e corā deo in-
ueniaris nō alta ſape ſed timere. Nō. n. qui
admittit ſuperbiā: repletur timore dñi. ꝛ ſic
de ceteris vitijs ſentiendum eſt: qꝛ neceſſe eſt
oīa plenitudine timoris dñi excludi: ꝛ tūc dei
de ſi plene: ſi pfecte timueris: dabit ſaporē ca
ritatis. Sine eius caritate timor penam h̄et.
Timor q non eſt in caritate: cum initiat ad ſa
pientiam: neminem ↄſumat: qñ ſupueniens
caritas expellit illum. Hec Ber. Et recte ti-
mor hic intelligitur p̄ angelum Gabrielē: q
fortitudo domini interp̄tatur. Nam timor ho
mines fortes facit. Prouerbi. 14. In timore
domini fiducia fortitudinis. Hec fiducia de
bilitatem hoīs in dei formā mutat. vñ Gre.
In via domini opatur fortitudinē. ¶ Secū
dum eſt diue gratie adoptio. vnde dicit. Ne
timeas Maria. Inueniſti gratiā ꝛc. Anima
ab oībus terrenis elōgata: timet de poſſibilita
te iſtius ↄceptus. Reputat. n. ſe indignā: di.
Quomō fiet iſtud: quā angelus ↄfortare dꝫ
Et h̄ merito: qꝛ nulli terrene affectioni innitit̄
ꝛ ideo dignum eſt: vt celeſti dulcedine fulciat̄
Et h̄ maxime fit p̄ gratiā: qua mediante deo
ſit accepta: vt digna mater ſpūalis effici merea
tur. vnde ſicut btā virgo ante angelicā annū-
ciationē meruit xp̄m ↄcip̄e de ↄgruo: qꝛ fuit
puella caſtiſſima: humillima ꝛ benigniſſima.
Sic aīa deuota ꝛ ſpiritualis: qñ diſponit ſe p̄
virtuoſas operationes: de ↄgruo meret̄ ſpiri
tualiter ↄcipere xp̄m. ¶ Tertiū eſt ſpūs ſan
cti operatio. Unde dr̄: Spiritus ſanctus ſup̄
ueniet i te ꝛc. Qd̄ exponitur de ſpūali ↄceptu
qui attribuit̄ ſpiritui ſctō: qꝛ non pōt eſſe: niſi
per grām ſpiritus ſancti effectiue: ꝛ ſpirit⁹ ſan
cti aſſiſtentia: qꝛ in hoc ope nō ſolum efficax:

ſed etiaȝ aſſiſtit. Et hec ſupeꝛuētio ſpiritus ſā
cti dicitur ibi. Spiritus ſāctus ſupueniet ⁊c̄.
Et tūc ēt aīa deuota virtute altiſſimi obūbꝛa-
tur: ⁊ ab omni carnali affectiōe refrigeratur.
Umbꝛa.n.refrigerat ⁊ quietē pꝛeſtat: vnde i
canticis. Sub vmbꝛa illius quē deſiderabaȝ
ſedi ⁊ fructus ⁊c. Iſta ergo aīa deuota ſic obū-
bꝛatur ꝓꝑ refrigeriū ⁊ ſedationē paſſionuȝ. vt
imaginemur quid deitatis radij ⁊ gr̄is cauſa
ri ex gr̄a. Uidem⁹.n.ꝙ radij ſolares incidē-
tes circa aliqđ coꝛpus trāſparēs: ⁊ dyaphonū
ſicut eſt ſpeculuȝ refraguntur: ⁊ ſpeculū circū
ſtant: ⁊ calefaciēdo ⁊ accedēdo magis apparet
Sic diuinitatis radij incidētes circa aīaȝ de-
uotā circumſtāt: calefaciūt: ⁊ accēdunt in amo
re diuino. Sic ꝙ ſpiritualr̄ aīa obūbꝛatur ſpi-
ritu ſācto ſupueniēte. Licet igitur filius ſit an
te ſpm̄ ſāctuȝ oꝛigine ꝓductiōis ſue. Tñ ſpūs
ſācti ꝑuenit filiū ad aīaȝ deuotā. Hoc.n.ſpiri
tualiter ſpiritui ſācto attribuitur: cuius eſt per
gratiaȝ aīaȝ ſanctificare. ℭ Quartū eſt cōſen
ſus virginis exhibitus: ibi. Ecce ancilla dn̄i.
Qđ autē ad hanc ꝯceptiōeȝ requiratur ꝯſen-
ſus aīe ſpiritualr̄ pꝛegnantis: pȝ. Nō.n.ꝓdu
citur verbū in aīa deuota: niſi volūtate antece
dente: niſi.n.per volūtateȝ haberet deſideriuȝ
ad iſtam ꝓductiōeȝ: ab intellectu nullatenus
ꝓduceretur. Unde Aug. dicit: ꝙ verbū ē cū
amoꝛe notitia: amoꝛ aūt ad volūtateȝ ꝑtinet: ⁊
q2 ad hāc ꝓductiōem reputat ſe indignā: ideo
ꝓꝑꝛiaȝ humilitateȝ recognoſcit. Et nō petēdo
ſed volūtati diuine ſe coaptādo: dicit. Fiat mi
hi ſm̄ verbū tuuȝ. Nō vocaliter expꝛeſſuȝ: ſȝ
mentaliter ⁊ obiectiue in aīa gignente impꝛeſ
ſum: nō per infoꝛmationē: ſed ſubſiſtēter ſe in
tellectui repꝛeſentādo. Et i hoc ſm̄ Ber. Re
currebāt tria miracula. ſ. deus ⁊ hō: mater ⁊
virgo: fides ⁊ coꝛ humanū. Iſta.n.ſimul cō-
currūt in iſto ſenſu virginis dicendo. Ecce an
cilla domini ⁊c̄.

ℭ Feria ſexta quatuoꝛ tempoꝛum. Ser-
mo nonus de euangelio.

# Xurgens ma

ria ⁊c̄. Luce p°. Secūduȝ ꝙ
Ber. dicit. Iuſtus nunquā
arbitratur ſe ꝯpꝛehēdiſſe: ſed
ſemper eſurit: ſitiтq; iuſtitiā.
Ita vt ſi ſemꝑ viueret: ſemꝑ quātum in ſe eſt
de bono in melius pꝛoficere totis viribus co
naretur. Nō ad annuȝ: ſed in eternuȝ diuino
ſe mancipat famulatui. Sempiterna itaq; iuſti
eſuries: ſempiternā mereatur refectionē. Be-
ata igitur virgo: lȝ p aſſiſtentiaȝ diuini numi-
nis omniuȝ gratiaꝝ ⁊ virtutū perfectionē ade
pta fuerit: intantū etiaȝ: ꝙ digna mater dei eſt
inuēta. In hijs tamē adhuc noluit eſſe ꝯten-
ta: quin nō ſolum ſeipſam adhuc plus viſa eſt
pꝛoficere: ſed etiā alijs voluit oſtendere foꝛmā
ꝓficiendi: vt etiaȝ ſic in alijs ſuū perfectū aug
mentaret. Hoc eniȝ innuitur in p̄ſenti euange
lio moꝛalr̄ intellecto. vi. Exurgens Maria.
Ubi ſunt quatuoꝛ conſiderationes.

Prima conſideratio.

Irca primā ꝯſiderationeȝ que eſt de
modo ⁊ foꝛma pꝛoficiendi. Exur-
gens Maria: ſunt ſex ꝯcluſiones.

ℭ Prima ꝯcl̄o ē: ꝙ ꝯtinua occupatio laboꝛiſ
maxime valet ad hoc: vt in diſciplina moꝛum
valeat quis ꝑtingere ad ꝑfectioneȝ virtutum:
Ut pȝ in viatoꝛe: qui viaȝ ꝯtinuat: ⁊ in laboꝛe
vie ꝑſeuerat: ⁊ ad fineȝ ꝑtingit. vnde Greg.
In vanum opus bonū agitur: ſi ante vite ter
minum deſeratur: q2 fruſtra velociter currit:
Qui anteq̄ȝ ad terminū peruenerit deficit. Et
ideo dicit apl̄s ad hebꝛe. 12. In diſciplina per
ſeuerate. Tanq̄ȝ filijs vobis offeret ſe d̄s. vn
de dicit. Exurgēs. Surgere.n.eſt ſignuȝ in
cepti laboꝛis. Iacere ⁊ ſedere fatigationis.
ℭ Scd̄a ꝯcl̄o eſt: ꝙ recta ⁊ ſincera intentio la
boꝛē boni opis oꝛdinat ⁊ diſponit. vñ Ber.
Pura ⁊ ſincera intentio erit: ſi in omni actio-
ne noſtra: aut honoꝛē dei: aut vtilitatē ꝓxi-
mi: aut bonaȝ ꝯſciētiaȝ queramus. Hoc eniȝ
poteſt declarari. Uidemus.n.in naturalib⁹:
ꝙ coꝛpus ſimplr̄ purum: bene ꝯtinue moueť
ſurſum: nec ſiſtit: donec ꝑtingat ad terminuȝ:
imo quāto plus aſcendit: tāto intēſius moue-
tur. Unde foꝛtius mouetur in fine: q̄ȝ in prin
cipio: ⁊ in medio. Coꝛpus vero mixtuȝ ⁊ im-
purum: lȝ q̄n̄q; moueatur ſurſuȝ: non tamen
continue nec directe. immo mouetur motu re
flexo. Sic ꝙ in aſcenſu paulatim reuertitur:
deinde modicū quieſcit: tandē ſubito cadit de-
oꝛſum: vnde pꝛimo venerat. Sic ſpiritualiter
homo ſimplicis: ⁊ ſancte intentiōis: ⁊ pure in
mēte affectiōis: ꝯtinue ꝯſcendit ad deuȝ: non
ſiſtens: nec etiam retrocedens. Figurať Eze
chiels p°. Animalia ſancta ibāt: ⁊ non reuer-
tebantur. Unde Ambꝛoſius. Quanto plus



appꝛopinquat quis: tāto intēſius fertur in de-
um. E contra homo impurus mixtus mūda-
nis affectionibus ⁊ terrenis: Licet aliqū aſcē-
dat ad deuȝ p quedā opera: tñ cito reuertitur:
⁊ tepeſcit p peccata venialia: q̄ feruoꝛē carita-
tis remittunt. Deīde quieſcit homo ab oībus
opibus deſiſtēdo: tandem ſubito reflectitur ⁊
relabitur in peccatū: de quo pꝛimo aſcēderat.
vnde dr̄. Maria. i. amaꝝ mare. Nā mūdus
noſtre ſenſualitati nunc dulcis rationi amare
ſcit: ex ꝯſideratiōe deliciaꝝ ſupnaꝝ: in qua re
cta eſt intentio intellecta: q̄ actiōes īfoꝛmat.
ℭ Tertia ꝯcl̄o eſt: ꝙ lȝ ꝓficere in virtutibus
ſonet quaſi imperfectum: q2 ſm̄ Ber. Perfe
ctus non hȝ quo ꝓficiat: et qui ꝓficit: eo ipſo
quo pꝛoficit: ꝑfectus non eſſe cōuincitur. Tñ
in defeſſum ꝓficiendi ſtudiuȝ: ⁊ magis cona-
tus ad perfectionem: perfectio reputatur. Et
ideo ſequitur ꝙ ſtudere perfectioni: eſt perfe
ctum eſſe: ꝓ certo nolle pꝛoficere: eſt deficere.
Non eſt ſtare oīno in incerto huius moꝛtalis
vite: in quo nullus in eodem ſtatu permanet.
Unde neceſſe eſt: vt aut aſcendas: aut deſcen
das: vnde dicit Ber. Minime eſt bon⁹: qui
melioꝛ eſſe nō vult. Et vbi incipis nolle eē me
lioꝛ: ibi deſinis eſſe bonus. vnde beata virgo
abijt ad melioꝛa pꝛoficiendo.
ℭ Quarta ꝯcluſio eſt: ꝙ beata virgo eſt no-
bis figura pꝛoficiendi. vnde glo. ibidē dicit.
Accepto virginis ꝯſenſu: celeſtia petit ange-
lus: quem virgo ſequitur: que in montana ꝓ-
greditur. Sicut aīa deuota: que verbum dei
concipit: virtutum cacumina ꝓgreſſu amoꝛiſ
cōſcendat. In ciuitateȝ iuda. i. confeſſionis ⁊
laudis arcem penetret. Et vſq; ad perfectionē
fidei: ſpei ⁊ caritatis. Quaſi tribus mēſibus
in ea cōmoꝛetur. Qđ autē virgo glorioſa fu-
it nobis figura ꝓficiendi in vita. Patet in ei⁹
quadruplici ſtatu. Nam ſi Iohānes baptiſta
in ſtatu ſue conceptionis: quādiu fuit in vtero
matris: ſanctificatus ⁊ ſpiritu ꝓphetie ſuper-
fuſus fuerit: Ut xp̄m cognoſceret ⁊ exultaret
Multo magis videtur: ꝙ anima virginis fu
erit in vtero matris ſic illuſtrata: vt ibi vacaret
contemplationi. ℭ Secundo in ſtatu pueri-
tie ſue vſq; ad. 12. annos etiam floꝛuit vita cō
templatiua. Quia cum angelus. 12°. anno ad
ipſam aduenerat: vt ferunt hiſtoꝛie: ita ſapien
ter fuit angelum allocuta: ꝙ tanta ſapientia in
muliere nunq̄ȝ fuit reperta. Luce p°. ℭ Ter
tio in ſtatu adoleſcentie excellentiſſime floꝛuit
cuȝ tota die myſteria ⁊ mirabilia: que fiebant
circa filiū ſuū ꝯſideraret. vñ Luc. Maria aūt
ꝯſeruabat oīa verba hec. ℭ Quarto i ſtatu ꝑ-
fecte etatis, quādo. ſ. exiſtens. 45. annoꝛum
miſſus fuit ſibi ſpiritus ſanctus ⁊ apl̄is. vnde
apoſtoli poſtq̄ȝ pꝛedicare ceperūt: ab ea fuerūt
illuſtrati. Sicut dicit Ibero. ſpālīter de Iohā
ne ⁊ de Paulo. Pȝ ergo: quō nobis duas vi
tas ꝓficiendi figurauit. ſ. actiuā ⁊ ꝯtēplatiuaȝ.
ℭ Quinta ꝯcl̄o eſt: ꝙ due ſunt vite: quibus
melioꝛibus ſit ꝑfect⁹ ſpiritualis. ſ. actiua ⁊ cō
tēplatiua. Naȝ vita actiua oꝛdinat ⁊ diſponit
ad vitā ꝯtēplatiuaȝ. Unde Greg. Ad vitam
ꝯtēplatiuaȝ oꝛdinate nō peruenitur: niſi medi
ante actiua: que eſt ad ipſaȝ diſpoſitio pꝛeuia.
Sicut laboꝛ eſt diſpoſitio ad requiē: ⁊ ſicut fi-
nis optatus belli eſt pax ſȝ Aug. Iſte due vi
te ſunt nobis i ſacra ſcriptura figurate i Lya:
⁊ Rachele. q2 ſm̄ Greg. Sicut Lya tanq̄ȝ
pꝛimogenita: fuit pꝛimo deſpōſata Iacob: ſed
Rachel magiſ ingiter d̄ſiderata. Ita vita acti
ua ꝯiungitur pꝛimo viro ꝑfecto: ſed ꝯtēplati-
ua magis deſiderať. Pȝ etiā de ꝯtēplatiua vi
ta: ꝙ valeat ad ꝑfectuȝ. Nā ſm̄ Dyoni. vita
ꝯtēplatiua eſt aſſiſtentia ſpiritualis: qua conſi
ſtit aīa noſtra coniuncta deo: qđ fit: qñ caſtiſſi
mis oꝛonibus ad diuinaȝ ꝯtēplationem: nos
reuelata mente conuertimus: ⁊ tunc nō trahi-
mus deuȝ ad nos: ſed potius trahimur ad ipꝫ
vt pȝ i ſimilitudine. Quia ſicut illi qui ſunt in
naui ligata ad lapidē in littoꝛe manentē ⁊ firmū
⁊ ſicut ſi nos volumus lapidem ad nos trahe
re p funem: trahimus noſipſos ad lapidem.
Ita ⁊ in actu ꝯtemplatiōis nō trahimus deuȝ
ad nos: ꝑmanentē in loco ſuo imobiliter: ſed
noſipſos trahimus ad deū: q2 ꝯtēplatio nō eſt
niſi quidā motus mentis in deuȝ per motuȝ:
nō ducitur terminus ad mobile: ſed ecōuerſo
Sic xp̄s in aſcenſione non tranſtulit ad ſe ce
lum: ſed ſeipſum ad celuȝ. Sed iſte motus nō
eſt violentus ſed naturalis. Quia ſicut centrū
trahit graue: ita vltimus finis attrahit omnē
affectum ſm̄ Aug. Hec vite ſignantur p mō
tana: p que Maria feſtine: p ꝓpītudinem
affectiōis cucurrit. Nā mōtana citius radios
ſolares ſuſcipiūt: ⁊ ideo iocūdi. Et ꝓꝑ ſinuati
oneȝ nō poſſunt faciliter aſcendi: ⁊ ideo ſecu-
ri. Etiam quia ſunt cauernoſi: ⁊ ideo ſunt a-
quarum attractiui: ⁊ remiſſiui: ⁊ ideo commu
nicatiui. Etiam quia ſunt metalloꝛum no-
bilium contentiui: Et ideo vberes.

Sic reuera vita contemplatiua: habet iocunditatem: propter inchoataȝ felicitatem. Nam hij felicitatis participes ſunt effecti: guſtantes virtutem futuri ſeculi: ſm apoſtoluȝ. Habet etiam ſecuritatem: qꝛ hij ſunt ita perfectis actionibus accenſi: ꝙ non timent. Naȝ pfecta caritas foras mittit timorem. Johānes in canonica. Habet etiam trāquillitatem: qꝛ virtutes ſuperiores tenent totalr ſubiugatas vires inferiores. Uñ apoſtolus. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Habet etiā facultatem ad virtutem: Unde apoſtolus. Caſtigo corpus meum ⁊ cetera.

¶ Quinta ɔclo eſt: ꝙ terminus huius ſpiritualis perfectiōis: eſt ipſa beatitudo. Nam ſꝫ Aug. Cōtemplatio diuina eſt finis omnium bonaꝝ actionū: requies ſempiterna: ⁊ gaudiū qꝺ non auferetur. Fine autem cuiuſlibet agētis adepto: nō reſtat niſi in ipſo qeſcere ⁊ gaudere. Unde beata virgo dicitur iuiſſe i ciuitatem iuda. Beatitudo dicit̄ ciuitas: pp māſionem ⁊ ſecuritatē. Ut etiā innuit auctoritas ſupradicta de manſione: qꝛ terminus ad quem cui aliquid imanet quieſcendo: dicit̄ māſio ei⁹ Quia igitur talis quies ē in beatitudine i manendo in obiecto beatifico: ſicut i termino: ad queȝ terminatur appetitus: ideo dicitur manſio. Patet etiaȝ de ſecuritate: qꝛ beatitudo eſt ſtatus omniuȝ bonoꝝ perfectus: ⁊ ſic talis ſecuritas eſt ei intrinſeca: qꝛ eſt quoddā bonuȝ: qꝺ bene decet habere ſanctos. Unde ē documentuȝ: ꝙ in hoc mūdo: quaſi in loco alieno: detinemur quaſi violenter: qꝛ manſio ⁊ locus ꝓprius aie eſt deus: ſm Aug. Unde ait apoſtolus. Quādiu ſumus in hoc mundo: peregrinamur a dño. Et ad hebreos. Non habemus hic manenteȝ ciuitatē: ſed futurā inquirimus. Et dicitur ciuitas iude: ꝓpter ɔfeſſiōeȝ laudis. Yſa. Gaudiū ⁊ letitia inuenitur in ea ⁊ gratiaꝝ actio: ⁊ vox laudū: vnde ſm Ber. diſcam⁹ in terris: quas facturi ſumus laudes in celis. Nihil ita ꝓprie celeſtis habitationis ſtatū repreſentat: ſicut alacritas laudantiū deū maxime ſi de puro corde procedat.

¶ Sexta ɔclo eſt: ꝙ talem ⁊ tantā perfectiōeȝ adepti: nō preſumāt de ſe: ſed honoreȝ dño ꝑſtent: a quo oē donum pfectiōis eſt deſcēdēs. Nam ſine eius adiutorio: nullus pſeuerare poteſt in bono. Ratio eſt: qꝛ quāuis ſm philoſophū de bona fortuna. Homo ſit dñs ſuorum actuum: tamen non eſt dñs ſuaꝝ potentiarum. Unde nō poteſt volēdo facere: vt voluntas in eo qꝺ vult: ad id quod vult: vel eligit: imobiliter ſe habeat. Et ideo vt imobilr ſe habeat in bono qꝺ eligit: neceſſariuȝ eſt diuinū adiutoriū. Unde Ber. dicit. Loquitur deus. Sine me nihil poteſtis facere. Ita eſt. Nec ſurgere ad bonū: nec ſtare in bono poſſum⁹. Tu igitur qui ſtas: da gloriā deo: cui manus erigens. Sequitur. Animus ſi nō preſumat de ſe: ſi ɔfortetur a deo: poterit vtiqꝫ dominari ſui: Ut nō dñetur ei ois iniuſtitia. Ita inquaȝ animū deo innitentem: nulla vis: nulla fraus: nulla iam illecebra poterit: vel ſtantem deijcere: vel dñantē ſubijcere: alioqn fruſtra innititur. Si nō innitit̄: vincitur. Huius figuram oſtēdit glorioſa virgo: qñ intrauit domum zacharie: ⁊ ſalutauit elyſabeth. Nam zacarias interpretatur auxiliū dñi. Et elyſabeth interpretatur dei mei ſecuritas. Tunc eniȝ qs ſaturatus beneficijs ⁊ donis dei meritorijs: ⁊ etiaȝ debita remuneratione intrat domum zacharie: qñ nihil de ſe preſumens: oia bona a deo accepta: tribuit deo cum gratiaꝝ actione. Et tunc ſalutat elyſabeth: qñ ſufficientiaȝ ſuā cognoſcit: ſibi inditā eſſe a deo: dicēs cū apſo Omnis ſufficientia noſtra ex deo eſt.

## Secunda conſideratio.

Secunda ɔſideratio eſt de promptitudine gratie pficientibus cooperandi: cū dicitur. Et factū eſt: vt audiuit ſalutatiōeȝ marie elyſabet: vbi ſūt due ɔlones

¶ Prima ɔclo eſt: Cum gra ſit quidaȝ habitus ſupernaturalis: mediāte quo ois act⁹ elicitus ordinatus in vltimū finem ſit dignus vita eterna: habens nihilominus meritū diuine acceptationis a deo: qꝛ ſic inſtituit. Tamen ad ipſam obligamur nō obſtante: ꝙ nō eſt in noſtra poteſtate: qꝛ ds ſic ordinauit: ꝙ eaȝ diſponenti ſe daret. ſ. de ɔgruo. Ratio. Nam quis maxime obligat̄ ad illud: qꝺ in actu meritorio hꝫ rationē cauſe principalis: gra eſt huiuſmodi. Quia hꝫ rationē merendi a deo: qui ſic inſtituit. Cū igitur beatitudo noſtra ſolum merito adipſcit̄: gra maxime eſt nobis neceſſaria i ordine ad fineȝ vltimū vite eterne: quare p cōſequēs ad ipſam obligamur: tanqꝫ ad dignificantem nos vita eterna: que ſemp parata eſt ſe offerre diſponenti? Et hoc eſt qꝺ dicit. Ut audiuit ſalutationē marie elyſabeth. Uñ Maria eſt deuota aia: que per debitam diſpoſitionem acquiſiuit ſibi abundantiam gratiarum. Que quidem acquiſitio eſt quedaȝ ſpiritualis ſalutatio. Nā ſicut ſalutatio eſt ſignum ɔcordie ⁊ dilectionis. Sic gratiaꝝ actio eſt ſignum diuine acceptationis. Unde Elyſabeth: que interpretatur dei mei ſaturitas: ſignat plenitudinem gratiaꝝ. Audiēs. ſ. aure cordis. Mariam. i. aiam deuotaȝ ſe exhibet ad parenduȝ etiā innuit exultatio Johānes in vtero: oſtendens prōptitudinē exhibēdi ſe diſponētibus Dat. n. deus oibus affluēter: ⁊ nō improperat. Jac. I. Ipſe. n. plus eſt paratus dare: qꝫ tu audeas petere. vnde dicit Origenes. Deus ad benefaciendū eſt promptiſſimus.

¶ Secunda cōcluſio eſt ꝙ abundātia gratiarum: quinqꝫ hꝫ effectus i aia deuota. ¶ Primus. n. eſt: ꝙ hꝫ ſpiritum ſanctificare. Nam talis perfectio gratiaruȝ: cauſans in aia virtutes morales expellendo peccatum: domat carnem ɔtra ſpirituȝ ɔcupiſcentē. vnde dicit. Et repleta ē ſpū ſancto Eliſabeth. ſ. effectiue: qꝛ ipſa gratiaꝝ pfectio: que p Elyſabeth intelligitur: fomitē domat: ꝓmptitudinē peccati aufert: ⁊ ɔfert ad ſpiritualia habilitatē: ⁊ etiam a peccato ꝑſeruat: ⁊ p ɔñs ſpiritū reddit ſanctū. Nam ſm Dyo. de diuinis noibus. Sanctitas eſt ab omni imundicia libera ⁊ pfecta ⁊ imaculata mundicia. ¶ Scdꝫs eſt: qꝛ hꝫ eam deuotā reddere: qꝛ feruere facit mētem deſiderio ad eterna. Ad hanc deuotionē valent etiā ſigna exteriora: que excitāt aiam ad deuotiōeȝ vt ſunt verba clamoroſa. vnde Aug. dicit: ꝙ verbis ⁊ alijs exercitijs ad augendū ſanctū deſideriuȝ noſipſos arctius excitamus. vnde dicit. Et clamauit voce magna. In quo clamore exprimitur mentis deuotio: vbi etiaȝ dicit gloſa. Nō tam clamoroſa qꝫ deuota. Deuotio. n. magnus clamor eſt: ita vt vſqꝫ ad celuȝ audiatur. vnde Moyſi dictum eſt. Exo. 14. Quid clamas ad me? qui tamē non ore: ſꝫ cordis deſiderio clamauit. ¶ Tertius eſt cauſa adoptare in heredeȝ eterni regis: qꝺ facit promiſſio ꝑmioꝝ. Nā ad religionis obſeruantiā boni inclinantur ex amore premij: ⁊ mali ex timore ſupplicij. In pfectu igitur ſpirituali datur nobis promiſſio premioꝝ ſi fidelr laborauerimus. Pſal. Hic accipiet benedictioneȝ. vnde dicit. Benedicta tu iter mulieres. Naȝ benedictio diuina nihil aliud eſt: qꝫ ſingularis adoptio in heredē eterni regni: vnde antiqui patres in lege ſolebant benedicere filios ſuos ad habenda bona tpalia. Sicut pꝫ de Yſaac Geneſis. 27. Sic deus pater benedixit nos omni benedictiōe ſpirituali in celeſtibus: quā etiā ɔſequemur: p perfectū virtuoſuȝ omniū virtutum. ¶ Quartus eſt fecūdare actus virtuoſos. Nā ſm Aug. oēs virtutes ſine gratia poſſunt eſſe: ſed nō [illegible]: qꝛ lꝫ ad meritū regrat̄ volūtas: tamē radix meriti ē ipſa gra. ¶ Hoc dico hñ regrit̄ volūtas qñ ordinata eſt ſꝫ affectioneȝ iuſtitie: qꝛ tñ ſicut hꝫ motū ordinatū circa deū. ſ. volēs oia q̄ ſūt circa deū iuſta ⁊ ei placētia. Requiritur etiā gratia: qꝛ meritoria nō poſſunt perfici: niſi p virtutes: q̄ gratiam cauſant in aia: dicēte apſo. Oia poſſum in gratia: q̄ me ɔfortat: vnde addit. Et benedictus fructus ventris tui. Iſtud eſt meritū qꝺ originat̄ a ventre. i. de cauerna bone volūtatis: nihilominus attrahētis ſibi flumen gratiaꝝ: de quibus dicitur in pſalmo. De fructu opeꝝ tuoꝝ ſatiabitur terra. Iſte fruct⁹ benedicitur: qñ copioſe remunerat̄. Pſal. Hic accipiet benedictioneȝ a dño ⁊c̄. ¶ Quintus eſt ꝙ hꝫ virtutes cuſtodire. Hoc. n. ſit p humilitateȝ: q̄ eſt fecundatiuū omnium bonoꝝ: in q̄ oēs virtutes radicātur. vnde Aug. Niſi humilitas oia quecūqꝫ benefacimus ꝑceſſerit: ⁊ ɔtinuata ſecutaqꝫ fuerit: iam nobis de aliquo bono gaudētibus totū aufert de manu ſupbia Exēplū huius eſt. Si qs in obſequio facit libēter offa humilia: vt patet de virgine glorioſa: cuius humilitatē ɔmēdat Elyſabeth. d. Unde h mihi: vt veniat mater dñi mei ad me Sciebat. n. ꝙ ex humilitate beate virgis erat Et ideo verbū illud ſꝫ gloſaȝ nō erat dubitantis queſtio: ſꝫ humilitātis admiratio: que oiuȝ virtutū eſt cuſtos. q. d. Unde mihi hoc? Nā admiror de humilitate viſitatiōis tue. Et merito: ꝓpter magnificentiā virtutis: que apparet in te. Ecce eniȝ: vt facta eſt vox ſalut. q. d. Poſtqꝫ vidi te diſpoſitaȝ: ⁊ ornatā virtutib⁹. Infans Johes. i. gratia exñs in ventre. ſ. in merito xpi. Exultauit in gaudio. Exhibens ſe gaudioſe in obſequȝ. Et nota: ꝙ pfecta humilitas hꝫ quiqꝫ gradus. ¶ Primus ē ſubdere ſe maiori: ⁊ nō pferre ſe equali: q̄ eſt ſufficiens. ¶ Scdꝫs eſt: ſubdere ſe eqli: ⁊ nō ꝑferre ſe minori: ⁊ hec dicit̄ abundās. Iſtos gradus virgo Maria pfecte habuit in ſe. Subdidit ſe maiori obediēdo diuine voluntati: vt pꝫ in angeli annūciatione. d. Ecce ancilla domini ⁊c̄. Equali ſe non poterat ſubdere inter puras creaturas: qꝛ nō eſt inuētus ſimilis illi

Item ſubdidit ſe minori: vt pz in obſequio Elyſabeth: cui tribus menſibus ſeruiuit.

Tertia conſideratio.

c Irca tertiã ↄſiderationez: que eſt de certitudine remunerãdi cum dicit. Btã q̃ credidiſti: vbi ſũt tres ↄclõeſ

ℭ Prima ↄclõ eſt: lz oĩs homo ſit beatificabilis: q2 capax pfecti boni: Nã intellect⁹ eius apphendere poteſt vniuerſale ꝛ pfectuz bonũ ꝛ eius volũtas appetere illud. vnde pſal. Beatus homo quẽ tu erudieris domine: tñ quantum ad huiuſmodi boni fruitionẽ beata virgo fuit beatiſſima. Nã quãto magis aliquis hic bono frui poteſt: tãto magis eſt beatificabilis ſed hoc ↄtingit maxime in beata virgine propter optimã eius diſpoſitionẽ ad fruitionẽ: q2 vltra oẽz creaturã erat dotata virtutibus ꝛ donis gratiaꝝ: que ipſam maxime ad fruitionez diſponebãt. vnde Aug. dicit. Nullam dei ſapientia maſſam inuenit humani generis: per quã vt diſpoſuerat in mundũ veniẽs: luctuoſe pditioni ſubueniret ꝛc. vide ſupra in euãgelio Miſſus eſt. Pax ante ſecũdaz ↄſiderationẽ Hanc autez pfectionẽ ↄſiderãs in ea Elyſabeth. Dixit. Et beata es. Innuẽs ſuaz beatitudinez hic inchoaſſe. vnde Beda dicit. Nec mirũ ſi dñs redẽptur⁹ mũduz: opatiõnẽ ſuã inchoauit a mre: vt p quaz ſalus oĩbus parabat. eadez p̃ fructũ ſalutis filij hauriret ex pignore.

ℭ Scdã ↄclõ eſt: ꝙ lz in hac vita pfecta ꝛ vera beatitudo nõ poteſt haberi: cũ ſit pfectum ꝛ ſufficiẽs bonũ: excludens omne maluz: ꝛ implens oẽ deſideriũ boni: qđ impoſſibile eſt in hac vita. Tñ beata virgo habuit participationem beatitudis in hac vita: pp ſilitudinem vere beatitudinis: ſm aliqualem ſũmi boni fruitionem. Hoc tñ maxime erat p fidem: quam prius habuit: anteq̃ corporalr̃ ↄciperet xp̃m. vnde Aug. Virgo beata xp̃z ↄcepit prius mẽte q̃ corpore per fidem. Et beatior erat in cõceptione mẽtis. Et ideo dicitur. Beata q̃ credidiſti. q. d. Ideo beatitudinis inchoationẽ hic in vita ↄſecuta es: q2 fide nõ ficta: ſed vera: ſũme veritati: que mẽtiri non poteſt imobiliter inheſiſti. Et ideo dicit Augu. de virginitate. Materna propinquitas nihil Marie ꝓfuiſſet: niſi felicius xp̃m in corde p fidez: q̃ carne geſtaſſet. Cũ igitur xp̃s habitet p fidez in cordibus noſtris: quo habito habet omne bonũ: Ipſa fides videt hr̃e merituz btitudinis eterne: pz etiã ratione. Nã vltima beatitudo hoĩs cõſiſtit in quadã ſupnãli viſione. Ad quaz nemo ptingere pot̃: niſi deo doctore: a q̃ hẽmus ↄitatẽ fidei: q̃ ſola hẽtur p fidez. Quare ꝛc.

ℭ Tertia ↄclõ eſt: ꝙ cõiter per fidem de eterna beatitudine certificamur. Ad heb. xj. Sancti p fidem ꝛc. Pz etiã ratione. Nam act⁹ noſtri ſunt meritorij inquantũ pcedunt ex libero arbitrio moto a deo p gratiaz. vnde oĩs actus humanus ſi ſit relatus in deum. poteſt eẽ meritorius. Ipſum autẽ credere eſt huiuſmodi: q2 actus intellectus aſſentiens veritati diuine imperio voluntatis a deo motę p gratiã in ordine ad deum. Et ideo dicitur ibi: ꝙ fides eſt ſubſtãtia reꝝ ſperandaꝝ. Glo. I. que res ſperandas facit nos conſequi. ſ. bona futura. Et Criſo. ibidẽ dicit: ꝙ fides eſt augmentum. i. premõſtratio ꝛ certitudo reꝝ: que nõ apparẽt q2 ſi de eis dubitas per fidẽ ꝓbantur. i. indubitanter facit ea cõſequi. Et ideo addit. Quoniam perficientur ea que dicta ſunt tibi a dño. q. d. Propter fidez tuaz pficientur. i. certitudinaliter dabuntur tibi: que dicta. i. promiſſa ſunt tibi a dño. i. a xp̃o: qui credentibus nunc in nouo teſtamento ꝓmittit eterna: ſed non tẽporalia. Sicut carnalibus in veteri teſtamẽto ꝓmittebat. vñ glo. Aug. dicit ſup illo verbo Sãcti p fidem ꝛc. ℭ In veteri teſtamento ſepe patribus tpalis felicitas mõſtratur exhibita. ℭ In nouo aũt teſtamẽto non eſt tp̃s taliũ reꝝ. Ante aũt dedit deus talia ad veterez hominem ptinentia: vt p̃ter euz non intelligatur alius largitor terrene felicitatis. In xp̃o autez nouo hoĩe: nouis noua ꝓmittit. i. eterna. vnde ipſe voluit pati ꝛ mori tanquã a deo derelictus: vt gratia noui teſtamenti ↄmẽdaretur: qua diſceremus aliã felicitatez querere. Que nunc eſt in fide: Poſtea in ſpe: ut ſic hortaretur nos terrenam felicitatem contemnere pro eterna.

Quarta conſideratio.

c Irca quartam conſiderationez: que eſt de gratitudine regratiandi. Cuz dicit. Et ait Maria. Magnificat anima mea ꝛc. Ubi ſunt tres cõcluſiones.

ℭ Prima ↄcluſio eſt: ꝙ licet de lege cõi nos multa beneficia receperimus. Puta creationem: redemptionẽ: multoꝝ beneficioꝝ largitionem. ℭ Itẽ expectationez: iuſtificationem ꝛ obſeruationz: ꝛ preſeruationem: ꝓpter que etiã obligamur ad gratiaꝝ actionẽ: ſm Ber. di. grãs agam⁹ factori noſtro: redẽptori nr̃o: benefactori: remuneratori noſtro. Tñ ex ſpeciali p̃rogatiua beata Vgo recepit iſta: ꝛ adhuc dona excellentiſſima. ſ. ſanctificationis in vtero: gratiam maternitatis. Honorez reſpectu filij: gratie plenitudinem in conceptione filij: ꝛ reſurrectionis accelerationem. Que omnia non cadũt ſub merito condigno ex natura rei: Licet ex inſtitutione diuine voluntatis: propter inequalitatez ꝓportionis gratie ad gloriam: ꝛ ideo obligatur adhuc ad maximaz gratiaꝝ actionez. Cuius ratio prima eſſe poteſt. Nam ſm diuerſas cauſas: ex quibus aliquid debetur. Neceſſe eſt diuerſificari debiti reddendi rationem: ita tamen ꝙ ſemper in maiori: illud quod minus eſt contineatur. ℭ Cuz igitur hijs conſideratis primo ꝛ principaliter inuenitur cauſa debiti in deo. ſ. ꝙ ipſe eſt primum principium omniuz bonorum noſtroꝝ Ideo virgo glorioſa tot ꝛ tãta beneficia a deo recipiens: ad impendendum ſibi maximum cultum reuerentie obligatur. Cuius ratio eſt ſecunda. Nam gratiarum actio in accipiente reſpicit gratiã dantis: vnde vbi eſt maior gratia dantis: ibi requiritur maior gratiaruz actio ex parte recipientis. Cuz ipſa igitur vltra oẽz creaturam receperit abundantiam omniũ gratiarum: merito debebat reddere maximaz gratiaꝝ actionez. Vñ dicit de ea. Et ait Maria. Magnificat ꝛc̃. vbi Beda dicit in pſona ei⁹.

ſuus relatiue dicitur ad dn̄m. Et ideo debet
ſibi in perfectione proporcionari. Cum ergo
perfectiones in dn̄o exaltent euꝫ ſuper alios.
Ideo ds̄ vult ſubiectū ſibi nō ſolū ꝑficere: ſꝫ ēt
dignitate alijs ꝓferre. vn̄ dicit. Dn̄o ſuiētes:
qꝛ qđ ꝓ primo ipēditis credite vos ipēdere do.
¶ 15m. eſt confidentia de deo: que eſt ſpes.
Nam ſpes eſt certa expectatio future beatitudi
nis proueniens ex dei gratia ⁊ ex meritis pre
cedentibus. Unde vbi eſt expectatio ſpei: ibi
duo ſunt: ſcilicet intentio animi ad futuraꝫ be/
atitudinem: ⁊ permanentia in deo. Iohiſ. 13.
Manete in me: ⁊ ego i vobis. Qui a deo per
peccatum recedit non habet expectationeꝫ que
ad ſpem requiritur. Hec enim reddit nos ſe/
curos de promiſſiōe: Pſal. In deo ſperaui.



Et ideo dicit. Spe gaudentes: vt. ſ. propter
bona predicta ſperetis eterna cuꝫ gaudio. Cer
ti enī de futuris gaudēt: qꝛ ſperant rectiſſime
ſe accepturos. Phi. 9. Gaudete i dn̄o ſemꝑ.
¶ 16m ē patiētia. Nā patientia eſt virtus ꝯtu
meliarum ⁊ omnis aduerſitatis impetꝰ equa/
nimiter portans. vnde dicit. Sitis patiētes:
ſcilicet in tribulatione. ſ. ex confidentia ſpei.
Hebr. 10. Patientia vobis neceſſaria eſt.
¶ 17m. eſt deuota oratio. Nam oratio eſt re/
medium illis: qui vitioruꝫ temptamentis eſtu
ant: vt quotiēs quolibet tangātur vitio: totiēs
ſe ad orationem ſubdant. Multuꝫ. n. neceſſe
habemus orare ⁊ clamare ad deuꝫ. Et ideo di
cit. Orationi inſiſtentes: oratio impetrat patiē
tiaꝫ: Luce. 18. Semꝑ orare ⁊ non deficere.
¶ 18m. eſt pauperibus in neceſſitatibus ſub/
uenire. Nam elemoſina que ſit pauperibꝰ ſpi
ritu eſt deo multū grata: ſicut ſi fieret ſibi. Ta/
les ſunt religioſi propter ſtatus perfectionem:
quia non ſolum relinquunt ſua ſed ſeipſos. vn
de Matth. Siquis vult venire poſt me abne
get ⁊c. Vnde ſicut chriſtus fuit obediens pa/
tri vſqꝫ ad mortem: Sic pauper ſpiritu qui eſt
imitator chriſti debet abnegare propriam vo/
luntatem. vnde Ber. Qui relinquere diſpo
nis omnia: te quoqꝫ inter relinquenda nume
rare memento. Vnde xp̄s eos ſuos inimicos
vocat. Matt. 27. Quādiu. i. quanto tēpore fe
ciſtiſ: ideſt opa miſericordie exhibuiſtis vni ex
hijs minimis: mihi feciſtis. Et dicit meis: vt
ſpecialiter innueret de pauperibus ſpiritu: ad
quos tendens manus dixerat ſupra duodeciꝫ
apoſtolos. Fratres mei ſunt qui faciunt volū
tatem patris. Et ex quo videretur forſam ali/
cui ꝙ alijs pauperibus dare nō eſſet ita meri/
torium. Dicendū: ꝙ hoc intelligitur ſcđꝫ ſpecia
lem reputationē: qꝛ ſpecialiter reputat ſibi fa/
ctum ꝙ ſit paupibus ſpiritu: tamē eſt omnibꝰ
dandum. Dicit. n. minoribus: gloſa. Mino
res non ſunt ꝯtēnendi iuuari poſt maiores
Acciuit igitur iuuant contemplatiuos: ſecula/
res: religioſos: ſed non ſolū oratione: ſed ⁊ tē
poraliū miniſtratione. vnde ⁊ dicit. Neceſſita
tibus ſanctoꝝ ꝯmunicantes. ſ. penurijs: ꝯmo
rantiū. Inter nos communicātes bona nr̄a.
¶ 19m. eſt tenere hoſpitalitatē. Hāc. n. tenē/
tes merent in eterno habitaclo hoſpitari. Nō
eſt: qꝛ eſt actus miſericordie q ēt meretur a deo
miſereri. Nā hoſpitatio eſt actus quo ſubueni
tur indigētī habitaculū preſtādo ex ꝯpaſſione
propter dn̄ꝫ: ſed hoc pertinet ad miſericordiaꝫ
ſcilicet vt paupeꝫ qs hoſpitio recipiat: ſed qꝛ mi
ſericordia eſt effectꝰ caritatis: ex ꝯn̄ti hoſpita/
litas ē actus caritatis mediāte miſericordia. vn̄
q recipit paupes ad hoſpitiū deuꝫ recipit: ⁊ me
rebitur in celo hoſpitari. vnde dr̄. Sitis etiaꝫ
hoſpitalitatē ſectantes. ſ. reſpectu trāſeuntium
paupeꝝ. Sectantes. q. d. aſſidue: ponit enim
verbuꝫ frequentatiuuꝫ: vt notet affectum ho/
ſpitandi: ne frequētia hoſpituꝫ fiat oneroſa. 1.
Pe. 4. Hoſpitales inuicem ſine murmura/
tione. ¶ 20m. eſt virtuoſitas ſiue boni opta/
tio: que eſt quedaꝫ ſpiritualis benedictio: qua
bendicentur illi qui multiplicantur virtutibus
⁊ firmantur. Talis autem benedictio nihil ali
ud eſt: q̄ꝫ quedam ſingularis ⁊ gratioſa ado/
ptio in filium regni ⁊ eterne hereditatis: ſcili/
cet virtuoſe operanti. Sicut enim antiqui pa/
tres ſolent benedicere filiis: ſcilicet ad haben/
dum bona temporalia. Patet de Iſaac gene.
27. Sic deus pater benedixit filios gratie i bo
nis ſpiritualibus per gratiaꝫ eis aſſiſtendo: ad
ephe. primo. Benedixit nos omni benedicti/
one ſpirituali. Uirtuoſis eniꝫ optare debemꝰ
eterna: ſed qꝛ nō ſufficit diligere. i. optare bo/
nū amicis in deo: niſi ēt optemus bonū gratie
inimicis ꝓꝑ deū. Hinc dicit. Benedicite perſe/
quentibus vos. i. bona eis orate: ꝑ hoc remo/
uet ea a ꝯſuetudine ꝯmuni: ne irato aīo incita
ti vt prius facile maledicāt: ſed magis victa ira
concite benedicant: vt laudetur diſciplina do/
minica. Et nolite maledicere: ideſt benedictio
veſtra ſit ſine admixtione amaritudinis: quia
optanda ſunt eis bona hinc ⁊ patrie: ſiue bona
corporis ⁊ anime. ¶ 21m eſt ſpiritualis cōgra
tulatio ⁊ cōpaſſio. Hij. n. duo ſunt effectus ca
ritatis. Nam ex amore procedit gauduꝫ ⁊ tri
ſtitia: ſed contrario modo. Gaudium eniꝫ ex
amore cauſatur: vel propter pn̄tiam boni ama
ti: vel etiā ꝓpter hoc ꝙ ipſi bono amato ꝓpriū
bonū ineſt ⁊ ꝯſeruatur: ⁊ ſcđm hoc maxime ꝑti
net ad amoreꝫ beniuolētie ꝑ quē aliqs gaudet
đ amico proſpe ſe habente: ⁊ ſi ſit abſens. vn
de dicit. Gaudere cū gaudentibꝰ ꝯgratulādo
. ſ. cū eis. Luce. 13. Cōgratulamini mihi oēs:
Sed e cōtrario modo ex amore: ſeqtur triſtitia
vel ꝓpter abſentiam amati: vel ꝓpter illaꝫ cui
volumus bonum ſi ſuo bono ꝑuatur: vel ali/
quo malo deprimitur. Sed qꝛ fletus proximi
non eſt niſi de aliquo malo. Omne autē ma/
lum importat defectū ꝑticipatōis ſumma boni

Et ideo intantum caritas facit condolere ꝓximo: inq̄tuʒ participatio diuini boni in eo impenditur. Hoc aūt facit ꝯpaſſio. Et ideo dicit Flere cum flentibus coꝝ triſtitie cōpatiendo. ¶ 22m eſt vnitas mentiuʒ. Et nota ſm Bñ. ꝙ vnitas btōꝝ eſt duplex. Vna eſt. n. que iuſtificatur: ꝛ h̄ eſt meritum. Et alia eſt que glorificat: ꝛ hoc eſt p̄miuʒ. ¶ Prima eſt neceſſaria. Et ideo apl's ipſam nobis ſumma diligētia obſeruandā tradit: dicens. Solliciti ſeruare vnitatem ſpūs in vinculo pacis. Debet gͣ ꝑfectus vnitatem habere ad ſeip̄m per integritatem: ad ꝓximum per ꝯformitatem. Omnis quippe creatura dʒ ſuum p̄nm imitari. ¶ Cum ergo deus noſter ſit vnus atq̄ȝ in ſeipſo perfectus: nec vllo indigens: ineſt ei benignitas erga nos: ꝛ amor ex beniuolētia in nos veniens. Debemus et nos quiſq̄ȝ ſibi vnus eē ꝑ integritatem virtutis. ꝛ vnus cum ꝓximis ꝑ vinculum dilectōis. Sed hanc vnitatē ad ꝓximum hēmus duobus modis. ſ. dum ꝛ nos per dilectionem tendimus in altum: ꝛ alteriuſ quoq̄ȝ viciſſim in nobis recipimus affectum. Et h̄ eſt ꝙ dicit. Id ip̄m inuicem. ſ. humanitatem: ſentientes. ſ. viciſſitudine dilectionis. ¶ 23m eſt nō ſuperbire. Naʒ ſuperbia ſemꝑ vult in altum ferri ꝛ nulli ſubijci. Ex hoc eniʒ noiatur ſupbus: ꝙ aliquis per voluntatē tendit ſuper illud qd̄ eſt. Habet aūt hec recta ratio: vt voluntas vniuſcuiuſq̄ȝ facit illud: quod eſt ꝓportionatum ſibi. Et ideo manifeſtū eſt ꝙ ſuperbia importat aliquid: quod aduerſatᷣ recte rationi: qꝛ facit hoiem eleuatum ſupra illud: qd̄ eſt. Et inde eſt: ꝙ ſupbus chriſtū a ſe eijcit: qꝛ nō vult ei ſubijci. Et iō a deo deſpicitur. Pſal. Deiecisti eos dum alleuarentᷣ. vnde dicit. Non alta. q. d. ſitis ſapientes. i. pro bonis ꝓmiſſ. ꝯtra alios ſupbientes. Pſal. Domine nō eſt exaltatuʒ ꝛc. ¶ 24m eſt deuota humiliatio. Per hanc enim virtuteʒ homo diſponitur ad gratiam diuinam: ꝛ efficitᷣ fertilis: ꝛ fructuoſus. Facit enim cor profundum ad ſuſcipiendum diuinū donum. Et ideo debet ſe humilem reputare. Deus eniʒ in corde humili requieſcit. vnde Augꝰ. libro ꝯfeſſionū O q̄ȝ excelſus es: ꝛ humiles corde ſunt domꝰ tue. Exempluʒ de beata virgine: que propter profundiſſimam humilitatem recepit in ſe verbi dei ſublimitatem.

¶ Dominica ſecunda poſt epyphaniam. Sermo de euangelio.

Nuptie facte ſunt in cana galilee. Joh's ſcđo: ſm ꝙ dicit Auguſt. Factus eſt deus homo: vt fieret deus. Quia natus ē in tēporis volubilitate: vt nos ꝑducat ad patris eternitatē. Qđ fit ex parte hoīs ſe diſponentis per quandā ſpūalem regenerationem: vt poſtpoſita vita peccati: actibꝰ beatificis deo vniatᷣ. Moralr̄ tractatuʒ eſt de noſtra ſpūali regeneratione: vt patuit in chriſti natiuitate: circōciſione: ꝛ apparitōe. In preſenti euangelio moralr̄ in nuptiaꝝ celebratiōe oſtenditᷣ qūo actibus beatificis deo vniamur. Quāuis. n. iſta vnio nō ſit tāta: q̄nta eſt vnio ypoſtatica. Tamen eſt aliqua ſilitudo: qꝛ ꝑ illam iſtius poſſibilitas eſt oſtenſa. vnde occurrunt quatuor conſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Circa p̄mam conſiderationē: que eſt de nuptiaruʒ celebratione: vbi ſunt quinque concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ per huiuſmōi nuptias intelligimus ꝯuerſioneʒ. Nam ſicut inter nubentes eſt ꝯiunctio indiuidua: ꝯſuetudineʒ vite retinens: qꝛ hac intentōe ꝯiungi debent: vt perpetuo ſimul maneant. Sic etiā pctōr conuertens ſe ad deum ꝑ peccati diſplicentiaʒ: dʒ ei inſeparabilr̄ ꝯiūgi: qꝛ vera ꝯuerſio eſt a bono ꝯmutabili ad bonum incōmutabile: tota ꝛ ꝑfecta mentis applicatio. Sic aūt ꝯuertendo ad dñm: ipſe ad nos ꝯuertitur per dilationem vnde Zacha. Conuertimini ad me: ꝛ ego conuertar ad vos: Et fiunt uere nuptie per mutuum ꝯſenſum nubentium vtriuſq̄ȝ.

¶ Scđa ꝯclo eſt: ꝙ in hac deſponſatione tria occurrunt. ſ. fides ſm viā moris: confeſſio: ꝛ ſatiſfactio. Oſee. 2. Deſponſabo te mihi in fide: ſponſabo te mihi in iudicio ꝛ iuſtitia: ꝛ in miſericordia ꝛ miſerationibus ꝛc. ¶ Primo fit in fide per contritionē: quādo pctōr cognoſcat ſe offendiſſe: ꝛ ſupplicium eternuʒ meruiſſe. ꝛ felicitatem amiſiſſe. Sperat tamen veniam per ꝯtritionem: ꝛ ſic annulo fidei ſubaratur. ¶ Scđo fit in ꝯfeſſione: ꝛ tunc quaſi in facie eccl'ie ducitur: per abſolutionē benedicitur: ꝛ fit hoc in iudicio ꝛ iuſtitia per diſcretionē ꝛ caſtigationem ſui: ꝛ in miſericordia ꝛ miſerationibus per ſubuentioneʒ ꝓximi. ¶ Tertio fit in ſatiſfactione: ꝛ tunc per ſpem glorie in ſpōſi thalamū introducitᷣ: ſibi inſepabilr̄ copulata.

¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ diuerſi diuerſimode conuertuntur ſm Iſidoꝝ di. Nonnulli viri ſeculares elatione mentis tumentes: poſtq̄ȝ cōuerſi fuerint ad dñm: religioſa ſequuntᷣ obedientia characterum. Qui vero celſitudine mundiali glorantur: ipſaʒ elationē in ſtudium humilitatis cōmutant. Quidaʒ ſunt: qui iam ſecrete cōuerſi ſunt: quoꝝ ꝯuerſio qꝛ non ꝓcedit ad publicum apud eſtimationem humanaʒ quales fuerint: tales adhuc eſſe putantur: cum iaʒ in oculis dei ſurrexerunt. ¶ Item quidā adhuc iudicio humano ſtare cernuntᷣ: iam caʒ in dei oculis ceciderunt. Multi aūt apud hoīes reprobi putentur: ꝛ apud dñm electi ſunt: ꝛ multi apud hoīes electi putantur: ꝛ apud deuʒ reprobi ſunt. ¶ Nullus ḡ putet ſe electū: ne forte iam reprobus ſit apđ dñm.

¶ Quarta ꝯo eſt: ꝙ nouitᷣ ꝛ vere ꝯuerſus ſuſtinebit multos ꝯflictꝰ. Naʒ vitia añ ꝯuerſionē quaſi pacē cū hoīe hn̄t: q̄n aūt expelluntur acriori Ꝟtute conſurgunt: fiunt aūt in conuerſo q̄ peccatori proſpera blandiebantur: atq̄ȝ recte ſiunt conuerſo acriora: que peccatori blanda extiterunt. Multos conflictus habet dei ſuus ante conuerſionē ꝓcedit turba peccatoꝝ: poſt conuerſionē ſequitᷣ turba temptationū. illa ſe obijciunt ne ad eaʒ ꝯuertamur iſta ſe ingerūt ne deum videamus. Et in hijs nō frangaris: qꝛ deus nouit reprimere vitioꝝ aduerſitates: ſucceſſione virtutū. vnde vtile eſt ꝯuerſo tempari: vt a corpore negligentie ſolicitetᷣ animus et ad virtutes ſe prepararet per exercitium.

¶ Quinta concluſio eſt ꝙ ad hanc ꝯuerſionē duo requiruntur. ſ. conuerſi diſpoſitio ꝛ gratie cooꝑatio: qꝛ ſcđm Augu. Qui te creauit ſine te: nō te iuſtificabit ſine te. ¶ Primo ḡ requiritᷣ diſpoſitio. Nam forma nunq̄ȝ iprimitur niſi materia habilitetᷣ. ¶ Scđo requiritur gratie cooperatio: ipſa eniʒ nō cogit: ſed incitando habilitat voluntateʒ. Unde ad phili. ꝑ. Qui cepit in vobis opus bonū: ꝑficiet vſq̄ȝ in diem xp̄i ieſu. vnde dr̄. Nuptie idest vnio peccatoꝝ ad deum ꝑ conuerſionē. Facte ſunt: ꝑ aſſiſtentiā diuine gratie. In chana galilee: qđ interpretatᷣ zelus tranſmigrationis: zelus eſt amor in ſponſam ꝓpriam: ibi fiunt nuptie q̄n feruore dilectionis quis tranſmigratᷣ de vitijs ad Ꝟtutes. Et ideo ſequitᷣ documentū: ꝙ remiſſa ꝯuerſio licet ꝯcepta ſit ab homine: nō tñ eſt a deo. Et ideo vitanda: qꝛ in p̄ſtinos reducit errores. Tepidus eniʒ ocioſa verba: et vanas cogitationes: ꝛ noxias eſſe nō vidit: Qđ ſi a torpore mētis euigilauerit: que leuia putabat: ꝯfeſtim quaſi horrenda ꝑtimeſcit. ¶ Sʒ queritᷣ qꝛ mūdus habet ſtrenuos executores: ſed timor dei languidos ſectatores. Dicitᷣ gͣ labor qui nō ꝓ p̄ſenti ſed ꝓ futura eſt remuneratione differtᷣ: et dū laboꝝ mercede nō ſtatiʒ ꝯſequuntᷣ: ſpe pene diſſolutū langueſcit. vnde magna coꝝ gloria ꝑparatᷣ: qui bone conuerſionis p̄ncipia augmento ſolidiori cōſumant.

Secunda conſideratio.

Secunda conſideratio eſt de ꝯuiuantiū ꝯditione. vbi nota ꝙ cōuiue erāt. ¶ Primo: ieſus q̄ interpretatᷣ ſpes ſalutis. Ipſa. n. remouet tribulationeʒ: vt pʒ in ſuſanna. Dan. 13. que flēs ſuſpexit ad celū Erat enim cor eius fiduciam habens in dño ¶ Secundo erat ibi maria que interpretatur illuminatrix. Natura enim lucis eſt reꝝ turpium turpitudinem ꝓpalare. Unde turpitudo peccati ſub delectatione occlūa in lumine patet ¶ Tertio erat ibi petrus. idest cognitio de iuſtitie dei ſeueritate materne benignitate. Iudicaſ poteſtate: pene acerbitate: ꝛ mortis ſecuritate. ¶ Quarto Andreas. i. decorus in vita ꝑ ornamenta virtutū. ¶ Quinto. Iacobus minor. i. ſupplātator venialiuʒ peccatoꝝ. ¶ Sexto. Iacobus maior. i. ſupator mortaliuʒ peccatoꝝ. ¶ Septimo. Iohes i quo ē gr̄a: ꝑ peccatuʒ nō pones obicē. ¶ Octauo Mathias id eſt paruus in reputatiōe ſui meritᷣ. ¶ Nono. Philippus. i. amator ſupnoꝝ ꝑ deſpectū tēporalium: qꝛ nemo poteſt duobus ſeruire. ¶ Decimo. Thomas. i. geminus qͣ habet geminā dilectionem. ſ. dei ꝛ ꝓximi. ¶ Undecimo. Barto. i. filꝰ ſuſpendētis aquas id ē reputantis aquas tribulatiōis ꝓ nihilo: quas ſubſtinuit ob amorē dei. ¶ Duodecimo. Symon. i. obediens monitioni dei. ¶ Decimotertio. Iudas. i. ꝯfitēs dei vſq̄ȝ ad finem pſeuerando. ¶ Decimoquarto architriclinꝰ. i. diſcretio: que ſm Ber. omni virtuti ordinem ponit. vnde ſm eundē ipſa eſt mediatrix ꝛ auriga virtutum: ordinatrix affectuum: ꝛ moruʒ doctrix: ꝛ ꝯſumatio perfectionis. Tolle hanc: ꝛ virtus vitium erit.

Tertia conſideratio.

Irca tertiam cõſiderationẽ3 : que eſt
c de miraculo ordinatiõe ſunt. 5. ↄclõnes
¶ Prima ↄ° eſt q xp̃s has nuptias
adornauit miraculo pp duo. ¶ Pri°: vt etiaȝ
ſuã doctrinã confirmaret. Sicut. n. nalis do
ctrina declaratur p quedam nalia. Sic decuit
vt xp̃s ſuã doctrinã ſupnaturalẽ cõfirmaret p
miracula ſup nãm. ¶ Scḋo vt ſuã potentiam
demõſtraret: ⁊ p hoc ad fidẽ induceret. vnde
dixit. Si nõ feciſſeȝ ſigna in vobis: que nemo
alius ante me fecit: non vtique crederetis.
¶ Scḋa cõcluſio eſt: q in his nuptijs mutat
aqua in vinũ: ſed nõ ad plenũ: q2 pax eſt quo
in pñti ↄſolamur: ⁊ modicum pre illius amore
dulcedis magnitudie. Aũt ſi perciperem⁹ illud
modicũ: cũ Petro diceremus. Faciamus, h
tria tabernacula. Ber. Nõnunqȝ. n. dñe q̃ſi
clauſis oculꝭ ad te ſuſpirãti mittꝭ mihi i os cordis
qḋ nõ lȝ mihi ſcire qd ſit: ſaporẽ quendã ſentio.
dulcedinẽ a deo ↄfortantẽ: q̃ ſi pficeret nihil vl
tra q̃rereȝ. Sȝ certe hec rõ errat: q2 h ↄſolatio
vix ẽ modica gutta celeſtis dulcedis future:
¶ Tertia ↄ° eſt: q lȝ huius ↄuerſiõis meritũ
ſit deo acceptũ: qḋ p vinũ intelligit; tamẽ talis
acceptatio nõ eſt a paſſiõe ſimplr in ſe ſtum hõ:
ſed pp ↄditionẽ pſone: q̃ meruit. vnde lȝ paſ/
ſio xp̃i fuerit finita: ⁊ p nobis oĩbus ſufficien/
ter ſatiſfactoria: fuit ĩfinita tñ pp ↄditionẽ pſo
ne. Nam ſi fuit puri hoĩs: nõ acceptaſſet deus
ſed quia fuit etiam deus: quare ⁊c.
¶ Quarta ↄclo eſt: q p ſex ydrias ad purifi/
cationẽ poſitas ſignificẽtur mihi ſex q̃ requirun
tur ad remiſſionẽ peccati. ſ. duo ex parte remit
tentis: ⁊ duo ex parte illius cui fit remiſſio: ⁊
duo ex parte eius p quod fit remiſſio. Ex pte
remittẽtis ſunt duo. ſ. miſericordia ⁊ iuſtitia. Et
ex parte eius cui fit remiſſio ſunt duo. ſ. ppoſi
tuȝ nõ peccãdi: ⁊ dolor peccati ↄmiſſi: Ex par
te eius p qḋ fit remiſſio ſunt duo. ſ. fides eccle
ſie: ⁊ gratia que dat in ſacramentis. Naȝ ſicut
paleſtina carẽs aqs: ad purificatiõeȝ in ydrijs
aq̃s reſuabat: ſic ad remiſſionẽ ſex requiruntur
¶ Quita ↄ° eſt: q he ſex ydrie deformãtur p
alia ſex. Nã miſericordia deformat p deſperati-
oneȝ. Iuſtitia p preſumptionẽ. Propoſitum
penitẽdi p obſtinatiõeȝ. Dolor peccati p ipeni
tentiã. Fides eccl'ie p ipugnantiã ṽitatis agni
te. Grã ſacramẽtoꝝ p inuidẽtiaȝ fraterne grẽ
Et dñtur lapidee pp irremiſſibilitatẽ. Ubi no
ta: q oẽ pctm̃ ſimplr eſt remiſſibile: q2 lȝ aliqs
peccaret aliquo modo cũ intentiõe deliberata:
q nũquã peniteret; tñquam diu hõ viuit poteſt
ab hac itentiõe recedere. Ideo ſimplr ẽ remiſ/
ſibile. eſt tñ irremiſſibile ſȝ qd pp tres cauſas.
¶ Prima eſt cã mouẽs ad peccãdum. Infir/
mitas. n. ⁊ ignorantia nate ſunt pctm̃ excuſare
i toto vel in pte. Et q2 nõ cauſant in voluntariũ
ſimplr: iõ ſȝ qd: ⁊ tunc pctm̃ remiſſibile dr̃ q2
hȝ i ſe vñ facile excuſat: eo q ex caſu excuſãte p
cedit. Pctm̃. n. ex induſtria nõ hȝ huiuſmodi
rõneȝ excuſãtẽ: ⁊ ideo caret remiſſiõe. ¶ Se
cũda cauſa ẽ iclinatio ad pctm̃. ſ. qñ aliqs alicui
pctõ vt fini adheret: nõ põt tali pctõ faciliter re
mediũ adhiberi. Q uicũqȝ aũt ex electiõe pec/
cat ⁊ malicia. adheret malo pp ſe: igit peccatũ
tale nõ ẽ facilr curabile. ¶ Ter° cã eſt pp obie
ctũ pcti. ſ. ſpũs ſanctus. Eſt. n. ex hoc: q volũ
tas aie repellit illud: p qḋ fit remiſſio peccatoꝝ
Sic igitur egritudo diceret incurabilis: que
faceret faſtidiũ medicine: ita ⁊ pctm̃ hoc dr̃ irre
miſſibile: q2 medicinã pctm̃ curãs repellit. vel
aliter. Sex ydrie ſunt ſex opa ſatiſfactiõis: q/
bus purificat penitẽs a ſordibus. ¶ Primũ
eſt mortificatio carnis. ¶ 2m eſt aſſumptio pe
grinatiõis. ¶ 3m eſt largitio elemoſinarum.
¶ 4m ẽ iniuriaꝝ remiſſio. ¶ 5m fris ↄuer/
ſio. ¶ 6m ↄtinuatio orõnis. He ydrie capi-
unt metretas binas vel ternas: cuȝ exercitãdo
nos in eis dolem⁹: q2 peccauim⁹ in deũ: in p/
ximũ: ⁊ in nos metipſos.

Quarta conſideratio.

Irca quartaȝ ↄſiderationẽ. Nota q
c in h miraculo ds gliaȝ ſuaȝ manife/
ſtauit ⁊ fidẽ ampliauit. ¶ Primum
pȝ: q2 trãſmigrantib⁹ de vitijs ad virtutes: de
mũdo ad gliaȝ: ds manifeſtauit gliaȝ ſuã in ſi
gnis eternitatis. vñ dr̃. Hoc initiũ ſignoꝝ fe/
cit ieſus ⁊ manifeſtauit gliaȝ ſuaȝ. ¶ Naȝ in
primo ſigno ds eſt pſecte beat⁹: eo q itellectus
diuin⁹ põteȝ habeat diuinã ẽentiaȝ. Silr ⁊ vo
luntas. ¶ In 2° vult nos beneficare. ¶ In
3° ſigno ds manifeſtauit gliaȝ. i. puraȝ eſſen/
tiaȝ ſuaȝ: vt ſpeculũ preluciduũ in quo aia oĩa cõ
tẽplatur. In quo ſigno manifeſtauit gliaȝ ſuã
pſentando eſſentiaȝ ſuã: tanqȝ bonum in quo
aia ſũme qetatur: q2 quolibet bono finito dato
aia nõ queitatur: q2 ſemp põt bonũ maius ap/
petere. ¶ In 5° ſigno manifeſtat gloriã ſuã:
ſcilicet in rõne vite interminabilis q̃ ſeqtur uiſio
ſio ⁊ intẽtio ſũma: vt. ſ. illi q replẽt i bonis de/
ſideriũ tuũ: ſit intellectui plenitudo lucis: volũ

tati multitudo pacis ⁊ ↄſummationis ↄtinuatio
eternitatis. ¶ 2m pȝ ẽt. ſ. augmẽtatio fidei: q2 lȝ
fides pp rõneȝ careat merito: tamẽ fides habi
ta p rationẽ confirmatur ⁊ augmẽtatur. vnde
noticia intuitiua ⁊ fides ſtant ſimul q2 habens
fidem: aſſentiens veritati ex auctoritate ↄfir/
matur tamẽ fides, pter iſtã notitiam. vnde di
cit. Et crediderunt in eum diſcipuli eius: vn/
de apoſtoli viderũt xp̃m crucifixum: q eſt vn⁹
articulus fidei: ⁊ tamen habebant fidem.

¶ Dñica tertia poſt epyphaniã. Sermo. 19.

# Olite eſſe pru

dentes apud vos metipſos ⁊c.
Ro. 12. Scḋm q dicit Gre.
non multum laudabile eſt bo/
num eſſe cũ hoĩbus bonis: ſȝ
bonum eſſe cum malis. vt ſic quis ex virtute
redoleat ſicut lilium inter ſpinas: ⁊ hoc in me/
dio natiõis praue ⁊ puerſe. Phi. 2. Vt ſiquiſ
viuat inter inimicos ⁊ malos: ⁊ tamẽ ſancte ⁊
iuſte viuit declinãdo a malis eoꝝ. Sed q2 pru
dentia carnis: que eſt ſm apoſtolum mors, p
curans mala proximis. huic vere ſpirituali con
trariatur circunueniendo ſimilitudine prudẽ
tie ſpiritus. Quiſqui vult alios circũuenire
querit deceptionem ſimilitudinis vnius ad al
terum. Ideo apoſtolus in epiſtola preſenti do
cẽs nos quomodo quiſqȝ ſe debeat habere ad
proximum: hanc prudentiam diſſuadet dicẽs
Nolite eſſe ⁊c. vbi ↄcurrũt tres ↄſiderationes.

Prima conſideratio.

Irca primaȝ vbi docet vitare prudẽ
c tiam carnis cum dicitur. Nolite ⁊c.
ſunt quatuor concluſiones.
¶ Prima ↄcluſio eſt: q duplex eſt prudentia
Vna eſt gratuita que eſt virtus: ⁊ hec eſt ra/
dius viuus: a vero ſole pcedens. Alia ẽ pru
dentia ſolum apparens vel ſtulta: q2 ita videt
hoĩbus ſecularibus implens ſtudioſius q̃ car
nis ſunt: Unde cognitio quaȝ mali habent cir
ca ea que ptinent ad mores eſt quaſi mortua ⁊
inualida ad mouendũ volũtateȝ: vt bono co/
gnito ↄſentiat diſſentiatqȝ a malo cognito. Sȝ
prudentia virtus nõ ſolum lumen eſt. ſ. illumi
nans intellectũ: ſed etiam calefacit affectũ. Nõ
ſolũ. n. oſtendit: qd: quãdo: ⁊ qualr ſit agẽdũ:
ſed etiam mouet voluntatem vt appetat bonũ
⁊ fugiat malum.
¶ Scḋa ↄclõ eſt: q prudẽtia carnis eſt maxi
me fugienda. Ratio eſt. Nã ſicut prudẽtia ſpi
ritus ad bonũ finẽ totius vite bene ↄſiliat: ita
falſa carnis prudẽtia p ſimilitudinẽ dicta: pp ma
luȝ finẽ aliq̃s ponit ↄuenientias. Sicut cũ dicit
aliqs bonus latro: q2 ↄuenientes vias ad latro
ciniũ ſcit inuenire. Sic etiã qcũque prudentia
carnis vult aliquẽ circũuenire: opȝ, eum exco
gitare aliquas doloſas vias qḋ ſit deceptione ſi
militudinis. vnde Luc. 16. dr̃. Filij huius ſe
culi prudentiores ſunt ⁊c. Et hoc eſt qḋ dicit.
Nolite eſſe prudẽtes ⁊c. q. d. Ne prudentiaȝ
veſtram apud vos tm̃ habeatis: ſȝ magis apḋ
proximos. ſ. inimicos: ſiqs eoꝝ vos offendit.
Prouer. 6. Ne ſis ſapiens apud temetipſuȝ
te ſcilicet vindicando.
¶ Tertia ↄ° ẽ: q ſemp ſocietas maloꝝ ẽ vitã
da. Q uia dr̃ puerb. 22. Noli eſſe amicus ho
mini iracũdo: neqȝ ambules cuȝ hoĩe furioſo.
Unde. 66. Infirmi debẽt declinare ſocietatẽ
maloꝝ: ne mala que frequẽter aſpiciũt: ⁊ corri
gere nõ valẽt imitari delectẽtur. Et ponit exẽ/
plum. Quia ſicut aer malus aſſiduo flatu tra/
ctus inficit corpus: ita pueſa actio ſepe viſa;
⁊ locutio mala frequẽter audita inficit animaȝ
p°. corin. 15. Corrũpunt bonos mores collo/
qa praua. In hyſtoria tripartita legit de Con
ſtantino imperatore conuerſo cum multis de
familia ſua. Quos cuȝ ipſe probare vellet, qui
veri vel falſi chriſtiani eſſent: vno die omnes
conuocauit: ⁊ ſimulando ſe velle ad ritum gẽ/
tilitatis redire dixit. Quid vobis videt? Q°
audito multi ad hoc idem faciendum dixerunt
ſe eſſe paratos. Sed aliqui: licet pauci: dixe/
runt. Se potius pro chriſto mortem pati velle
quã Chriſtum agnitum relinquere. Quibus
viſis imperator omnes fictos i fide a ſe remo/
uit: ⁊ in fide firmos ſecum retinuit dicẽs. Nõ
poteſt homo eſſe ſecurus ⁊ fidus. Unde q̃ ci/
to vides in ſocietate allectionem ad peccatum
aut peccati ſignum diſſolue ſocietatis vinculuȝ
vnde dicit. Nolite eẽ prudentes apud vos ⁊c.
quaſi di. Eſtote prudentes apud alios: conſi/
derantes eorum doctrinam: vitam: conuerſa-
tionem: ⁊ mores vtrum ſint ex deo ⁊c.
¶ Quarta concluſio eſt: qḋ licet ire affectus:
datus eſt homini vt iraſcatur vitijs: ⁊ malis
ſuggeſtionibus. Et ex indignatione non pa/
tiatur ſe trahi ad conſenſum peccatorum: ⁊ re/
primat malos motus in ſe ⁊ in alijs vbi opor
tuit poteſt. Et vindicatur dei iniurias. Et

tranſgreſſiones iuſtitie: ſicut legitur chriſtum phariſeis fuiſſe iratum. Tñ ꝓ nunc ira in tm̄ eſt deformata: ⁊ ꝯtra rationē in furorē ⁊ quaſi in inſaniam verſa: vt more frenetici irratio/nabiliter moueatur homo contra hoīez ⁊ aīam ⁊ ꝓximum: ⁊ contra ſeipſum. contra ſanctos: ⁊ ꝯtra deū. Et iā vbi agnoſcim⁹ nos iniuſte moueri nō poſſumus qñq; ipetū iracūdie cohibē. Et ideo dicit Aug. O hō iraꝫ fuge: que eſt hoſtis nature: degenerat a rōne: excedit mēſurā iuſtitie: amicitiam rumpit: ꝯcordiam diſſipat: aufert pacem pectoris: tollit ſubſtantiam eter/nitatis. Et ideo ad refrenādum iraꝫ multū doleat premeditatio verboꝝ ⁊ factoꝝ contrarioꝝ: que poſſunt occurrere: vt ꝑ arma patientie ad pugnā ſe diſponat: vt ꝑ ſilentiuꝫ valeat os re/primere: ⁊ accenſam flāmaꝫ ire in corde ſuffo/care. Item vt homo modeſtus erubeſcat diſci/pline detrimentū incurrere: ⁊ alios ſcandaliza re. vnde dicit. Nulli. ſ. amico vel inimico reddentes malū ꝓ malo: multo magis nec maluꝫ ꝓ bono. vnde reddere malū ꝓ malo eſt fragi/litatis: ſed reddere malū ꝓ bono eſt peruerſitatis: ſed reddere bonuꝫ ꝓ malo eſt pietatis: ſed reddere bonum pro bono eſt equitatis.

Secunda ꝯſideratio.

Circa ſecundam ꝯſiderationem: que eſt de fraterne caritatis exhibitiōe cū dr̄. Prouidentes bona ⁊c. vbi ſunt quinque concluſiones.

Ꞓ Prima ꝯclō ē: ꝙ fraterna caritas ē maxie amplexāda. Ratio eſt. Quia gignit in nobis abundantiam virtutū: ⁊ inde eſt ꝙ dicitur mater virtutum. vnde Ber. Bona mater caritas: que ſiue foueat infirmos: ſiue exerceat ꝓfectos ſiue arguat inquietos: diuerſis diuerſa exhi/bens: ſicut filios ſuos tamē diligit vniuerſos. Cum te arguit pura eſt: cum blāditur ſimplex eſt. Solet pie ſeruire: ſine dolo mulcere: pati enter nouit iraſci: humiliter indignari. Licet leſa: lꝫ offenſa: ſi conuerſus fueris obuiabit tibi quaſi mater honorificata. Hec ille.

Ꞓ Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ talis caritas beneficijs exhibetur. Sicut. n. boni debēt cum malis viuere: vt ſua beneficentia ⁊ patiētia eos ꝯuertant ⁊ reducāt ad iuſtitie ⁊ veritatis itinera. Pro/pter qḋ precipitur Mat. 5. Percutienti ma/xillam: prebe ei alteram. vt ſm glo. Nō potiꝰ vindicte q̄ꝫ patiētie ſtudeas: eternaq; ꝓ tēpo/ralibus ꝯtēnas. vnde dicit Aug. Parat᷑ dꝫ eſſe homo pius iuſta patiētia coꝝ maliciā ſuſtinere: quos fieri bonos querit: ⁊ numerus potius creſcat bonoꝝ: nō vt pari malicia ſe numero addat maloꝝ: ⁊ lꝫ iuſti nō ſit ſemper in opere prebere. ſ. maxillā percutienti alteraꝫ: tñ precepta patiētie in cordis preparatiōe retinenda ſunt: ſm Augu. vnde dicit. Prouidentes bona. q. d. Precogitare debetis benefacere hijs etiam q vos oderunt. Quia ſicut benefi/cia beniuoli ⁊ humānitates in facto mitigāt iras ⁊ reducunt ad amicitias: ſic dulcia verba.

Ꞓ Tertia ꝯ° eſt: ⁊ eſt doctrina Ber. Qḋ vnuſquiſq; quantū pōt dꝫ ſe irreprehēſibilē exhibere Ꞓ Primo corā deo. ⁊ deinde coram hoībus in habitu: in actione: ⁊ ſermone. In habitu ne ſit notabilis. Actione ne ſit irreprehenſibilis. Sermone ne ſit ꝯtemptibilis. Tribus ēt modis coram deo. ſ. cogitatiōe: affectione: ⁊ intē/tione. Nam cogitatio dꝫ eſſe ſancta. Affectio pura: ⁊ intentio recta vnde dicit. Nō tm̄ coraꝫ deo: ſꝫ ēt corā oībus hoībus: i manifeſto opis vt nō fiat ſcandalum ſꝫ bonum exemplum.

Ꞓ Quarta ꝯclō eſt: ꝙ qꝛ ſm apl̄m pie ⁊ iuſte viuentes ꝑſecutionez patiunt᷑. Ideo oīa que ꝓpter iuſtitiam inferuntur: ſufferantur patient᷑. Nam patientia acquirit regnū celoꝝ. vñ Iheronymus. Nō niſi per patientiam implet᷑: qḋ dicitur Regnum celoꝝ vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud. vnde Mat. 5. Beati q perſecutionem patiunt᷑ ⁊c. vnde monēdi ſunt. vt patiēti/am ſeruent. Nam de filio dei dictum eſt Luce vltimo. O portebat pati xp̄m ⁊c. Vnde ꝑſum ptuoſus eſt qui credit leuiori precio regnū celorum poſſidere q̄ꝫ filius dei. vnde Augu. Tribulatio valet ad retundendā ſupbiam: ad probandam patientiā: ad habendā nequitie culpā ⁊ ad gloriam augendam. His ꝯſideratis ma/gis reputati ſunt aduerſa patiētes: q̄ꝫ ꝓſperitate fulgentes. vnde Tullius eam deſcribit di. Patientia eſt honeſtatis cauſa: aut vtilitatis reꝝ arduaꝝ: volūtaria ac diuturna perpeſſio. vnde dicit. Si fieri poteſt. q. d. vt aſſentiat nobis in bono pacis. Si vero nō poteſt fieri maloꝝ iniquitate merente: qꝛ difficile eſt ſaltez qḋ in nobis eſt. i. ptāte nr̄a eſt: vel inquātū in nobis ē: cū his q oderunt pacem ſitis pacifici.

Ꞓ Quīta ꝯclō eſt: ꝙ ad ꝯſeruationē patientie in aduerſis duo requiruntur. Ꞓ Primū eſt pacis reformatio. Ꞓ Scd̄ꝫ eſt iniurie inferende vitatio. Ꞓ Primū pꝫ de pace. Nā per paceꝫ recōciliamur deo ⁊ ꝯiter ꝓximo. vnde Ber. ſuper canti. Quid dabis nobis dñe? Pacem inquit do vobis: ⁊ ſufficit nobis: ⁊ pacē deſi/dero ⁊ nihil amplius: qꝛ cui nō ſufficit pax: nō ſufficis tu. Tu es. n. pax noſtra. Hic mihi ne ceſſariū ē recōciliari tibi ⁊c. Ꞓ Scd̄o pꝫ de iniuria. ſ. qūo qs teneat᷑ remittē iniuriā vel nō iſfer/re. Nā ex iniuria ſolēt oriri tria. Ꞓ Primum ē rancor in affectu. Ꞓ Scd̄ꝫ eſt rācoris ſignuꝫ in effectu. Ꞓ Tertium eſt actio ꝯtra iniuriāteꝫ Ꞓ Primū tenet᷑ qlibet ſtatiꝫ remittere: etiaꝫ ſi nō roget᷑. Ꞓ 2ᵐ tenet᷑ remittere veniā veraciter petēti. i. parato emēdare ſm facultateꝫ ſuā. Ꞓ 3ᵐ nō tenet᷑ remittere. Eſt tñ duplex debitum. Ꞓ Primuꝫ eſt neceſſitatis ſine quo non ē ſalus. Ꞓ 2ᵐ eſt ꝑfectiōis. Ꞓ Quātuꝫ ad primum debitū nō tenet᷑ quis recōciliationē querere: ſed de ſecundo dicit Chriſoſ. Quia talis dꝫ reconciliationē querere vt duplicē coronaꝫ ꝯſequatur. Vnā qꝛ iniuriaꝫ paſſus ē. Aliā qꝛ prius rogauit. Dicit ergo. Pacē hñtes cū oībus. ſ. inquantū ē in veſtro poſſe. Nec ſitis defendentes voſmetipſos. i. nō ſitis reſiſtētes aduerſarijs: vos vēdicādo: ſꝫ potius ꝓpitij indulgēdo. Sed date locū ire. i. iudicio dei vel ire aduerſarij. Hic dicit Aug. Qḋ non precipit vt nō liceat iudicari a deo qḋ clamant ſancti ſed vt nō ſemetipſos vīdicantes dent locuꝫ ire dei: qui dicit. Mihi vindictā ⁊c. Ad quem in Apoc. Sancti clamāt. Vindica dñe. Quod qualr̄ dꝫ accipi nō eſt p̄tereundū: ne videantur ſancti vindictā petere: qḋ nō decet eos. Dicē/dum: qꝛ iuſtus ⁊ malus vindictā petūt: tamen differenter. Iuſtus petit correptionē. Malus autē punitionē. Et cū deus punit nō delectat᷑ de pena inimici: qꝛ nō odit eum: ſed de iudicio dei: qḋ qꝛ deum diligit ſibi placet: qꝛ lꝫ deꝰ hic pluat ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: tñ aliqñ ⁊ in hoc ſeculo aſpe corripit: ⁊ ꝑtinaces in finē damnabit. Huic igitur reſeruāda eſt vindicta. vñ ait. Date locū ire. i. vindicte dei vel ire aduerſari orum permittens aduerſario facere qḋ vult. Et debetis dare locū ire dei. Scriptū eſt. n. in ꝓ/uerb. Mihi vindictā reſeruaui: vel vos reſeruate. Et ego retribuam. i. vindicabo melius: vnde ad ephe. xj. Horrendum eſt enim incidere in manus dei viuētis.

Tertia conſideratio

Ertia ꝯſideratio q̄ eſt de effectiua caritatis executiōe: cuꝫ dr̄. Si eſurierit ⁊ cetera: vbi ſunt quatuor ꝯclōnes.

Ꞓ Pᵃ ꝯ° ē: ꝙ dilig̃ īimicū ē ď neccē̄ate ſalutꝭ

Ꞓ Scd̄a concluſio eſt: ꝙ effectiue tenetur homo diligere inimicum etiam alterius legis.

Ꞓ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ quis effectiue tenet᷑ dili/gere inimicū nō excludēdo eū ab orōnibus generalibus: in ſpāli vero ſolū tenet᷑ i caſu necc̄atis

Ꞓ Quarta ꝯclō eſt: ꝙ magis meritoriū eſt diligere inimicuꝫ q̄ꝫ amicū. Has quatuor ꝯclō/nes quere in ſmone. 42. ꝯſi. pᵃ. Dicit ergo. Et ſi eſurierit inimicus tuus. q. d. Nō ſolum nō vindicabis te: reddēs malū ꝓ malo: ſꝫ etiā beneficio inimicū ꝓſequeris. Quia ſi eſurierit inimicus tuus in vite neceſſarijs: ciba illuꝫ. ſ. ſubueniēdo illi in cibo ⁊ potu. Hoc. n. faciēs carbones. i. feruorē caritatis ꝯgeres ſup caput eius. i. ſup mentē tuis beneficijs ad amorē trahendo. Noli vinci a malo. ſ. hoīe: ꝑdendo patientiā. Nā ſolus patiēs vincit. Prouer. 16. Melior eſt patiēs viro forti. Sed vince in bono patientie maluꝫ hoīuꝫ. Quia ſi vincis in malo malū: ſimul cuꝫ eo nequꝫ fies. Nobile vincē/di genus eſt patiētia. vnde Augu. Bonitate igitur ꝯtende ꝯtra illū ⁊ eſt vera contētio: ⁊ ſalubre certamen: vt ſit bonus ꝯtra malū: nō vt ſint duo mali: ſi tu iam non es malus. Opta malo vt ſit bonus: diſpliceat tibi ꝙ ſit malus: placeat tibi vt ſit bonus: ne ſint duo mali.

Ꞓ Dominica tertia. Sermo ď euāgelio. 30.

Um deſcēn diſſet Ieſus de monte: ſe/cute ſunt eum turbe multe Math. 8. Quia ſaluator ad hoc venerat in mundū vt hoīes perditos acqreret ⁊ ſaluaret. Iohis. 3. Non. n. miſit ďs filium ſuū in mundū vt iudicet mundū: ſed vt ſaluet᷑ mundus ꝑ ipſuꝫ. Et ideo ꝯgruebat vt xp̄s homines curādo miraculoſe oſtēderet ſe dñꝫ vniuerſaleꝫ oīuꝫ: ⁊ ſaluatorē ſpiritualē. vnde dicit Chriſo. Dñs de altitudine celi: q̄ſi de excelſo mōte deſcendit: vt leprā peccatoꝝ noſtrorū mundaret. Vt innuitur in euangelio: vbi ſaluator q̄tuor nobis ꝓponit in exēpluꝫ. Quorū tertiū eſt ď māſuetudie xp̄i nos ꝑueniēte: hoc mēbꝝ hēs iſra: ſermo. 41. ꝯſide. pᵃ. ſub q̄tuor 2° es. 4ᵐ euenit de hoīe ꝓſanitate ſupplicāte ibidem: ꝯſide. 2ᵃ: ſub octo documentis.

Primum principale.

Circa primū principale vbi ꝓponitur nobis in ſolatiū vite: ⁊ hoc in eius de

ſcenſione: ⁊ turbe miratione. d. Cum deſcendiſſet. vbi ſunt quatuor concluſiones.

¶ Prima ɔclo eſt: ꝙ cum illuſtratis ſemper eſt habēda mā collatiōis de vite pfectiōe. Sʒ cuʒ ſimplicibus habenda eſt collatio de groſſioribus: vt qlibet ſm ſuā facultateʒ informet: qḋ tamen eſt ɔtra aliquos: q populo rudi ſubtilia pdicāt. Introducētes aſtrologiā pſpectiuā ⁊ naturales rōnes: quēadmoduʒ dñs in predicatiōe ſuauit: ſʒ ſimplicia ſimplicibus vt innuit Orige. d. in omel. Docente igit dño in mōte diſcipuli erāt cuʒ eo. ſ. doctrinis celeſtib⁹ vel ſpūalibus pfectiōibus ibuti. d. vobis datū erat noſſe ſecreta. Nunc aūt deſcendente eo de mōte: ſecute ſunt eū turbe multe: q. ſ. in mōteʒ aſcendere nō poterāt ꝓpter ſimplicitateʒ ⁊ intellectus ruditatē. vñ Ber. Oportebat xp̄m deſcēdere: vt nos aſcendere doceremur.

¶ Scḋa ɔclo eſt: ꝙ aſcēdere volentes ad mōteʒ pfectiōis ⁊ doctrine: debēt deponere ſarcinā delictoꝝ. vnde Orig. d. Turbe ad mōteʒ aſcendere nō poterāt. Quos. n. delictoꝝ ſarcina deprimit: ad myſterioꝝ ſublima niſi abiecto onere ſcandere nō valēt. Hoc. n. onus eſt pctm̄. Et ideo dicit Chriſo. Inter ceteros aūt qui mōtem nō aſcenderant: etiā leproſus ſurſum aſcendere nō valebat: qꝛ peccatoꝝ baiulābat pondus: Lepra. n. eſt peccatuʒ aīaꝝ noſtraꝝ.

¶ Tertia ɔclo eſt: ꝙ cū duplex ſit mons. ſ. potentie ad quē conatus eſt diabolus aſcendere. Eſay. 14. Aſcēdā in celū ⁊c. Et mons ſcie ad queʒ voluit Adam aſcendere. Cui diabolus dixerat Gene. 3. Quacūqʒ die ⁊c. Et vterqʒ factus eſt leproſus. Docēs ḡ xp̄s remediū humilitatis ɔtra ſupbiā: deſcendit de vtroqʒ i valleʒ: de mōte potentie inducēs ifirmitateʒ nāam ⁊ potentiā ſub infirmitate abſcōdit non illā dimittēs. vnde. p⁹ coꝝ. j̄. Qḋ ifirmū eſt dei ⁊c. De q̄ ifirmitate aſſumpta. Eſa. 54. Vidim⁹ euʒ q̄ſi leproſuʒ ⁊c. De mōte ſcie abſcondens ſub ſimplicitate puerili ſapiaʒ infinitā non eaʒ dimittens. vnde p⁹ coꝝ j̄. Qḋ ſtultū eſt mundi elegit ds. Debemus itaqʒ ⁊ nos ſeq dñʒ ſic dignātēr ad nos deſcendenteʒ cū turbis potētiaꝝ. qꝛ ip̄e eſt via inobliq̄bilis: veritas ifallibilis: ⁊ bonitas inhauſibilis. vnde dr̄. Et ſecute ſunt euʒ turbe multe: q̄ ad mltitudinem vocatoꝝ ad fidē xp̄i. Sʒ qꝛ leproſus ſignat paucitateʒ electoꝝ. vñ Mat. 20. Multi ſūt vocati ⁊c.

¶ Seq̄mur ergo xp̄m ꝑ per paucitatem relinquendo tpalia vt mūdemur. Mat. 19. Vos q relīqſtis oīa. ¶ 2° p caſtitateʒ reſpuendo carnalia: vt illuminemur. Johīs. 8. Qui ſeqtur me nō ambulat in tenebris ⁊c. ¶ 3° p ɔtritioneʒ flendo criminalia vt emundemur. vt hic. Secute ſunt euʒ. ¶ 4° p ſatiſfactionē aſſumēdo penalia vt ɔſolemur. P⁹ Pe. 3°. Chriſt⁹ paſſus eſt ⁊c. Bene ſecute ſunt euʒ turbe multe: xp̄o eos attrahente: benignitate: māſuetudine: ⁊ ſapia. Oſee. xj°. Trahā eos in vinclis caritatiſ. i. in bōitate ⁊ dilectiōe. ¶ Et nota diuerſitatē ſequentiū. Nā aliq ſequuntur euʒ ꝓpter curationē: vt infirmi. Alij pp admirationeʒ: vt curioſi. Alij pp ciboʒ: vt famelici. Alij ꝓpter caritateʒ: vt apli. Alij pp doctrinam: vt ſimplices ſitiētes verbū. Alij pp calūniam: vt pharīſei: vnde verſus. Morbus: ſigna: cib⁹. amor: atqʒ calumnia dogma. Cauſa cur chriſtum turba ſecuta fuit.

¶ Quarta ɔclo eſt: ꝙ qꝛ ſm aplum. Corrūpunt bonos mores p⁹. coꝝ. 15. Colloqa praua corrumpunt bonos mores. p⁹. coꝝ. 15. Ideo bonoꝝ ſatietas ſemp eſt amplexāda. vñ Iſidorus de ſūmo bono. d. Quod ad correctioneʒ moꝝ multū valent exēpla bonoꝝ. Nam mores incohoantiū nō queūt pficere ad beneviuendū: niſi pfectoꝝ iformentꝰ exēplis. Nā exēplis ſanctoꝝ qbus edificātur hoies: varias faciunt ſectari virtutes. Sed qꝛ ds exēpla bonī opis ſanctoꝝ ante oculos mentis ꝓponit: iam nulla eſt de reatu excuſatio. Et ſi maloꝝ ſepe ſecuti ſumus exempla: cur nō imitemur ſanctorum digna ⁊ deo placita facta? Unde orēmus deum: vt virtutes quas ſanctis ꝑparauit ad coronaʒ: nobis ad pfectuʒ ſint poſite nō ad penā. Quia ſi ea negligentes imitati non fuerimus erunt nobis in dānationē. Et ideo turbe ɔſiderātes in xp̄o moꝝ vite ⁊ doctrine pfectioneʒ ſecute ſunt eū tanq̄ʒ omnis perfectiōis exēplū.

Secundum principale.

C Irca ſecunduʒ principale vbi chriſt⁹ proponitur humiliter deprecātibus in remedium culpe cum dr̄. Et ecce leproſus ⁊c. vbi ſunt quatuor concluſiones.

¶ Prima ɔclo ē: ꝙ typice: iſte leproſus ē genus hūanū duplici lepra ꝑcuſſū. ſ. cl̄pe ⁊ pene

¶ Scḋa ɔclo eſt: ꝙ p lepraʒ accipitur peccatū qḋ inſtar lepre ɔtrahitur p ɔtagiū ⁊ traducitur ad hereditatē: qꝛ pctm̄ aīaʒ maculat ab alio malo exēplo inficit: ⁊ a ɔſortio eccl̄ie vel ſanctoruʒ diſiungit. Hec aūt lepra pcti ad hereditatem tranſit: nō ſolū culpe: ſʒ pene. vnde de vtroqʒ Ro. 5. Sic̄ p vnū hoieʒ ⁊c. vñ dr̄. Ecce leproſus. q. d. O tu peccatoꝝ oculo mētis diligenter ɔſidera ɔſcie tue latebras: ⁊ inuenies te multiplici lepra peccati infectum.

¶ Tertia ɔ⁹ ē: ꝙ ad mūdationē lepꝛe ſpūalis ex pte nr̄a q̄tuor regrunṫ. ¶ Pri^m ē mētis affectio ſine q̄ ipoſſibile ē mūdari. vñ Au. Qui creauit te ſine te. In cui⁹ fig^n añ ɔceptiōeʒ xp̄i angl̄s aſcēſuʒ ꝟ glo ad ɔceptū regrebat: ⁊ dñs ad cecū dixit. Lu. 8. Quid vis vt fa. t. ⁊c. vñ lʒ ds rōe imēſe bonitatis plus ſanare pat⁹ ē totū mūdū: q̄ʒ vnū hoieʒ pere: qꝛ vult oēs hoies ſaluos fieri: ⁊ q̄tuʒ i ſe ē neminē vult pire. Opʒ tñ ipſā volūtateʒ q̄ ſanatōis ſpūal ſuſceptiua eſt ꝑdiſponi: ſʒ in vltimo iſtāti diſpōnis: qñ plenarie ē diſpoſita: ⁊ ex ħ grē ſuſceptibil̄ efficā: i inſtāti ds grāʒ ɔ̄uifaciēteʒ ifūdit ⁊ aiaʒ ſanat. vñ dr̄. Et ecce le. ve. Qḋ. n. veniebat i occurſuʒ ꝓcēſſiōis ſigt voti ⁊ deſideriū pmū: Eſa. 64. Utinā diſrūpes ⁊c. ¶ Scḋʒ ē fidei adheſio ſiue latria: cū dr̄. Et adorabat eū. Qui. n. adorat ſe iclīat. Sic ⁊ q credit iclīat ſenſū ſuū. He br. xj°. Sine fide ipoſſibile ē placere dō. Naʒ ipſa ē porta p quā ds itrat ad cor hoīs. Nā prīus itrauit fili⁹ dei i mēteʒ ꝟgis: q̄ʒ i ventrem. Lu. j̄. Btā q̄ credidiſti ⁊c. vñ Au. Beatior fuit m⁹ pcipiēdo fidē xp̄i: q̄ʒ ɔcipiēdo carnem xp̄i. Nihil marie mīnaꝓ ꝓ[illegible]: niſi ſelici⁹ xp̄ʒ corde q̄ʒ carne geſtaſſet. Cuʒ igiṫ xp̄s hitet p fideʒ i cordib⁹ nr̄is: q̄ hito habet oē bonū. Ipſa fides eſt radix oīuʒ bonoꝝ ⁊ ꝟtutuʒ vñ ſi ħ radix euellitꝛ certe ꝟtutes areſcunt. vñ Gre. Sic̄ ramꝰ ſine ꝟtute radicis nō creſcit: ita q̄libet opa lʒ videanṫ bona nulla ſunt: ſi a fidei ſoliditate diſiungant. ¶ Tertiū ē ɔfeſſio. Proprie imūdicie ⁊ diuine potētie cū dr̄. Dñe potes me mūdare. Sic ⁊ pctōr imūdiciā ſuam dʒ ɔfidere: ⁊ de dei po⁹ nō diffidere. De j̄. prouer. 18. Qui abſcōdit ſcelera ſi diriget. De. i Job. 14. Quis pōt facere mūdū ḋ imūdo ⁊c. vñ dicit. Potes me mūdare. ¶ Quartū ē cōfidētia de beniuolētie iploratōe: ibi. Si vis. q. d. de ptāte tua nō dubito: ſʒ ḋ volūtate. Non qꝛ tu ſis imiſicors: ſʒ qꝛ ego idign⁹ ſuʒ: ⁊ ideo peto miaʒ: vt tu velis ꝑter merita mea. Sic̄ pctōr dʒ oꝛoni iſtare. Judic. 9. Humilium ⁊ māſuetoꝝ tibi ſemp placuit depcatio. vnde ſʒ Chry. d. Si vis. Non dubitat xp̄i volūtatem ad omne bonū paratā: ſʒ qꝛ nō oībus expedit carnalis integritas. Neſciebat vtꝝ ei expediret iſta curatio. d. Si vis. q. d. Credo ꝙ bo^m eſt qḋ vis. Ignoro aūt ſi mihi qḋ deſidero ſit bonū: ideo me totum tue volūtati cōmitto. d. Dñe ſi vis. Non aūt dixit: ſi rogaueris: nʒ ſi oraueris: ſed ſi volueris. Neqʒ dicit. dñe me munda: ſʒ ei totū cōmittit ſm Orige. Et dñʒ eum facit: ⁊ ptātem vniuerſoꝝ ei tribuit.

¶ Quarta ɔ° eſt: ꝙ curatio ſpūalis lepꝛe octo expte diuine potentie regrit. ¶ Primū eſt larga mia diſpēſatiōis. Et extendit manū ieſus. Nō. n. ḋdignabaṫ leproſum tāgere ēt ɔtra legis ꝓhibitionē: vt nobis inimicis pctōrib⁹ audaciā daret: ⁊ oēʒ trepidatiōeʒ accedēdi ad ip̄ʒ penitus auferret. vñ q̄uis ſolo ipio curare potuiſſet: frequēter tñ ad curādū manus ipoſuit: vt aliqd aliḋ exteriuſ circa nos egit. ſ. tactū faciēdo vel ſile: vt oſtenderet: nō ſolū p diuine ꝟtutiſ potētiā: ſʒ ēt p icarnatōis myſteriū nos fore redimēdos: ⁊ ſic egit diuine ptātis opa: vt pp nos aſſūpte hūane nāe fragilitas i aliq relucerent.

¶ 2^n eſt ɔdeſcēſio benignitatis. Bonus. n. medic⁹ ɔdeſcēdēs ifirmis: nō abhorret imūdiciaʒ ifirmi ſui. Vñ xp̄s tetigit eū. vñ expoſitor Yſaac. d. Jō ſapia diuina medcīa pati ⁊ doctrina q̄ ſolo ꝟbo potuit leproſū curare tñ tactu curare maluit: vt nō facili⁹: ſʒ vt affectuoſius potēs bñficiuʒ ipendas: opus pietatis adipleas: nec abhorreas illū ſemp attēdens: pp quē facit q ē pulcher mūdus: hōeſtus ſemp ⁊ dignus.

¶ 3^m ē optatio ſanitatis. Bōus qppe medicus ḋſiderat ſanitatē ifirmo. Qḋ innuit ſaluator. d. Volo. Sʒ cupidus ⁊ doloſus nō q̄rit niſi q̄ſtuʒ. vñ ſʒ Ihe. nō. ꝙ ly: volo mūdare: ſe paratiʒ ē legēduʒ: vt ꝑus dicat. Volo: deide. mūdare. Leproſus. n. dixerat. Si vis. Dñs rñdit. Volo. Itē dixit. Potes me mundare. Ideo dominus dicit. Mūdare. ¶ Quartuʒ eſt aſſecutio deſiderate ſalutis. Et ɔfeſtim mūdata eſt lepra eius: quam dominus concedere ɔſueuit ad ḋſideriū ⁊ oꝛonē cuiuſlibʒ ꝓprij deſiderij. vñ ɔſuetudo laudabilis ē: vt ꝓ ifirmis oꝛōes fiāt ad dñʒ. Jac. vlt°. Infirmaṫ qſ ⁊c̄. vñ dic̄ ɔfeſtiʒ: oſtēdēs ꝓpitudinē diuine clemētie: ifirmū tā celeriter liberātis: nullo. ſ. medio iter ꝑceptū ⁊ op⁹ intueniēte: ſʒ Aug. Qꝛ ip̄e dixit ⁊ fcā ſūt. Qꝛ. n. vt dic̄ Orig. Nō dubitauit credē: nō tardaṫ ſanatio Qꝛ nō diſtulit ɔfeſſionē: nō differt mūdatio. ¶ 5^m ē vitatio humane laudis. Nā de magna virtutum euidentia facile ſubrepit elatio. vnde dicit. Ait illi Jeſus. Vide nemini dixeris: ſm Auguſtinū Docet nos per hoc non vulganda miſicordie beneficia: Sed ſubticenda: vel ſcḋʒ Raban.

Quid erat neceſſarie ꝙ illud ſermone iactaret quod opere ꝑſerebat? vel ſm Chri. Non ſim pliciter ꝓhib; ſ; ne anteq̃ ſacerdoti ſe oſtẽdat alicui reuelaret ne forte ſi ante alicui reuelaret ſacerdotes ꝓpter odiũ lepre: ⁊ inimicitias xp̄i eũ eipellerent de ppl'o quaſi leproſũ. Patet ꝙ iſte non fuit tranſgreſſor ꝑcepti: q2 nõ fuit ꝓ ꝑceptum obligans: ſed inſtruens. In cuius ẽt ſignum poſt ꝓhibitionẽ xp̄s intulit illḋ. vade et oſtẽde te ſacerdoti. Nec eſt huic ꝯtrariũ qḋ alibi dicit. vade ⁊ annuncia omnibꝰ gloriã dei Nam ſm Chriſo. erudit ꝓhibere eos qui nos laudant ꝓpter nos. Si aũt ad deũ referat glia nõ debemꝰ ꝓhibere ſ; magis iniungere: vt h̄ fiat. ℭ Septimũ ẽ duplicis confeſſionis. ſ. laudis et peccatoꝝ emẽdatio. Uade oſtende te ſacerdoti. vade dicit. Quia magis eſt ꝑfectus licet ſic dimiſſa culpa ꝑ ꝯtritionẽ ẽt ad ꝯfeſſionẽ ꝓcedere: ne videat eccl'e claues cõtemnere. Q2 poſt abſolutionem dei etiã debet ſeq abſolutio miniſtri. Jobis. xj°. Lazare ⁊c. Qḋ ꝑ dixerat Lazare ve. fo. ꝑtinet ad abſolutionem dei. Qḋ ſeqtur. Soluite eum: ꝑtinet ad abſolutionem miniſtri. Cõfeſſio laudis notat: cũ dicit Et offer munus tuum: qḋ ꝑcepit Moyſes. Quid. n. ꝯfeſſio laudis: niſi gratiaꝝ actio: ⁊ ꝯmẽdatio diuini muneris? vnde dñs nõ modicũ indignat de ingratitudine: ſicut p; de leproſis ingratis. Luc. 17. In h̄ autẽ qḋ dicit. Sic ꝑcepit Moyſes: notat ſacrificium: qḋ fieri ꝑceptum erat ſm legẽ. De q̃ leuiti. 14. In purificatõe eiꝰ accipiet duos paſſeres: In hijs ergo q̃ ad purificatiõem pctõꝝ requirunt: neceſſaria ſunt: cum paſſer dictus ſit a patiendo. Duo paſſeres. ſ. ꝯtrictõis dolor: quo aia compungit: ⁊ labor ſatiſfactõis: quo corpꝰ affligit ḋ qbꝰ Miche. 4. Dole ⁊ ſatage. Dole refert ad ꝯtrictionem. Satage ad ſatiſfactionem. ℭ Octauũ eſt curatõis ꝯfirmatio. vnde l; leproſus iam mũdatus eſſet: ⁊ ipſe xp̄s eſſ; dñs legis: iuſſit tñ eum ad ſacerdotem ire. ℭ Primo ꝑꝑ legis approbatõem: nõ ꝓ ꝑñti: ſed pro ꝑterito. Quia lex foret ſuo tp̄e obſeruanda: ſ; mundo per xp̄m euacuanda. ℭ Scḋo ꝑꝑ poteſtatis ſue manifeſtationẽ: vt. ſ. oſtẽdat ſe poſſe qḋ lex nõ potuit. ℭ Tertio ꝑꝑ miraculi cõfirmationem: vt. ſ. ipſi ſacerdotes teſtes eſſent miraculi. ℭ Quarto ꝑꝑ noſtrã eruditionẽ. ſ. quo ad nos: ⁊ honoris quo ad ſacerdotes. vñ addit. In teſtimoniũ illis. q. d. q̃uis legalia ꝑ xp̄m eſſet euacuãda. Tamen nõ fuit incõueniens: q leproſum hanc legẽ obſeruare fecit in muneris legalis oblatõe. Quia nõ d; ꝑus auferri ſignũ: donec ꝯfirmatũ eſſet ſignatũ: ⁊ donec corpus xp̄i eẽt glorificatum ſm quoſdã.

ℭ Dominica quarta. Sermo de ep̄la. 31.

N
Emini quicquã debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Ro. 13. ſm qḋ dicit Dio. Dilectio eſt intellectualis ſi̇be motꝰ interius tendẽs in deũ. nõ ꝑmittens dilectorẽ eſſe ſui ipſius ꝑ mentis ſobrietatẽ: ſed eius q diligit per mẽtis exceſſum Sed q2 ſm Greg. ꝑ amorẽ dei amor ꝓximi gignit: ⁊ ꝑ amorẽ ꝓximi amor dei nutrit: ⁊ q2 lex ꝯſumata ꝑ dilectionẽ: in duobus ꝯſiſtit. ſ. in opatõe ois boni: ⁊ in declinatiõe ois mali. Ideo tria in hac epiſtola occurrunt.

Primum ꝑncipale.

C
Michee. 6. Humiliatio tua in medio tui. Ex
quo ẽt ſeqtur de motu: qꝛ q non hꝫ ſenſuꝫ iſir-
mitatis aliene nõ mouet ad opa pietatis: vnde
dicitur. Prima Iohis. 2°. Qui viderit fratrẽ
ſuum neceſſitatem habere ⁊ clauſerit ſua ab eo
quomodo caritas eſt in illo?

¶ Sextũ documentũ eſt: q̄ iſte paraliticus ia
cet in domo: ⁊ hoc ꝑꝑ quatuor. ¶ Primo ꝑꝑ
ↄtriſtationẽ: qꝛ delectatio q̃ tẽptationi eſt annexa
vertitur in triſtitiam ↄſiderato pctõ. Pro/
uerb. 10. Riſus dolori miſcebit. ¶ Scđꝫ eſt
ↄſternatio. Quia ſicut homo qui eſt victus eſt
animo ↄſternatus: vt nõ audeat reuelare: ita
ſupatus a temptatione ⁊ adeo fractus: vt non
audeat reſiſtere. ¶ Tertium eſt debilitatio: qꝛ
homo ↄſternatus debilitatur. Qđ non poſſit
ſtare: qꝛ plage ſemꝑ renouate debilitant: ⁊ pu/
treſcũt. Pſal. Putruerunt ⁊ corrupte ſunt ci
catrices mee ⁊c. ¶ Quartũ eſt deſperatio: qꝛ
ex quo ſcit: eſt debilitatus deſpat ſe bonum poſ
ſe ꝑficere. Et tunc ↄuertit ſe ad mala perpetrã/
da libere. Cuꝫ aia ocioſa nõ poſſit eſſe. Sicut
filij iſrael poſtq̃ꝫ tẽptatione victi ſunt: ſemꝑ ca/
dendo ꝑ deſertum ꝓceſſerunt. Exo. 16. Et ex
hijs quatuor modis ꝓſtratus peccator proprie
dicitur in loco iacere.

¶ Septimũ documentũ eſt: q̄ iſte paraliticus
ſic iacens in loco duplr torquet. Ante caſum ꝑ
tẽptationeꝫ quadruplr. Scđm q̄ aie criſs q̃ſi
caſtꝝ forte: circũuallatum eſt q̃druplici muro.
¶ Primo muro ſenſuũ exterioꝝ: qbus aptis
intrat mors ad aiaꝫ: ſicut ꝑ feneſtraꝫ. Ihere. 9.
¶ Scđo muro imaginationũ iterioꝝ ꝑ q̃ ſen/
ſibilia intrant ad aiam: vt docet Augu. xj. de
ciuitate dei. ¶ Tertio muro intelligibiliũ ra/
tionũ. Quibus mediantibus ad affectũ aſcen/
ditur. ¶ Quarto muro affectionũ volũtariũ
quibus regnum aie viliter clauditur: vt docet
Anſel. de ↄceptiõe virginali. Et ſm iſta pro-
greſſus primus eſt ad ſenſus exteriores: ꝑ ap/
prehenſionẽ bonoꝝ ſenſibiliũ. Secundus ad
ſenſus interiores ꝑ imaginatiões delectabiliũ.
Tertius ad intellectiões rõnales ꝑ obũbratio/
neꝫ bonoꝝ ſpũalis. Quartus ad volitiões eſſe
ctuales ꝑ inclinationẽ ↄſenſuum. Iſtuꝫ ꝓceſ/
ſum deſcribit beatus Iacobus di. Iacob. 1.
Cõcupiſcentia cũ ↄceperit. ſ. ꝑ apprehenſionẽ
ſenſuum: parit pctũ. ſ. dlectatione in appetitu
ſenſitiuo: qui eſt fomes peccati. Peccatum au
tem cũ ↄſumatum fuerit. ſ. in pueſiõe rõnis: ge
nerat mortẽ in volũtate. qꝛ in iſta ſolum ẽ pec
catum mortale. Queadmodũ caſtꝝ nõ eſt debi/
litatũ: donec interior mur⁹ eſt cape⁹. ¶ Scđo
do torquet poſt caſuꝫ q̃druplr. ¶ Primo pe-
na doloris: qꝛ nãliter voluntas odit malũ: ⁊ ad
odiuꝫ ſequtur triſtitia que eſt dolor mentis ſm
Aug. ¶ Scđo torquetur pena timoris: qꝛ cul
pe debetur pena: ⁊ ideo peccãs ſemꝑ dum pec
cat eſt in timore pene ſibi debite. ¶ Tertio tor
quet pena ruboris: qꝛ nãliter natura humana
erubeſcit cuius eſt ſignũ: qꝛ peccans vult late
re nãliter ⁊ occultare ſuuꝫ peccatũ. ¶ Quar/
to patitur penã liuoris. Quideꝫ. n. liuor relin
quitur ex actu peccati in ↄſciẽtia: vt ex eius re-
cordatiõe ſemꝑ affligatur: ꝑꝑ odiũ mali pñtis.
Sed oritur dubitatio: qꝛ cõiter hoies nõ pec/
cant niſi ex delectatione quã hꝫ pctõr: ſic q̄ nõ
videtur ſibi eſſe pena. Dicit q̄ lꝫ in actu pecca
ti ſit ↄplacentia ⁊ raptim trãſiens delectatio: tñ
ↄiuncta eſt cuꝫ triſtitia aie ante peccatũ: ⁊ poſt
eſt aſſidua pena ſm premiſſa. ¶ Scđa dubi-
tatio: quare iſtam penã cõiter hoies nõ ſentiũt
q̃uis eos arguẽtentur. Dicitur aũt q̄ i egri
tudinibus frenetici nõ ſentiũt penã pre magni
tudine egritudis nãlis: ita i ꝓpoſito eſt de egri
tudine morali in hominibus beſtialibus: non
ſentiunt affectiones intellectiuas.

¶ Octauũ documentũ eſt: q̄ ſicut ſpũs rõna-
lis intelligẽs hãc infirmitatẽ a dño poſſe cura
ri: acceſſit ad eũ allegans eius potentiã infirmi
ans infirmi indigentiaꝫ: eius clemẽtiaꝫ inuo-
cauit: ⁊ exauditus eſt. Acceſſit ad eum qꝛ no/
uit eius miſericordiaꝫ quã deſiderauit. Allega/
uit potentiam: qꝛ ſciuit eius iuſtitiaꝫ: quã for/
midauit. Ratio. n. huius eẽ poteſt: qꝛ ds in ci
tpe ſuo eſt ſũme miſicors ⁊ iuſtus: qꝛ miſicorſ
Ideo liberaliſſime ↄdeſcẽdit humane miſerie
per infuſionẽ ſue gratie. Quia vero iuſtus: iõ
donũ pfectũ nõ dat: niſi deſideranti. Non dat
gr̃aꝫ: niſi regratiãti. Nõ ipẽdit miaꝫ niſi ipſã
recognoſcẽti. Iſte q̃ nouit eius miaꝫ: qꝛ acceſ/
ſit ad eũ: nouit iuſtitiã qꝛ formidauit eũ admit/
tere i domũ propter idoloꝝ pñtiaꝫ ſꝫ Rabba.
di. Dñe nõ ſũ dign⁹ ⁊c. Inſinuauit indigẽtiã
qꝛ puer iacebat. ⁊ ideo meruit exaudiri.

Tertia ↄſideratio.

Equitur tertia ↄſideratio: q̃ eſt d̃ re-
medij aptitudine ſalubriter nos curã
tis cũ dicitur. Dixit ieſus cẽturioni.
Ego veniã ⁊c. Ubi occurrũt. 4. documenta.

¶ Primũ eſt: q̄ ds ꝑ ſcripturã ⁊ diuinaꝫ iſpira
tionẽ hortat quãlibet pctõꝝ: vt pniam agat de
peccatis. vnde p⁹ Thim. 3. Ois ſcriptura di/
uinit⁹ inſpirata. ſ. ꝑ ſpũꝫ ſctm: vtilis ẽ ad docẽ
duꝫ neſciẽtes: ad arguendũ ⁊ ↄuertẽdũ de ma
lo negligẽtes: ad corripiendum in malo perſi/
ſtentes: ⁊ ad erudiendum. ſ. penitentes. Et h̃
eſt qđ dixit. Dixit ieſus centurioni.

¶ Scđm documentũ eſt: q̄ ds in oi tpe para
tus eſt nos eruere a malis. Rõ eſt: qꝛ agens
volẽs alicui finẽ ordiato in finẽ: non ſolũ vult
illa q̃ ordinãt i finẽ: ſꝫ ẽt parat⁹ eſt deſtruẽ oĩa
deordinãtia a fine. Sed ds ẽ tale agẽs: q̄ vult
hoi vltimũ finẽ. ſ. btitudineꝫ: igit nõ ſolũ ↄfert
gr̃aꝫ ⁊ vtutes q̃ ordinãt in btitudinẽ: veꝝ etiã
parat⁹ eſt ds deſtruere in hoie oẽ malũ: auer-
tens ſe a tali fine. Et qꝛ hec ſpũalis paliſis erat
ipediens eũ. Iõ recurrẽduꝫ ẽ oibus in tribula
tione poſitis per confidentiam plenariã ad au
xilium diuinũ. vnde dicitur eccli. 4. Curauit
gentem ſuam ⁊ liberauit a perditione.

¶ Tertiũ documẽtum ẽ vita ſpũalis maxime
reſtaurat ꝑ fidẽ. vñ. d. Uade ⁊ ſicut credidiſti
⁊c. Rõ eſt. Nã ꝑ fideꝫ habitat ds in cordib⁹ nr̃is
Que vita ẽ vt ipſe ait. Et ſicut vnũquodq̃ꝫ vi
tiũ eſt mors ſpũalis: ſic vnaqueq̃ꝫ vtus vita ẽ.
Fides ẽ vita itellect⁹. Rom. 1. Iuſt⁹ ex fide vi
uit. Qđ aũt ꝑ fideꝫ iſte meruit ſanitatẽ. Rõ eſt
Quia ois act⁹ human⁹ volũtati ſubiect⁹ in de
um regulat⁹ eſt meritori⁹. Sꝫ credere ẽ actus
intellectus aſſentiẽtis vitati diuine ⁊ iperio volũ/
tatis a deo mote ꝑ gr̃aꝫ i ordie ad deũ. vñ act⁹
fidei põt eẽ meritori⁹. Qđ pꝫ ad hebr. xj. Sã-
cti per fidem vicerunt regna ⁊c.

¶ Quartũ docu^m ẽ: q̄ nõ intelligit verbũ ſal
uatoris. Nõ inueni tantã fidẽ in iſrl. Ubi vi-
det q̄ fidẽ hui⁹ xp̃s velit p̃ferre fidei aploꝝ
Et iõ ad h̃ dicũt aliq q̄ intelligit myſtice. Nõ
eniꝫ fides cẽturiõis p̃fert fidei iſraelis: ſꝫ pon⁹
fides gẽtiuꝫ: q per centurionẽ deſignat: quoꝝ
ẽt ↄuerſionẽ p̃dicit dicẽs. Multi ab oriẽte ⁊c.
Nõ in pfectiõe credẽdi: ſꝫ i credẽtiuꝫ numero
ſitate. Plures. n. crediderũt d̃ gẽtib⁹ q̃ꝫ de iu
deis. Et iõ di. Qđ fides dr̃ magna multiplr.
P° q̃ ad cognitionẽ credẽtis. 2° q̃ ad deuoti-
onẽ ſeruidã i fide. 3° quo ad cõfeſſionẽ laudis
xp̃i: vt i cẽturiõe. vñ Criſ. d. Fides ẽ ſctiſſime
religiõis fundamẽtũ: ꝑ quã religam⁹ vni deo
aias nr̃as: ad cultũ diuinũ vinculo ſuiẽdi q̃ vi
culo nos aſtringere dignatur. Qui viuit ⁊c.

¶ Feria ſexta poſt diem cinerū. Sermo. 42.

Audiſtis quia dictū eſt antiqˀs. Diliges amicū tuū ⁊c. Matth. 5. Cum in hoc tpe reconciliationis quilibet dꝫ ſe exercere in actibus virtuoſis. ſ. in ieiunio: oratione: ⁊ elemoſina. Nullus autē actus virtutis ſine caritate de ſe eſt meritorius ſ꜊ Auguſti. 15. de tri. di. Quod omnia dona ſine caritate ad deū nō pducunt. Et caritas etiā ſi ſola eſſet: nos ad deum pduceret ſine alijs: imo eſt domina oia alia perficiens: qꝛ ſine caritate poſſunt eſſe: ſed non pdeſſe. Quare pponit nobis caritas: ⁊ quō neceſſaria ſit ad ſalutem. Sed qꝛ vltima pfectio caritatis conſiſtit in inimicoꝝ dilectione: iuxta illud Chryſ. Nulla pfecta dilectionis operatio vltra dilectionem inimicoꝝ pōt pcedere. Ita euangeliſta nos hortatur ad eā di. Audiſtis ⁊c. vbi occurrūt due conſideratões

Prima conſideratio.

Circa pmam conſiderationem: que eſt de caritate qualiter exhibenda eſt in affectu: pono ſex concluſiones.

¶ Prima cōclo eſt: ꝙ iſta ē opinio iudeoꝝ: ꝙ inimicos ſaltem alterius legis hō non tenetur diligere: ſicut narrat Ariſto. in de ſecretis. Dum. n. paganus ⁊ iudeus confabularent: dixit paganus. Que eſt lex tua? Reſpōdit iudeus. Credo ꝙ in celo eſt vnus deus: quem adoro ⁊ expecto ab eo bonum mihi mee: ⁊ illis q̄ conuerſantur mecum in lege mea: ⁊ in fide: ⁊ credulitas mea eſt. Quod q̄ diſcrepat in fide mecū: licitum eſt mihi tollere ſanguinem ſuum: pecuniam: vxorem: parentes: ⁊ genitos: ⁊ oia: ⁊ maledictio eſt mihi: ſi ſeruo ei fidē: ſi iuuo ipſū ſi facio cum ipſo miam: vel parco ei. Sed hec opinio eſt cōtra legem rationis. Reſpōdit paganus. Mea hec eſt. In primis ꝙ volo mihi bonum: filijs: ⁊ ſeruis meis: ⁊ nolo alicui tradere malum: neqꝫ ſequentibus legem meam neqꝫ diſcrepantibus mecum in eadem. Credo equitatem ⁊ miam ſeruandā cuilibet viuētū. Nulla iniuria placet mihi: ⁊ videtur mihi ſi aliquod malum accidit alicui viuentiū: ꝙ mihi illud malum contingat: ⁊ mihi: ⁊ cuiꝫ affecto ſanitatem: per pſperitatem ⁊ felicitatē accidere oibus vniuerſaliter hoibus. vnde iſtud qd̄ dicit Et odio hēbis inimicum: non fuit in lege ſcripturarum: ſed eſt ſcribaꝝ traditio. Arguebāt enim ex contrario ſenſu. Ex quo preceptum erat diligere amicum. Quod quaſi ex hoc ſequeret: ꝙ deberent odire inimicum: ſine qualibet diſtinctione. Hoc hr̄e etiam poterant ex illo Exo. 23. Inimicus ero inimicis tuis.

¶ Scda cōclo eſt: ꝙ de neceſſitate ſalutis eſt diligere inimicum. Ego aūt dico vobis diligite inimicos veſtros. vbi nota ꝙ inimicus accipitur dupľr. Vno mō negatiue: quaſi nō amicus. Et ſ꜊m hoc negat ſolam habitudinē amicitie: ⁊ nihil plus. Alio mō poſitiue: ⁊ ſic nō ſolum negat habitudinē: ſed etiā ponit odium. ¶ Item ſcdo mō dupliciter ſumit. Vno modo pprie ⁊ p ſe. ſ. p odio. Alio mō improprie ⁊ p accñs. ſ. p nā ſubtractū iſtis. ¶ Item diligere accipitur dupľr. Vno mō poſitiue. Et ſic dicit actum elicitum dilectōis. Alio mō negatiue: vt p nō odire. Tunc dico: ꝙ accipiendo inimicum pprie. ſ. pro illo: q̄ hꝫ habitū inimicitie. Et accipiendo ipm diligere poſitiue pro actu elicito. Sic ex pcepto hō non teneť diligere inimicum: ſed magis odire. ¶ Ratio eſt: qꝛ amicitia eſt virtus. Igiť eius oppoſitū eſt vitium. Sed intellectus vt ſic dicit odium. Sed accipiendo inimicū negatiue ſiue p nō amico: ⁊ accipiendo diligere p non odire: ſic hō tenetur eum diligere: hoc eſt non odire. Et hoc in bonis ſpiritualibus. ſ. in virtutibꝰ: in gratia: ⁊ in glia. Probo: qꝛ ſi hoc non faceret: homo non eſſet in caritate: qꝛ qui eſt in caritate: non ſolum vult diligere: ſed etiam vult ſecum diligere deum.

¶ Tertia cōclo eſt: ꝙ affectiue teneť hō diligere inimicum etiā alterius legis. ¶ Ratio eſt: qꝛ caritas eſt hītus: quo ds diligiť: ⁊ quo volo aliū diligere deū. Et iō affectu caritatis teneť hō velle oēm hoiem diligere deum: ⁊ ad ipm attingere affectu compaſſionis. Teneť ēt ipſū diligere ſaltē in gnali: qm̄ cognoſcit hoiē eē in ſtatu damnatōis. ¶ Ratio eſt: qꝛ ſicut teneť velle oēs hoies deum diligē ⁊ ad ipm attingere. Sic etiam tenetur nolle aliquem deum odire: nec ad deum finaliter attingere. vnde velle inimicum damnari peccatū eſt ex genere. Et quādo fit cū deliberatione melius firma: tunc eſſet pctū mortale. Sꝫ videť ꝙ aliquis poſſit odire vitā inimici: ſic qꝛ iudex poſſꝫ licite ſententiare ad mortē de inimico peccante: tū qꝛ actor poteſt licite eū iudicare etiā ad mortē: tū qꝛ bonū cōmune pferť bono puato. Diciť ꝙ quis poteſt inimicū velle mori ſub duplici cōditione. ſ. ſi ſciret eum obſtinatū in malitia: et ꝙ peccatū deberet addere peccato: nō tamen abſoluere: ſꝫ ēt iudex nō dꝫ velle mortē iſtius: ſed velle debet: ꝙ nō eſſet reus: ſed de perſecutore eccle ſe cus eſt: qꝛ eccla ſub perſecutione pſecit.

¶ Quarta cōclo eſt: ꝙ quiſ affectiue teneť in generali inimicū diligere nō excludēdo eū ab oratiōibus: ſed in ſpirituali non teneť niſi in caſu neceſſitatis: in quo. ſ. illi non poſſet per aliū ſubueniri. Unde ſaluator. Si eſurierit inimicus tuus ciba illū. vnde doctor vnus. d. Si inimicus poſitus fuerit in neceſſitate vite: ꝙ nō ſolū debet eū velle viuere: ſed etiā iuuare vt poſſit viuere. Quantūcunqꝫ etiam malus fuerit: qꝛ ſemp preſumendum eſt de meliori: qꝛ bonarū mentium oia ſemp in melius interptari. Sūt enim tria motiua dilectōis inimicoꝝ. ¶ Primum eſt nāe conformitas. Eſay. 19. Carnē tuam ne deſpexeris. ¶ Scdm eſt vtilitas. Criſo. Si benefeceris inimico: tibi amplius benefeciſti. ¶ Tertiū eſt diuina imitatio. Iheronymus. Noli negare qd̄ deus nulli negat. In generali tenetur q̄s oēs diligere ſemp. vn̄ Augꝰ. Omnibus. n. pari dilectōe vita eterna optanda eſt: ⁊ ſi nō oibus pōt exhiberi dilectionis effectus: qui fratribus ſunt exhibendi: qꝛ ſunt inuicem mēbra: que habent eundē patrē: vnde oēs ſimul in affectu ſunt diligendi: ſꝫ nō in effectu: qꝛ hec paritas nō ad effectum referť ſed ad bonum: qd̄ eis optatur: niſi in articulo neceſſitatis: prout dictum eſt in euāgelio. Benefacite hijs qui oderunt vos.

¶ Quinta cōclo eſt: ꝙ per hanc dilectionē certificamur de eterna mercede. vnde dicit. Vt ſitis filij patris veſtri ⁊c. i. vt poſſitis obtinere regnum celoꝝ in hereditatē: qꝛ ad gal. 4. diciť Quod ſi filius ⁊ heres p deū: qꝛ certificatus in futuro erit ſup regnum celoꝝ. Per deū. i. p operationē dei. ¶ Ratio huius eſt: qꝛ bonū meritorie opanti debetur merces eterna. Omne aūt opus virtutis fit meritorium p caritatem: qꝛ congruum eſt: cum actus beatificus ſit actus ſupnaturalis: ꝙ ad illum dꝫ hō acceptari p caritatem: qui etiā habitus ſupnālis eſt vnde meritū cum ſit aliqd̄ opus bonum laudabile: fictū deo acceptum p caritatē. Ita ꝙ ds pro illo vult offerre aliqd̄ pmium. Nam p actū amoris in voluntate ſtatim potentie executiue mouenť ad volitum. Quod pꝫ: qꝛ quicqd patitur homo ex amore: hꝫ facile eſt: ⁊ quaſi eſſentiale. Quicqd aūt contra amorem eſt: eſt quaſi violentum. vnde Aug. Amor meꝰ: pōdus meꝰ eo feror: quocunqꝫ feror. q. d. Amor cōparať pōderi pp tria. ¶ Primo qꝛ ſicut motus grauis non eſt ⁊ violentus: ſed ſpontaneus. ¶ Scdo ſicut graue q̄to plus appropinquat ad centrum: tanto velocius moueť. ¶ Tertio ſicut graue difficillime ſurſum manet: ita motus amoris eſt pmo ſpontaneus ſumme: ⁊ nō violentus. Scdo ita motus amoris fortior eſt circa finem. Tertio ita aie amanti difficillimū eſt nō vniri amato. Hec aūt merces hꝫ ſibi ſecuritatem annexā: qꝛ merces efficiť heres. vn̄ Augu. de ci. dei. Anima btiſſima eſſe non poteſt: niſi fuerit de ſua btitudine certiſſima. vnde ſibi talis certitudo nō eſt: niſi ex dei voluntate: qꝛ voluntas dei ſemp coagit voluntati ⁊ intellectui ad actum beatificum. Et ideo videtur dare ſecuritatem. vn̄ diciť. Iuſtoꝝ aie in manu dei ſunt. Et in manu tenentia diuine voluntatis. ſ. reſpectu obiecti btifici: qd̄ actu dilectionis acquiriť p mercede. vnde ſicut pater celeſtis in paſſione oriri fecit ſolem gratie ⁊ imbrē miſericordie: pluuit ſuper bonos ⁊ malos: ſicut per gratiā remiſſionis affectu ⁊ effectu inimicos diligimus.

¶ Sexta cōclo eſt vtrum magis meritoriū ſit diligere inimicos: q̄ꝫ amicos. Dicendū ꝙ ſi accipitur diligere inimicum: put cadit ſub cōſilio: ſ꜊m ꝙ eſt opus ſuperogationis: et ſi accipitur diligere amicum: ſ꜊m ꝙ cadit ſub pcepto Sic diligere inimicum eſt magis meritoriū. Probo: qꝛ magis meritorium eſt implere cōſilia q̄ꝫ pcepta: vel ſi accipiať diligere q̄tū ad circumſtantias ipſius actus. Sic etiā diligere inimicum eſt magis meritoriū: qꝛ virtus ē circa ardua ⁊ difficilia. Sed diligere inimicū eſt magis arduum: q̄ꝫ diligere amicum: ⁊ eſt etiā difficilius. Ergo ⁊c. Sed accipiēdo diligere q̄tum ad ſbam actus. Sic diligere amicū eſt magis meritorium. Et hoc eſt ex obiecto. Et ratio eſt duplex. ¶ Primum qꝛ hoc eſt in dilectione amici. Igiť ⁊c. ¶ Scdo pꝫ: qꝛ in diligendis ex caritate: qd̄ pordinatur alij eſt magis diligendū. Sed amicus pponitur inimico: qꝛ ponitur in vltimo loco in ordine diligibilium. vnde ſequiť ex hijs documētum: ꝙ qꝛ nihil eſt meritoriū niſi per caritatis habitum: ideo debet ſumme ſe q̄s diſponere de cōgruo quantum poteſt ad dilectionē dei ⁊ proximi propter deū: in quo etiā includitur dilectio inimi

cl: qꝛ non ſolum eſt proximus: qui facit miſeri
cordiam alteri: ſed etiaꝫ qui recipit miam dei.
Talis eſt inimicus. vnde dicit in euangelio.
Si ergo diligitis eos qui ꝛc. quaſi dicat. Dili
gere inimicum cadit ſub pcepto: eſt magis me/
ritorium: vt ſupra dictum eſt expōne. Nonne
ꝛ publicani ꝛc. q. d. Diligere amicum eſt faci
le: quaſi cōmune oibus ꝛ nāle: ꝛ nihil coopera
bitur ad perfectionem meriti: quia addidit.
Quid amplius facitis ꝙ̄ publicani: qui. ſ. i di
lectiōe amicoꝝ nō merēt. Cōcludit igit. Eſto
te perfecti in dilectione inimicoꝝ. Sicut pater
noſter celeſtis eſt pfectus qui. ſ. poſuit animaꝫ
ſuam pro nobis: et orauit pro pſequentibus ſe
dicens. Pater ignoſce illis ꝛc.

Scḋa ꝯſideratio.

s Ecūda conſideratio eſt qualiter ꝓdu
cenda eſt in effectu: ibi. Attēdite. Et
quia circunſtantie ſunt multe: ad hoc
vt aliquid iuſte fiat. Ideo reducit omnes ad
vnum modum: ſcilicet ad debitam intentionē
dicens. Attendite: id eſt cauti eſtote. Ne iuſti
tiam veſtram faciatis coram hominibus. ſ. vt
placeatis pn̄ti ſeculo: ſiue vt videamini ab eis.
vn̄ ad Gala. primo. Si adhuc hominib⁹ pla/
cerē: xp̄i ſeruus non eſſem: nec ab eo eſſem re/
munerandus. ideo addit hic. Alioqn merce/
dem nō habebitis apud patrem veſtrū q in ce/
lis eſt: cuius amore non feciſtis. Ille. n. debet
mercedē dare: cuius mandato mouet opartus
vel amore. ſ. intentionē in deū referendo: tāq̄
in finem debitum. vnde dicit. Attendite. i. in
tentionē in debitū finē dirigite. Tunc. n. intē
tio in debitū finem dirigit: ſm Ber. quādo in
oi actione querim⁹ honorē dei: vtilitatē proxi/
mi ꝛ conſcientiam bonaꝫ. vnde circa iſtam cō/
ſiderationē occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt videre quid ſit inten/
tio. vnde ſciendū eſt ꝙ intentio idē ē ꝙ i aliud
tendere: et ideo accipienda eſt diſtinctio. ſ. ꝙ in
aliud tendere: eſt vl ſicut in obiectum: vel ſicut
in finē. ¶ Primomō nō accipimus hic tende
re qꝛ omnis potentia tendit in ſuum obiectum
ſed nō omnis potentia habet intentionē. Igit
oportet ꝙ illud aliud ſit ipſe finis in quem ten
dit. ¶ Sequit ſecūda diſtinctio. ſ. ꝙ tendere
in finem ſit dupliciter. ſ. vel in fineꝫ pciſe: non
referendo aliquid in ip̄m: ſicut volo ſanitatem
vel referendo aliqd in ip̄m: vt volo potionem
pp̄ h: ꝙ volo ſanitatem. ¶ Primo⁹ accipitur
ꝓprie intentio: qꝛ nō dicimur ꝓprie intendētes: cum finem imediate petimus: ſed cum ali
quid facimus: vt poſſimus aſſeq fineꝫ ordinā
do in ip̄m. vn̄ lꝫ tres ſint appetitus tendentes
in fineꝫ. ſ. nālis: ſenſitiuus ꝛ intellectus: tamē
ſolus intellectus dicit intendere. i. aliqd agen
do in fineꝫ referre: qꝛ etiā intellectus libere or
dinat oia in ip̄ꝫ. Naturalis vero ꝛ ſenſitiuus
ſm Damaſ. magis ducit ꝙ̄ inducat. Et ideo
intentio pōt ſic deſcribi: ꝙ intentio eſt in fineꝫ
tentio: ordinando aliqd in ip̄m per potentiā li
bere opantem. Hec aūt intentio eſt liberꝝ arbi
trium: ad quam ꝯcurrit intellectus: vt indicās
ꝛ volūtas vt eligēs libere. vn̄ ſꝫ Damaſ. per
liberꝝ arbitrium hō ſolum agit: non agit: ſicut
per alias potentias ſenſuales.

¶ Scḋa ꝯclo eſt videre que bona intentio ſit.
vbi nota ꝙ cum ad bonitatē actus plura ꝯcur
runt. ſ. liberꝝ arbitrium: agens ſm dictamen
rōnis dictantis integritatem oium circūſtanti
arum. ¶ Item obiectuꝫ ſm bonitatē inuentā
in eo. Item debitus finis. Iteꝫ hitus moralis
. ſ. caritas. Item integritas oium circūſtantia
rum. Iteꝫ ipſa diua voluntas ꝛ intētio cuiuſlꝫ
legalis obligatōis recte ꝯdite a ſupiore. Bo/
nitates actuum tn̄ pncipalr ſunt a fine: inq̄tuꝫ
referunt ad debitum finem: qꝛ ſm Boetium
Cuius finis bonus eſt: ip̄m quoq̄ȝ bonuꝫ eſt
vnde actus debite ordinās ea q̄ ſunt ad finem
ad ip̄m finem eſt bonus: vt ſic: actus indebite
ordinās eſt malus: vt ſic. Sꝫ bona intētio or
dinat debite ordinando ea: q̄ ſunt ad finem in
ip̄m: ſicut de elemoſina intendens deo place/
re. Mala aūt intentio ordinat male: qꝛ in finē
indebitum: vt de elemoſina intendens vanaꝫ
gl̄iam. Et ex h ſequit ꝙ nullus actus pōt eſſe
bonus ꝛ malus ꝑ bonā ꝛ malam intentioneꝫ
vnde ſi ego incipio dare elemoſinā ꝛ intendē
vanam gl̄iam. Sꝫ accipiendo actum largitio
nis ꝯpungere ꝛ intendere in ſolam gl̄iam dei
Actus quem inchoarē eſſet malus: ꝯſumante
tn̄ eſſet bonus. vnde Aug. Voluntas ex fine
ſuo cognoſcit: an recta aut praua ſit. Finis aūt
bone voluntatis eſt beatitudo. Finis autem
male voluntatis eſt delectatio: vel aliqd aliud
in quo voluntas non dꝫ qeſcere. vnde Ber.
Bona erit intentio ſi in omni actione noſtra
aut honorem dei: aut vtilitatē ꝓximi ptenda/
mus. Dicit igitur in textu. Cum facis elemo
ſinam: noli tuba canere ante te. i. innoteſcē ho
minibus: vt gl̄ieris: ſicut ypocrite faciūt. Ypo
crita eſt pſentator perſone alterius: in ſynago



gis: vt videant a ſapientibus: ꝛ in vicis vt vi
deantur a turbis. Chry. Non eſt ingrata deo
elemoſina: q̄ videt: ſed que ideo fit: vt videat
etiā ſi non videat: qꝛ tales pncipalr querūt ho
norem vacuum: ideo amittunt verꝝ. Amē di
co vobis receperunt mercedē ſuā: ꝓ dono. ſ. ele
moſine. Sꝫ pena expectat ꝓ mala intentōe.
¶ Tercia ꝯclo eſt: ꝙ bonitas intentōis mari
me oſtendit in ꝯſideratione circūſtantiaꝝ cir/
ca obiectum: qꝛ in iſto ſtatu q eſt dare elemoſi
nam paupi verecundo: circunſtantie ſunt erga
rende penes obiecta: cui datur. Q. d. pꝫ: qꝛ opꝫ
te attendere qn̄ dabis: vꝫ non in pauco: ne ille
cōfundat: tamen penes finem: puta pp̄ amorē
dei ſemp eſſet bonū dare. Silr quomō dabis
qꝛ occulte ne verecundet: ſed nō pp̄ finem: qꝛ
publice dare ꝓpter dſm non eſt malum. Si/
militer q̄tum dabis: qꝛ iſte paup verecundus
forte hꝫ familiā: quā tenet in exteriorib⁹: ꝛ nō
deceret ſibi dari modicum vt alteri. vnde dic
euangelium. Te aūt faciente elemoſinā ꝛc. i.
intentio vane laudis ſe non immiſceat. Illḋ. n.
neſcitur: qḋ eſt in abſcōdito. Ideo dicit. Ut ſit
elemoſina tua in abſcōdito: ſm rationis inten
tionem: nō opationis vt dictum eſt. Et pater
tuus q videt in abſcōdito: ille. ſ. q ſcrutat corda
ꝛ renes; reddet tibi h ꝑ gratiā: ꝛ in futuro per
gloriam. Amen. Epla Eſaye. 58.

¶ Sabbato poſt diem cinerum. Ser
mo quadrageſimus tertius.

c Um ſero eſ
ſet factuꝫ: erat nauis in me
dio maris. Mat. 6. ſm ꝙ
Iſido. dicit. Remiſſa con
uerſio in pſtinos errores
reducit: ac viuendi torpo/
rem reſoluit. Et ideo multum ad morꝝ refor/
mationeꝫ valent exempla bonoꝝ. Faciunt. n.
varias ſectari virtutes. Sꝫ qꝛ de ocioſitate mlt
ta mala ꝓueniunt. Nam ſm Ber. O ciū ma
larum cogitationum eſt ſentina. ¶ Item ſm
Ber. eſt mater nugarū ꝛ nouerca virtutum.
De quo etiam exigetur ratio in die iudicij ſm
Bernarduꝫ. Ideo ſaluator in euangelio exē
plo diſcipulorum ſpiritualiter laborantiuꝫ: ad
ſpiritualem nititur animare laborem: dicens.
Cum ſero eſſet factum: erat nauis ꝛc. vbi oc/
currunt nobis ſex conſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

c Irca primam conſiderationeꝫ: que ē
de v̄tuali exercitio: ſunt tres ꝯ᷑es.
¶ Prima concluſio eſt: ꝙ cum be
atitudo ſit premium: oportet nos multum inſi
ſtere operationibus meritoriis: vt ad merce/
dem quam ſperamus: perueniamus: quia ad
hanc mercedem ſoli operarij virtuoſi vocant.
Mat. 20. Uoca operarios ꝛc.
¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ diſcipuli labora
bant ad complementum anime: vt virtutibus
adornarentur. vnde dicit. Uidit diſcipulos la
borātes in remigādo. Et hoc triplr. ¶ Pri
mo abundanter. Homo. n. ſpūalis dꝫ ſe exer
cere in omni virtute. vn̄ q parum ſeminat: pa
rum ꝛ metet. ꝛ q multum: multū. vn̄ Ibero⁹.
Vt multuꝫ metam⁹ in omni v̄tute: nos exer
cere debemus. ¶ Scḋo ꝯtinue. ꝛ h duplr.
Primo Greg. ponit rōnes: qꝛ hoſtis noſter
ſemp pn̄s eſt: ꝛ p̄ſto ad tēptandum. Scḋo qꝛ
amor diuinus ſemper pn̄s eſt hoi iuſto. Talis
amor nunq̄ȝ eſt ocioſus. Opatur. n. magna ſi
eſt. Si autem operari renuit: amor non eſt.
¶ Tertio pſeuerāter. In h. n. differt labor vo
luptatis a labore virtuali: qꝛ pmus non hꝫ ter
minum: ſꝫ ſcḋs hꝫ. Eccli. 5. Modicum labo
raui: ꝛ inueni magnam requiem. vnde vidit di
ſcipulos laborare in remigando.
¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ hunc laborē gratuꝫ faci
unt q̄tuor. ¶ Primuꝫ eſt ꝓprie vilitatis eſti/
matio: ꝛ nō de ſe pſumere: qꝛ q̄ntūcunq̄ȝ bon⁹
ſit hō ꝓ ſtatu vie: non tamē ſic eſt ꝯfirmatus:
qn poſſibile ſit ip̄m cadere. vnde lꝫ iaꝫ ad fidē
vocatus ſit: an ad regnum eligendus ſit neſcit
vnde Greg. Ad fidem plures veniunt: ꝛ ad
celeſte regnum non perducunt. Et hoc eſt qḋ
dicit. Cum ſero factuꝫ ꝛc. Sero eſt finis diei
ꝛ defectus. Hunc diē nullus dꝫ velle in ſe de
ficere. Sꝫ duplex eſt defect⁹: in re ꝛ extimatōe
Dies. n. quodāmodo deficit: cum tibi tua vir
tus vileſcit. Sero igit humilitatis: ꝯtēptus ſui
eſt. vnde vniuerſis ꝯpletis mandatoꝝ: non ꝑ
mittamus nos mercenarios vel ſeruos noia
ri: ſꝫ inutiles ꝯfiteri. ¶ Scḋꝫ eſt i piculis pru
dentie exhibitio. Nam ꝯſtituti in medio hui⁹
maris: ſumus in piculis multis ꝓpter eius de
ceptiones. ¶ Primo decipit: vt falſus lauda
tor mercium ſuaruꝫ qui mugacitate ſua nos fa
cit credere de turpibus ꝙ ſunt pulchra: ꝛ de in
honeſtis ꝙ ſunt honeſta. vnde prouerbiorum
23. Simulator ore decipit amicum ſuum.

¶ Scđo vt ſophiſta. Sophiſticat.n.merces ſuas colorē adulterino: q2 facit hoc vt appareāt delectabilia. ¶ Tertio vt incantator qui facit hominibus apparere quod non eſt. ¶ Quarto vt falſus amicus. Eccleſi.ſexto. Eſt amicuſ ſocius menſe ⁊ cetera. Et ideo adhibenda eſt virtus prudentie. Ipſa enim habet actus rationis ordinare: qui ſunt quatuor: ſcilicet inueſtigare: iudicare: memorari: ⁊ interpretari.

¶ Primo ordinat inueſtigationē dum eum ꝓhibet ab inquiſitione inutiliū: ⁊ dum cauſam factoꝝ facit inquirere: ⁊ dum eam ex alijs alia conijcere facit: vt ex pſentibus futura. vñ Seneca. Si prudens eſſe cupis i futurum ꝓſpectum intēde. ¶ Scđo ordinat iudicia ne iudicet de incertis: nec de alienis quoꝝ ſui non intereſt. Itē eam mala leuitate vel tarditate credendi cuſtodit. vnde Seneca. Oibus enim ⁊ nulli credere vitiū ē. ¶ Tertio memorantē dirigit dum ſalubria. ſ. beneficia dei ⁊ ꝓximi facit reminiſci: ⁊ noxia obliuiſci: vt iniurie ꝓximi. ¶ Quarto dirigit intēperantiā: duꝫ ſmonem moderat. Seneca. Sermo tuus non ſit inanis. Aut ſuadeat: aut moneat: aut ꝯſoletur Et hoc eſt qđ dicit. In medio maris.i. mūdi deceptionibꝰ inſiſtenti. ¶ Tertiū eſt diuine gratie inuocatio: q2 ſine eius auxilio nullus in bono perſeuerat: q2 h̄ excedit vires liberi arbitrij: q2 libeꝝ arbitriū eſt eoꝝ qui cadūt ſub electione. Tale autē eſt particulare ⁊ nō opabile. Perſeuerare aūt in bono dicit ſolū ꝯtinuationem p totum tp̄s. Igitur opꝫ adeſſe auxilium diuinū. vñ Criſo. ſup Math. Niſi auxiliū gratie acceperimus: nihil ex nobis valemꝰ: bene aūt volentibus gratia nō denegatur. vnde Petite ⁊ accipietis. Debet aūt voluntas p̄cedere: ⁊ ſic ſeqt̄ gratia. Quia nec gratia ſine voluntate aliquid operatur: nec voluntas ſine gr̄a poteſt aliqd. Et ieſus ſolus in terra.q.d.ieſuſ ideſt gratia ſaluās. Solus.i.nō indigens alio adiutorio: ſtat paratus ad ſubueniendum. In terra.i.noſtre infirmitatis. ¶ Quartū eſt fortitudinis aggreſſio: q2 ſm Tulliū. Fortitudo ē rationabilis aggreſſio terribiliū cū ꝯſtanti coꝝ perpeſſione. Et ideo ꝯpetit multū ſtatui nr̄o q2 mundus iſte locus eſt laboꝝ ⁊ certaminis. Nam ſm Ber. In mundo iſto quaſi in loco certaminis poſiti ſumus: q2 in ipſo quatuor vēti temptationum in nos irruunt. ¶ Primo a parte orientali que ē alta: ⁊ eſt ſuperbie. A parte occidentali que depreſſa eſt: ventuſ auaritie. A parte aglonari: diffidentie. A parte meridionali: ventꝰ laſciuie. ¶ Ne igit̄ in tot ventis periclitemur adhibendū eſt fortitudinis quadruplex remediū ꝯtra tēptationē. ¶ Primo qñ ſtatim in principio p̄ſcinditur. vñ eccli.4. Breuem languorē preſcindit medicus facilr. vnde Greg. Si tēptationi feſtine non reſiſtitur: eadē q̄ nutrimur mora roboratur. ¶ Secundo qñ ei virtuoſe reſiſtitur: q2 diabolus timet vehementiſſime vinci. vnde dicunt ſancti φ ex q̊ ſemel fuerit victꝰ viriliter: nunq̄ audet eundem inuadere. Jacobi.4. Reſiſtite diabolo: ⁊ fugiet. ¶ Tertio ꝯſuetudie d̄uincit. Tūc eniꝫ firmatur habitus bonus: ⁊ hō delectabiliter operatur. ¶ Quarto opportunitatis eiꝰ ablata occaſione: ⁊ hoc per honeſtū occupationē. vnde Jhero. Semp aliqd boni facito: vt diabolus inueniat te occupatū. Et h̄ eſt qđ dic̄ Et erat eis ventus ꝯtrarius.ſ.temptationū.

Secunda ꝯſideratio.

Secunda ꝯſideratio de diuine aſſiſtentie bñficio ibi. Circa vigiliā noctis. vbi ſunt tria documenta.

¶ Primū documentū eſt φ nox dicit ſtatum culpe. Nam ſicut in nocte non videmus quid agimus. Sic q male agit odit lucē: Johis.3. In nocte qlibet ignorat vias. vñ Job.23. Rebelles fuerūt lumini. neſcierunt vias eiꝰ. Itē ſicut ligna putrida ⁊ vermes lucēt: ſic mundana videntur bona in nocte. Itē in nocte hoieſ ſomniant: ſic vita pctōꝝ ſomniū eſt. Pſalmi. Dormierunt ſomnū ſuū. Ex quo elicitur illis in ſtatu culpe exiſtentibus quadruplex piculū innuere. ¶ Primo.ſ.erroris: q2 nō videmuſ quid agimꝰ. ¶ Scđo puſillanimitatis: quia vias ignoramus. ¶ Tertio praui amoris que videntur eſſe bōa: ⁊ nō ſunt exiſtēter. ¶ Quarto ſimulationis ſiue fictionis.

¶ Secundū documentū eſt: φ pp iſta quatuor pericula adhibēde ſunt.4. vigilie. ¶ Prima eſt fides ꝯtra errorē: ⁊ hec vigilia facit beatum. Prouer.8. Beatus vir q audit me ⁊c. ſ. ſine intermiſſione in iſta fideꝰ: q2 expellit tenebras erroris: que veriſſima oſtenditur miraculorum confirmatione. ¶ Secunda vigilia eſt deuote orationis. Nam oratio eſt remediū illis qui vitiorum temptamentis exeſtuant: vt quotiens quolibet tangatur vitio: totiens ſe ad orationem ſubdat. Oratio eniꝫ eſt efficacie magne contra aduerſarios. Math.26. Vigilate ⁊ orate vt non intretis in temptationem ⁊c.



¶ Tertia vigilia eſt carnis maceratio contra prauum amorem: que reddit honeſtum ⁊ temperatum. Eccleſi.23. Vigilia honeſtatis tabe facit carnes. Pugna enim carnis eſt periculoſa: quia habemus eam interius: ⁊ nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum: q̄ꝫ inimicus familiaris. vnde Auguſt. Inter omnia chriſtianorum certamina: periculoſa ſunt certamina caſtitatis: in quibus eſt continua pugna: ſed rara victoria. Quia impugnat interius ⁊ exterius: ſiue vigilando ſiue dormiendo. Unde ad vincendum eam valet mortificatio carnis.

¶ Quarta vigilia eſt pura intentio contra ſimulationem ⁊ ypocriſim de qua dictum eſt in ſermone precedenti. vnde Pſalmi. Deus deus meus ad te de luce ⁊ ce. Ad te dicit: non ad lucra temporalia: vel ad hominū laudē. Hoc non facit ypocrita qui in occulto noctis maliciā operatur: ſed in die abſcondit maliciam: ⁊ māſuetus videtur ſpecie ſanctitatis. Intentio.n. pura in omni actione ſua: aut honorē dei: aut vtilitatem proximi pretendit: ſm Ber. Unde idem Bernardus ponit differentiā intentionum dicens. Duo in intētiōe requirūtur.ſ. res ⁊ cauſa: ideſt quid intendas: ⁊ ꝑpter quid Ex his anime decor ⁊ deformitas iudicatur. Nam ſi intendas veritatē amore veritatis: reſ eſt honeſta ⁊ cauſa. Sed ſi intendas vaneglorie: aut cōmodo temporalis rei: iudicabitur deformis: verbi gratia. Ut ſi videres hominem nullis honeſtis intentū: ſed carnis illecebris veneri ⁊ luxurie deditum: nōne ex vtraq̄ parte fediſſimum iudicabis? Quia in intentione res ⁊ cauſa reproba inuenitur. Igitur intendere non in deum ſed in ſeculum: ſecularis ē animi: nec habet partem ſpecioſam: Intendere autem in deum: ſed non propter deum: ypocrite eſt: quia ipſa ſimulatio omnem decorem exterminat. Si autem ob vite preſentis neceſſaria ad deum conuertis intentionem: vitio dicimꝰ ſubobſcuram: ⁊ minus acceptam. Porro intendere in aliud q̄ꝫ in deum: tamē propter deum non habet deformitatem: ſed nec ad perfectionem peruenit decoris. Igitur ſolum inquirere deum propter ipſum: habet vtranq̄ partem: ſcilicet rem ⁊ cauſam pulchrā: h̄ Ber.

¶ Tertiū documentū eſt: φ vigilantibus ſic circa puram intentionem: que ſcilicet in omni actione querit honorē dei: ⁊ vtilitatem ꝓximi ⁊ propriam ſalutem anime: ſpecialiter deus aſſiſtit. Et ratio eſt. Quia licet liberum arbitriū non ſufficit pſeuerare in bono: ſine gratia que ip̄ꝫ hꝫ aliqualiter ſtabilire: tamen non tollit totaliter mobilitatem ad malum: q2 non trāſfert hominem pro ſuo ſtatu ad perfectam libertatē Et ideo homo indiget adhuc auxilio prouidētie diuine exterius gubernantis. Prima Petri. Deus omnis gratie qui vocauit nos i eternam gloriam ſuam modicū paſſos: ipſe perficiet: confirmabit: conſolidabitq̄. Et hoc ē qđ dicit. Qđ circa quartā vigiliam noctis venit ad eos. ¶ Unde prima vigilia eſt perſcrutatio peccatorum. Treno.ꝫ. Scrutemur vias noſtras. ¶ Secunda vigilia eſt peccati deteſtatio Ezech.8. Ingredere ⁊ vide abbominationes peſſimas. ¶ Tertia vigilia eſt propoſitū penitendi. Pſalmi. Dixi cōfitebor ⁊c. ¶ Quarta vigilia eſt propoſitum ſatiſfaciendi: ⁊ tunc venit ſaluator ad eos: vt ſit paratus eis aſſiſtere ſemper: q2 cū nos vocauit ad merita ⁊ ad gloriam: paratus eſt dare gratiam: non ſolum ad hanc gloriam conſequendā: ſed etiā perſonaliter aſſiſtere ab oibus retardationibus preſeruando. Ambulans ſupra mare: ſcilicet mundi eius tempeſtates mitigando.

Tertia conſideratio.

Tertia ꝯſideratio eſt de humana heſitatiōe ibi. At illi vt viderūt eum ⁊c. Ubi occurrunt tria documenta.

¶ Primū documentū eſt: φ vir ſpūalis quāto maiora recipit a deo: tanto magis illuminat vt infirma ſua recognoſcat: que prius non recognoſcebat. Sicut in radio ſolis videnſ athomi: qui extra videri nō poſſunt: Hoc ē qđ dic̄ Ut viderunt eum ambulantem ſupra mare. ¶ Scđm documentū eſt: φ timor nālis ē quo quis naturaliter refugit rē nature ſue nociuā Propter hunc timorem petrus negauit Chriſtum Math.27. Item omnes diſcipuli ideo fugierunt: Chriſto relicto. Iſte autem timor cum ſit a natura non habet meritum. Si autē ſit immoderatus degenerat in humanū timorem: ⁊ ſit malus. vnde dicitur. Et putabāt fantaſma eſſe: quod eſt apparitio rei non exiſtentis Propter tenebras enim non nouerunt eum. Et ideo timuerunt putantes φ eſſet apparitio maligni ſpiritus eis nocere volentis.

¶ Tertium documentum eſt: φ in talibus timoribus conſtituti: debent fideliter diuinam clementiā inuocare orationibus: quia de eius miſericordia nō dubitatur. Ipſe.n. plus paratus eſt dare q̄ꝫ tu petere quia eſt ſumē miſericors

ideo liberaliſſime humane miſerie condeſcen/dit. Uult tamen rogari quia oratio oſtendens deſideriū largienti impetrat deſiderata. Et h̄ eſt quod dicit. Et clamabant: ideſt pro diuino adiutorio orationibus deum inuocabant: ſcien/tes ſine eo non poſſe ſubſiſtere.

Quarta conſideratio.

Uarta conſideratio eſt: quō adhibet
q eis diuina reformatio dicens. Et ſta
tī locutus eſt cū eis: ⁊ dixit illis. Cō
fidite ⁊c. vbi occurrunt quatuor documenta.
¶ Primū documentū eſt: ꝙ contra talē ti/morē efficaciſſimum remedium eſt ipſa fides Nam ſicut timor oritur ex conſideratione ꝓ/prie infirmitatis diffidētis de diuino remedio opportuno: Sic fides fiduciam dat de eodē. Nam ipſa eſt lux: tenebras infidelitatis expel/lens: vbi fides nō eſt: tenebre ſūt. Exo. 10. Facte ſunt tenebre horribiles in vniuerſa ter/ra. Hec fides neceſſaria eſt: ſine qua non eſt ſalus. Unde ad hebre. nono. Sine fide īpoſſi/bile eſt placere deo. Oportet enim cognoſcere deum creatorem: ne ſimus tanto beneficio in/grati ⁊ de ceteris indigni. ¶ Item dominū vt ſciamus ei ſeruire ad beneplacitum: ne ſi/mus inutiles ſerui. Cum igitur deus ſit al/tiſſimus. Et non eſt poſſibile reperire ſcalam ſufficientis rationis: qua ad eum pertingamus cum ſenſus non ſubiaceat rationi: ſola autem fides eum cognoſcit. Unde dixit illis. Con/fidite ⁊ cetera: quaſi dicat. Nolite timere dubi/tantes de dei omnipotentia: ſcilicet non poſ/ſe humanam naturam aſſumere. Quia ego ſum: ſcilicet omnipotens. Item nolite timere dubitantes de eius bonitate. ſ. ipſum non poſ/ſe lapſos in peccata per penitentiam facere re/dire ad deum: quia ego ſum bonitas. Itē no/lite timere de eius iuſtitia dubitantes: ſcilicet ipſum non vindicaturum peccata eternaliter: quia ego ſum: ſcilicet iuſtus. Fides vero pre/dicat dei omnipotentiam: iuſtitiam: bonitatē ⁊ ſapientiam.

¶ Scḋm documentum eſt: ꝙ hec fides ē ſum/me auctoritatis: quia a deo reuelata nihil conti/nens falſitatis. Quia ſꝫ Auguſtinum. Si in credendis officioſum admitteretur mendaciū totum eſſet ſuſpectum. Ideo ſumme eſt ei ad/herendum. Quod autem reuelaretur a deo fuit neceſſarium: quia illud fuit neceſſarium reue/lari: quod pertinet ad hominis ſalutem: ⁊ exce/dit lumen rationis naturalis. ¶ Primū pa/tet: quia per credibilia ſpē habem⁹ de fine vl/timo. Roman. 15. Quecunq; ſcripta ſunt ⁊c. ¶ Secundum etiam patet: quia intellectus ꝓ iſto ſtatu intelligit cum fantaſmate. De credibi/libus autem non eſt fantaſma. Igitur excedūt lumen naturalis rationis: ⁊ per cōſequens ne/ceſſarium fuit talia reuelari. vnde dicitur. Et ſtatim locutus eſt cū eis: ſcilicet fidei ſacramē/ta reuelando. Et hoc per inſpirationem: per ꝓ/phetiam: per prophetas: per ſcripturam: ⁊ exē/pla ſanctorū. vn̄ apl̄us. Nobis reuelauit d̄s.

¶ Tertium documentum eſt: ꝙ hanc fidem reuelare timidis fuit maxime neceſſarium per exempla ſanctorum: q: eorū geſta ſunt nobis quaſi lex ⁊ doctrina: quibus mores ad beneui/uendū incohoantiū formantur. vnde ſcribun/tur nobis ſanctoꝝ ruine ⁊ reparatiōes vt ſpē faciant ſaluti humane: ne quiſq; poſt lapſū pe/nitendo deſperet veniam: dum ꝯſpicit ſancto/rū reparationē fuiſſe etiam poſt ruinā: vn/de Yſido. Si enī ad bonū incitamentū diui/na quibus admonemur p̄cepta deeſſent: ꝓ le/ge. ſ. fidei nobis exempla ſanctorū ſufficerēt. Nā ſm̄ eundem. Exempla ſanctorū quibus edificatur fides: varias faciunt ſectari virtutes Orandus igitur eſt deus: vt virtutes quas ꝑ/parauit: ad coronā nobis poſite ſint ad profe/ctum ⁊ non ad penā. Et hoc eſt quod dicit. Et aſcendit ad eos in nauī. ſ. eorum intelle/ctui preſentando. Eius beneplacitum per ſan/ctorum exempla adepti ſunt: vt in apoſtolis ca/ritas: in martyribus patientia: in confeſſorib⁹ corporis rigiditas: in virginibus caſtitas: in patriarchis fides.

¶ Quartū documentum eſt: ꝙ fides a confi/dentibus tollit temptationū infeſtatiōes. Tē/ptatio enī ſophiſte aſſimilatur. Nam ſicut ſo/phiſte querunt paralogizare ſimplices: ſapien/tis apparentia ⁊ non exiſtentia. Ita in tempta/tione vires ſenſitiue inferiores: nituntur deci/pere intellectiuas in quibus eſt apparentia ſa/pientie: ſed non ſapientie exiſtentia. vnde apo/ſtolus. 2ª. cor. ꝑ. Timeo ne ſicut ſerpens ſe/duxit euā aſtutia ſua: ita ſenſus viri corrūpan/tur. Hanc temptationem tollit fides. vnde be/nedicit. Ceſſauit ventus: tēptatiōes. ſ. qn̄ ꝑ fi/dem eorum deceptiones oſtenduntur.

Quinta conſideratio.

Uinta ꝯſideratio: quomodo oritur i
q eis facti admiratio: ⁊ pluſ magis ſtu
pebant ⁊c. Ubi ſunt tres ꝯcl'oes ⁊c.



¶ Prima ꝯcluſio eſt: ꝙ in ſtatu preſenti mēs humana eſt obſcurata: ⁊ ideo q̄ntum in ſe eſt: i/potens eſt in lumē diuinū eleuari. vnde. 2°. Meth. dicitur. Quod intellectus noſter habꝫ ſe ad manifeſtiſſima nature: ſicut oculus noctico/racis ad lumē ſolis. Et ideo ꝓpria virtute i ca/nōſcitur. vnde dicitur. Erat. n. cor eorū ex/cecatū. Dono tamen dei in lumine fidei diui/na virtus aſpicitur.

¶ Scḋa ꝯcluſio eſt: ꝙ q: mens humana ē ita ceca: ideo inualida eſt ad ꝯtemplandū ſupna/turalia: Et ideo in eis ſtupeſcit natura. Nam quotienſcūq; tranſcendentiū rerum notitia in memoria venit: totiens renouatur in mēte mi/raculū. Et hoc ideo quia cauſa ignoratur. In/terdū enim accidit ꝙ videntibus aliquem effe/ctum aliqui mirantur: aliqui non. Aſtrologus enim non miratur eclypſiꝫ ſolis: q: nouit cau/ſam. Fides vero humana miratur noticiam miraculorum dei: tranſcendentium noſtrum intellectum: q: cāꝫ ignorat. vnde dr̄. Et plus magis ſtupebāt intra ſe: tanq; cāꝫ ignorātes.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ chriſtus fecit miracula propter quatuor motiua. ¶ Primū eſt vt ſuā doctrinā ꝯfirmaret per ſigna ⁊ miracula. Si/cut enim naturalis doctrina cōfirmatur ꝑ que/dam naturalia: ſic decuit vt chriſtus ſuam do/ctrinam ſupernaturalem confirmaret ꝑ ſigna ⁊ miracula ſupernaturalia. ¶ Scḋm eſt vt ſu/am potentiam demonſtraret: ⁊ per hoc ad cre/dulitatem induceret. vnde dicit. Si non feciſ/ſem in vobis ſigna que nemo alius fecit: nec facere poteſt: non vtiq; crederetis. ¶ Tertiū eſt vt ſue deitatis preſentiam oſtēderet: q: vbi aliquid operatur: ibi eſt. ¶ Quartum vt affe/ctum ad ſe diligendum excitaret. Et ideo etiā in aīa ⁊ corpore curauit. vnde dicit. Non enī intellexerant de panibus. De tali miraculo. ſ. eius doctrinam ⁊ potentiam ⁊c. Nam Chri/ſtus poſtq; quinq; milia hominum de quinq; panibus ſaturauit: vt nihil eis deficeret: vole/bant ipſum regem facere. Quod cum cognouit fugit in montem.

Sexta conſideratio.

Exta ꝯſideratio. Quō multiplicatur
s miraculoꝝ operatio: ibi. Cū egreſſi
eēnt ⁊c. vbi occurrūt. 4. documēta.

¶ Primū documentum eſt: ꝙ aliqui curioſe naturali ratione inueſtigantes opera dī: putāt impoſſibilia: eius potentiā ignorātes: Tales enī nolunt credere niſi videāt mirabilia: qui/bus viſis credunt. vnde dicit. Cū egreſſi eſ/ſent de naui. ſ. poſtq; depoſuerūt inueſtigatio/nē nālem: que ꝑ nauē intelligitur. Cōtinuo cognouerūt eū. ſ. preſentē in opatione mira/culoſa. vnde in primitiua eccleſia fiebāt frequē/tius miracula q; modo. ¶ Primo qn̄ eccle/ſia tūc erat ad fidem introducenda: ſꝫ poſtquā eſt introducta: miracula iā nō ſunt neceſſaria. ¶ Itē ſecundo q: eccleſia erat i fide roborāda ſꝫ cū modo ſit roborata: miracl̄a nō ſunt necīa. ¶ Itē tertio: q: eccleſia ē modo in meritis cu/mulanda: ſed minor miraculoꝝ operatio ma/ius cauſat meritū: quia ſicut dicit Grego. Fi/des non habet meritū ⁊c.

¶ Scḋm documētū ē: ꝙ ſunt q̄dā miracl̄a q̄ hn̄t tn̄ vtilitatē: ſꝫ nullā admiratiōē: q: ex vſu viluerūt. Quedā hn̄t admirationē: ſꝫ nō vtili/tatē: ſicut miracula antexp̄i. Quedā ſunt q̄ ha/bent admirationē: ⁊ tpalē vtilitatē: ſꝫ nullam neceſſitatē: vt miracula maloꝝ xp̄ianoꝝ: que faciūt ea vt ideo ſancti reputētur. Miracula au/tē xp̄i hn̄t admirationem: q: ſiunt ꝑter ordinē ⁊ curſū nature: ⁊ hn̄t vtilitatē: q: ſiunt ꝓpter ꝯſolationē indigentiū: ēt hn̄t neceſſitatē: q: ſi/unt qn̄ iminet neceſſitas ⁊ periculū. vnde dīc. Continuo ⁊c. De miraculis xp̄i nota. ī. ſer. 65. conſideratiōe tertia. ꝯcluſiōe ſecunda.

¶ Tertiū documētū ē: ꝙ ad ſpūalē curatio/nē vtute dīna fiendā q̄tuor reqrunt̄ que diſ/ponūt ad curādū. ¶ Primū eſt gr̄e īfuſio: q: nō dimittit̄ pctm̄ niſi tollat̄ offenſa: Sed h̄ ſit ꝑ grāꝫ q̄ lꝫ qn̄q; tollat̄: qn̄cūq; ab ipſa defecimus recupat tn̄ iteꝝ cū ad ipſā reuertimur. vn̄ dic̄. Et aſcēdit ad eos ⁊ ceſſauit vētus. Glo. In quocūq; corde adeſt ꝑ grāꝫ: mox vniuerſa viti/oꝝ mūdi ⁊ malignoꝝ ſpirituū bella quieſcunt.

¶ Scḋm eſt motus liberi arbitrij i deum ꝑ fi/dē. Quia d̄s mouet oīa ſꝫ nāꝫ ſuā: hoīeꝫ autē ad iuſtitiā mouet ſꝫ ꝯditionem nature ſue. Et q: homo ſm̄ ꝓpriā nām animi ſit liberi arbi/trij: ideo reqritur liberi arbitrij motio. Et hoc ꝑ fidē in deū: q: d̄s mouet aīā ꝯuertendo ad ſeipꝫ: ⁊ h̄ ꝑ fidem. vn̄ ad hebr. xi. Accedentē ad deū oportet credere. Et hec notat̄ cū dr̄. Et percurrentes omnem regionem ⁊c. Glo. interlinearis. Mira fides: nō p̄ntium tn̄ ſalu/te ꝯtenti: ſed mittunt eos per circuitū: vt ve/niant omnes ad medicum. vnde vult dicere. Quod ipſa ratio fide informata vniuerſam cō/ſciētie regionē ꝑcurrēs illas: que male ſeſe ha/bebant: dormiendo per delectationem in lecto

conſuetudinis cepit potentias ſerenitate iuſti/
tie: quam nouerat per fidem imbuendo circū
ferre promiſſionibus gratie adipiſcende. vbi
audiebant eum eſſe miſericordie exhibitorem.
¶ Tertium eſt motus arbitrij in peccatuꝫ: qꝛ
non conuenit aliquem ꝑuenire ad terminum:
ad queꝫ niſi fiat receſſus a termino: a quo. Ad
hoc ergo ꝙ homo moueat per deſideriū in de
um per liberū arbitriū: vt iuſtificet: neceſſe eſt
ipſum deteſtare peccatum. Fides aūt formata
cum ſit lux: tenebras infidelitatis expellēs: de
teſtanda peccati demonſtrat: vt ipſis ſpretis:
deo ꝑ caritateꝫ adhereamꝰ. Ipſuꝫ.n.hꝫ aiaꝫ
deturpare. ¶ Item aie continuaꝫ ſtimulatio/
nem inferre ¶ Item naturam deprauare: vt
ſemꝑ mortifera appetat. ¶ Item habet vitaꝫ
ſpiritualem finire. Eſay.19. Iniquitates ve/
ſtre diuiſerunt inter vos ⁊ deum veſtrū. Hec
autem oīa formata oſtendit fides vt deteſtent.
vnde hebr.2. Sancti adepti ſunt repromiſſio
nes per fidem. ¶ Quartū eſt remiſſio culpe.
Ratio eſt: qꝛ nihil eſt perfectum: niſi ꝑuenerit
ad terminum. Cum igit terminus iuſtificatio
nis ſit remiſſio culpe: iō bene dicitur. Et quot
quot tangebant eum ⁊c.q.d.per fidem incar/
natōis q tetigerit xp̄m: culpe remiſſionē conſe
quetur. vñ glo. interlinearis. Fimbriā tangit
q incarnationis myſteria ꝑfecte amat ⁊ credit.
Hoc.n.eſt de neceſſitate ſalutis. ¶ Ratio eſt
qꝛ illō eſt de neceſſitate ſalutis: ꝑ qđ hō ꝯſequi
tur btitudinem. Hoc aūt facit myſteriū incar/
nationis ⁊ paſſionis xp̄i. Dicit.n.actuuꝫ.4.
Nōn.n.eſt aliud nomē ſub celo datum hoībꝰ
in quo oporteat hoīes ſaluos fieri. vnde Au/
guſtinus. Illa fides ſana eſt: qua credimꝰ nul
lum hominem liberari a contagione mortis:
niſi per vnum mediatorem dei ⁊ hominum ie
ſum xp̄m. Et ideo tactus eius vim regenera/
tiuam aquis contulit. Luce quarto. Item le
pram fugat. Luce quinto. Item ſanguinis
fluxum reſtringit. Luce nono. Item aurem
abſciſam reſtituit. Iohis decimo nono. Iteꝫ
omnem morbuꝫ expellit: vt hic. ¶ Tangimꝰ
igitur eum fide: vt aqua lachrymarum in no/
bis nos ſpiritualiter regeneret. Lepra pecca/
torum fugatur: fluxus continue cōſuetudinis
reſtringatur: auris cordis mundans intenta
reſtituatur ꝓmpta ad diuum verbum percipi
endum: ⁊ omnem inclinationeꝫ morbide qua
litatis expellat. Quod nobis concedat ⁊c.

¶ Dñica in.xl. Sermo.44.de euangelio.

Ductus eſt ie
ſus in deſertum a ſpiritu.
Mat.4.ſm doctrinā bea
ti Ber. Quando mūdus
in aliq̄ ſui gn̄is fauore vo/
bis arridet: nolite illi cre/
dere: vtiqꝫ non ad h̄ ridet: vt in fine rideatis:
ſed vt ſub ꝑncipe ſuo irridēte cum ipo lugēte
lugeatis. Et ideo eſt relinquendus ꝑſeuerāti
ꝯuerſione. Tunc.n.ſm Iſido. placet deo no
ſtra ꝯuerſatio: qn̄ bonum qđ inchoamus: ꝑſe
ueranti fine ꝯplemus. Sꝫ qꝛ ſm glo. ſup pre
ſenti euangelio h̄ eſt ordo recte ꝯuerſionis: vt
poſt acceptā ſpūs ſancti gratiā: arctius ꝯtra ad
uerſarios accingamur: ⁊ mente mundum de
ſerentes: deſertum intremus: vt ibi tēptemur
Nam ſm Iſido. vtile eſt ſeruo dei poſt ꝯuer
ſionem temptari: quatenus a torpore negligē
tie ſollicitatus: a vitijs ad virtutes animū per
exercitium preparet victor. Quia ſm glo. nō
ante ſe erigit hoſtis: qꝫ homo de mundo exit.
Quod aduertens ſaluator: ꝯtentum mundi:
ingreſſum deſerti: ⁊ tēptatoris aggreſſum no
bis exemplificans: in preſenti euangelio nob̄
quadrupliciter ꝓponit. ¶ Primo quo ad vi/
te auſteritatem: ibi. Ductus eſt ihs in deſertū
¶ Scđo quo ad pugne grauitateꝫ: ibi. Et ac
cedens tēptator. ¶ Tertio quo ad victorie ſol
lennitatem: vt patet ex eius reſponſionibus.
¶ Quarto quo ad glorie eius ſublimitatem.

Prima ꝯſideratio.

Irca primam conſiderationeꝫ pono
quinque concluſiones.
¶ Prima ꝯͦ eſt: ꝙ in oībꝰ trāſmu
tationibus neceſſaria eſt prudētia. Ipſa.n.hꝫ
actus rōnis ordinare. Habet.n.ratio quadru
plicem actum ſm Ber.ſ. inueſtigare: iudica/
re. memorari ⁊ interpretari. ¶ Primo diri/
git rationem inueſtigantem: dum ea ex alijs
ꝑtibus alia coniicere facit: vt ex ꝓſentibus fu/
tura expimur: magna ex paruis: remota ex ꝓ
pinquis: ⁊ ex partibus tota. Vnde Seneca.
Si prudens eſſe cupis in futurum proſpectū
intende. ¶ Scđo iudicantē dirigit: duꝫ cū a
leuitate vel nimia tarditate credendi cuſtodit.
vnde Seneca. Omnibus aut nulli credere vi
tium eſt. vnde eccleſiaſtici decimotertio. Qui
cito credit: leuis eſt corde. vnde ſm eundem.
Prudentis ꝓprium eſt examinare conſilia: ⁊
non cito per credulitatem ad falſa ꝓlabi. vnde
nō niſi examinataꝫ ſniaꝫ in conſenſum creduli
tatis admiſit. ¶ Tertio memorantem dirigit
duꝫ ſalubria facit reminiſci: vt beneficia dei vł
proximi. Et noxia facit obliuiſci: vt iniurie ꝓ/
ximi. ¶ Quarto interpretatiuam dirigit dum
ſermonem moderatur. Sene. Sermo tuus
non ſit inanis. Aut ſuadeat: aut moneat: aut
conſoletur: aut precipiat. Prouerbi.10. Qui
moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. Ta/
lis.n.prudentia inſidias precauet. vnde Au/
gu. Prudentia eſt in precauendis conſilijs: ⁊
ipſa etiam in bello ſpirituali triumphat. Et h̄
eſt qđ dicitur. Ductus eſt ieſus ⁊c. Glo. Du
citur a ſpiritu ſancto: qui quos replet ad pugnā
mittit fortes. Sine hoc ſpiritu qui ad pugnaꝫ
vadit: cito cadit. Vnde ieſus dicitur: ille q pru
denter reſpiciens ſaluteꝫ anime: ad pugnā du
citur: ⁊ in preſentia roboratur.
¶ Scđa ꝯclo eſt: ꝙ per hoc deſertum intelli/
gitur penitētia qꝛ per ipſam deſeritur oē pecca/
tum. Nam huius penitentie efficacia eſt infi/
nita: quia remittere peccata que per ipſam re/
mittuntur: non poteſt niſi ſolus deus: vt habe
tur Math.12. Sed vnde ſibi tanta efficacia:
vt tot peccata tam faciliter deleat? Dicitur ꝙ a
diuina miſericordia que eſt infinita. Et iō trā/
ſcendit in infinitum oium peccatorum noſtro/
rum multitudinem: vt pꝫ in muliere adultera:
in magdalena: in petro: ⁊ in latrone. Et ideo
propter magnitudinem iſtius miſericordie di/
cebat Ezech.18. Qđ ſi ipius fecerit pniaꝫ ab
oibus pctis ſuis vita viuet ⁊ non morietur.
¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ nullus poteſt ꝑ ſe ingre/
di in hoc deſertuꝫ pnie: ſed ꝑ ſolam grām ſpi/
ritus ſancti. vnde quicunqꝫ intendit de anime
ſalute: illum ducit ſpiritus ſanctus in deſertum
cum penitentiaꝫ inſpirat. Ad Roma.8. Qui
cunqꝫ ſpiritu dei aguntur ⁊c. vnde lꝫ origo pe
nitentie ſit a deo effectiue: qꝛ ipſe eſt cauſa effi
ciens pnie: eſt ēt a nobis diſpoſitiue. Quia ſꝫ
Aug. Qui creauit nos ſine nobis: non iuſtifi
cabit nos ſine nobis: ad quā diſpōnem quatu
or requiruntur. ¶ Primo cognitio fidei iſfor
mis in qua homo cognoſcit diuinā iuſtitiam ⁊
bonitatem cui diſplicet omne malum: ⁊ q nul/
lum maluꝫ relinquit impunitum. ¶ Secūdo
cognitio ꝓprie offēſe: que diſplicet ſumme bo/
nitati. ¶ Tertio deſpectio ſceleris: qđ alias cō
demnaret. ¶ Quarto cognitio miſericordie di
qui paratus eſt omni reuertēti dare miſericor/
diā: ⁊ ex hoc gn̄atur ſpūs remiſſiōis: ⁊ ſic diſ/
ponitur hō ad pniaꝫ. vñ dr̄. Ductus a ſpiritu.
Quod ſit quadrupliciter. Aliquando quadaꝫ
facilitate.ſ. mulcebri inſpiratiōe. Aliqñ cū qua
dam violentia.ſ. corporis infirmitate. Aliquā
do aduerſitate. Aliquando paupertate. Pſal.
Multiplicate ſunt infirmitates eorum.
¶ Quarta ꝯclo eſt: ꝙ ꝑ illud ieiuniū non ſolū
intelligitur abſtinētia a cibis ⁊ potibꝰ: ſꝫ abſti
nentia ab oibus illicitis: ſine qua ieiuniuꝫ a ci
bis nō ſufficit quadraginta diebus ⁊ noctibꝰ.
Ab illicitis manifeſtis ⁊ occultis abſtinenduꝫ
eſt quadraginta diebus: tum ꝑꝑ ꝯſumatam iu
ſtitiaꝫ: qꝛ hoc numero reddimus deo decimas
tarie acceptis. ¶ Scd̃o reqritur ꝙ ſit innocēs
Jnnocẽtia eſt .n. maxime meritoria. Nam ꝑ-
ſiciens in actibus virtuoſis per habitum con/
tinuatũ multo plus meretur q̃ꝫ per habitum
diſcontinuatũ. Et ideo innocens retinens in
nocentiam vite: ⁊ ſuſtinens martyriũ inno-
center eſt magnus. ¶ Tertio requiritur ꝙ ſit
caritatiuũ. Naꝫ actus martyrij eſt caritas: qꝛ
tanto magis oſtenditur qs amare aliquã rem:
q̃to per eã rem magis amatã ꝯtemnit ⁊ rem
plus odioſam eligit pati. Uitam .n. plus dili/
git: ⁊ mortē plus odit. Unde pꝫ ꝙ martyriũ
ꝑ quod vita ꝯtemnitur: ⁊ mors eligitur eſt ar/
dor caritatis ſm̃ illud Johis. 15. Maiorē ca/
ritatē ⁊c. Et hoc eſt qd dñs querit. Poteſtis
bibere ⁊c. Per calicem .n. paſſio ſignificatur: q
tunc bibitur qñ voluntarie patienter ⁊ innocē
ter: ⁊ ex caritate ſuſtineť. Ad roma. 8. Si cõpa
timur ⁊ conregnabim⁹. vñ ſeqtur. Calicē qdē
meũ bibetis. ſedere aũt ad dexterã: uel ad ſini
ſtrã ⁊c. Gloſa. Hoc regnũ celoꝝ non eſt dã
tis ſed accipientis: ideſt meritũ regni celeſtis
non eſt ex ſola gratia dantis: ſed opꝫ etiã ꝙ cõ
currat voluntas ⁊ meritũ recipiẽtis. Non .n.
ꝑſonaꝝ acceptio eſt apud deũ. Sed quicunqꝫ
dignus eſt accipit qd ꝑſone nõ eſt paratũ ſed
vite. Nõ eſt meũ dare vobis. ſ. ſupbis: vt ad-
huc eſtis: ſed alijs qbus paratũ ē. Jgiť ⁊ vos
nolite eſſe qd eſtis: ſed eſtote alij: ſꝫ humiliami
ni q vultis iam exaltari: ⁊ eſt paratũ vobis.

¶ Sexta ꝯclo eſt: ꝙ ad conſequendũ effectũ
predeſtinatiõis oportet ꝙ humilitate vincať in
dignationis impedimentũ: qꝛ ſm̃ Aug. Niſi
humilitas quecunqꝫ facimus preceſſerit ꝯtinu
ata ⁊ ſecuta fuerit: iã nobis de aliquo facto gau
dentibus: totũ aufert de manu ſuperbia: que
generat indignationem. Nam indignatio eſt
reputatio indignitatis in illo: qui preſumptu/
oſe anhelat ad ſuperiora. Prouenit autem in/
dignatio ex quatuor: ſcilicet ex conſideratione
ſui ſtatus venit ſuperbia: ex conſideratione fra
terna caſus venit cõtemptus: ex collectiõe me/
ritorum inuidia: de ignorantia iudiciorum dei
admiratio. Sed contra primum temerarium
eſt ſuperbire aliquem de eo ꝙ ſtat cum cadere
poſſit. Unde ad corinthi. decimo. Qui ſe exi-
ſtimat ſtare videat ne cadat. ¶ Contra ſecun/
dum crudeliter eſt contemnere: Cum huma/
num ſit alijs ꝯdolere in infirmitatibus. vnde
Michee ſeptimo. Ne leteris inimica mea ſuꝑ
me: qꝛ cecidi. ¶ Contra tertium eſt: equalita
tem premij ad meritum ꝯparare: qꝛ nõ ſunt cõ
digne paſſiones huius tēporis ⁊c. Roma. 8.
¶ Contra quartum eſt illud Roma. xj. O al
titudo diuitiaꝝ ⁊c. Sed ſicut ꝯſidentia merito
rũ quandoqꝫ parit arrogantiã: ſic ꝯuerſo pec
cati ꝯſideratio humilitatem: ⁊ plus placet deo
humilis peccator: q̃ꝫ iuſtus ſuperbus. Et hoc
eſt qd dicit. Tunc audientes decem indignati
ſunt. Glo. Sicut iſti carnaliter petierunt eſſe
ſuper omnes: ſic ⁊ iſti cõtriſtati ſunt eſſe aliquē
ante ſe. Jeſus autem vocauit eos: tanqꝫ pius
pater: vt ab errore reuocaret. vt pacē reforma
ret ad ſe: tanqꝫ ad ſalutis medicum quo mitiga
rētur ad pacis vinculum: quo vnirentur dicēs
Scitis quia ꝑncipes gentiũ ⁊c. Seqtur. Sꝫ
nõ ita erit inter uos. q. d. vos more ſeclarium
petiſtis. ⁊ vultis per prelationem ad regni ce/
leſtis poſſeſſionem cum e contra ad ſummam
virtutem aſcendatur: nec imperando: ſed mini
ſtrando. Et ideo nõ ita erit inter vos: ſicut in/
ter eos: quia ſi in regno terreno prelati ſunt do
mini. Sed veſtrum regnum non eſt terrenũ
ſed ſpirituale. Unde per oppoſitum debet in
vobis eſſe: quia prelati eccleſie ſunt miniſtri.

Sed quicūqȝ voluerit inter vos maioꝛ fieri.ſ. ſanctitate ꝛ dignitate: ſit veſter miniſter: quaſi non pꝛimatum abijciendo: ſed humiliter mini ſtrando. Criſ. Quicunqȝ deſiderat pꝛimatum celeſtem: ſequatur humilitatem terreſtrem. Et quicunqȝ voluerit inter vos pꝛimus eſſe: idest pꝛimatum habere: erit veſter ſeruus: nō ex cō/ditione: ſed ex caritate ꝛ humilitate. Sicut fili us hominis: qui nō venit tēpoꝛaliter domina ri: ſed humiliter miniſtrare: ꝛ dare animam ſu am.i. vitam redemptionem ꝓ multis: quantū ad efficaciam ꝓ pꝛedeſtinatis: ſed pro omnib⁹ quantum ad ſufficientiam. vnde gloſa. Luc.10. Humilis magiſter pius ꝛ mitis: nec cupiditatē non modice duos arguit: nec decem indigna/tionis increpat liuoꝛe: ſed docet maioꝛem eſſe q minoꝛ fuerit: ꝛ dominū qui ſeruus ſit. Fru ſtra ergo: aut illi ad maioꝛa ſuſpirant: aut hij ſu per illoꝝ deſiderio dolent cum ad ſummitatē virtutum non potentia ſed humilitas ducat ſe ipſum ponens in exemplum patientie ꝛ humi litatis. Quā nobis imitari concedat ꝛc.

¶ Feria quinta dn̄ice ſcd̄e quadrageſime. Sermo quinquageſimus quintus.

Omo qui/dam erat diues: q induebatur purpura ꝛ byſſo. Luce.16. Scd̄m q̄ dicit Iſido. de ſummo bono. Grauiter in deum de/linquunt: qui diuitias a deo cōceſſas: nō in rebus ſalutaribus: ſed in vſibus vtunī vanita/tis. Neſciunt enim impartiri pauperibus: op/preſſis ſubuenire deſpiciunt: ꝛ inde magis augent delicta: vnde redimere debuerit. Hoc enim hȝ bonum tm̄ poſſeſſio rerum pꝛeſentium ſi vitam reficiat miſeroꝛum. Pro diuerſitate ergo vſus alij de rebus mundanis pereunt: quas cupidine capiunt. Alij vero ſaluanī: dū pꝛo miſericoꝛdie operibus ex eis celeſtia bo/na mercanī. Intantum enim elemoſinarum opera peccata extinguunī: atqȝ ad regnū ſeculi futuri ꝓficiunt: vt etiā iudex celeſtis dicat eis Venite benedicti patris mei ꝛc. Hijs autem quos nulla pꝛecedentia elemoſinaꝝ facta ſequū tur eterni iudicis voce ſic dicī. Diſcedite a me ꝛc. Qui hic miſericoꝛdiam non impartiī: illic pietatis fructum non inuenit: exēplo ar/dentis diuitis: q in inferno ad tenuiſſima pe/tenda compulſus eſt: qui hic tenuiſſima nega/uit. Sicut pȝ in euangelio: cū dicit. Homo quidā ꝛc. vbi occurrunt nob̄ due ꝯſiderationes

Prima ꝯſideratio.

Rima conſideratio eſt videre qualr fuerunt differentes in vita diues ꝛ pauper: diuerſa pꝛemia merendo: vbi occurrunt nobis ſex ꝯcluſiones notande.

¶ Prima ꝯclo eſt: q̄ beatitudo nullo mō pe/tenda eſt in tranſitoꝛijs.ſ. in hijs quattuoꝛ: que ſunt diuitie: honoꝛ: gloꝛia: ꝛ poteſtas. Et hoc ꝓpter quattuoꝛ rationes. ¶ Primo q̄ in bea titudine nulla eſt fallacia. Hec autem fallunt. Nam beatitudo nullum ſecum compatiī ma/lum. Iſta autem ſimul poſſunt eſſe in bonis ꝛ in malis. ¶ Scd̄a beatitudo eſt per ſe ſuffici ens. Nam ea adepta nullum bonum neceſſa/rium deſit: ſed hijs adeptis: adhuc multa defi ciunt: puta ſapia ꝛ ſanitas coꝛpoꝛis: ſecuritas ꝛ multa conſilia. ¶ Tertia ex beatitudine nul li pꝛouenit malum: ſed ex hijs ꝓuenit malū. Eccle.5. Diuitie ꝯſeruantur in malum domi ni ſui. ¶ Quarta q̄ ad beatitudinem oꝛdinaī quis per pꝛincipia interioꝛa: cū ad ipſā naturaliter oꝛdineī. ſed hec magis ſunt a cauſis exte/rioꝛibus: vtplurimum a foꝛtuna: vnde ꝛ bo/na foꝛtune dicuntur. Et ideo dicit Pſal. Re/linquunt alienis diuitias ſuas ꝛc.

¶ Scd̄a ꝯclo eſt: q̄ aliq ponunt felicitatem ſuam in diuitijs: alij in honoꝛibus: alij in glo ria: alij in poteſtate. ¶ Primi decipiuntur: q̄ Eccle.9. dicitur Pecunie obediunt omnia Verꝝ eſt iudicio ſtultoꝝ omnia coꝛpoꝛalia: ſed non ſpiritualia. ¶ Item dicit q̄ per pecuniā omnia poſſidenī: q̄ ethi.5. dicit: q̄ ad hoc num mus inuentus eſt: vt ſit fideiuſſoꝛ: habendo ꝓ eo qđ voluerit. Verū eſt omnia venalia: ſed non ſpiritualia. vnde puer.17. dicit. Quid ꝓ deſt ſtulto diuitias habere: qbus ſapiā emere non pōt? ¶ Alij dicūt q̄ felicitas ſit in hono ribus. Probaī illud. Quod maxime deſide/ratur eſt beatitudo. Honoꝛ autem huius eſt: vt dicit.4.ethi. q̄ ꝓpter honoꝛē hoies iactu ram patiunī in omnibus rebus: ne in ipſa le/dantur. Verum eſt indicium eſt ſignum in ho noꝛato: quo mediante credat ſe eſſe excellentē iudicio alioꝛum. ¶ Tertij etiam decipiuntur dicentes.ſ. q̄ beatitudo ſit in gloꝛia. vnde di/cunt ſm̄ Diony. Bonum eſt ſuiipſius diffu ſiuum: ſed per gloꝛiam bonum hominis ma/



nifeſte diffundit in notitiam alioꝛum. Verꝝ eſt q̄ bonum alicuius hominis: quod per gloꝛiā eſt in cognitione multoꝛum. Sed talis cogni tio eſt de vero bono. Sed ſi de falſo bono ni/hil eſt ꝛc. ¶ Item quod daī ſanctis in pꝛemiū eſt gloꝛia. Romano.8. Non ſunt condigne paſſiones ꝛc. Loquiī apoſtolus de gloꝛia: que eſt a deo: ſed non de gloꝛia: que eſt de hoibus ¶ Quarti etiam decipiunī: ponētes q̄ in po/teſtate ſit beatitudo. Omnia enim appetunt aſſi milari deo: ſed hoc per poteſtatem. Igiī ꝛc. Vbi eſt dicēdum q̄ diuina poteſtas eſt ſua bo nitas. vnde vti ſua poteſtate non pōt quis: ni ſi bene. Sed poteſtas hominis pōt male vti. Igitur ꝛ cetera.

¶ Tertia ꝯclo eſt: q̄ nullus ſcandalizari dȝ in maloꝛum ꝓſperitatibus: ſed reſpiciat coꝝ no/uiſſima. ꝛ inueniet eoꝛum tempoꝛalem ꝛ cadu cam ꝓſperitatem cito tranſituram. Et ideo di/cit Iſido. Quidam ſimplicium neſcientes dei iudicium: in maloꝝ ꝓſperitatibus ſcandalizantur dicentes. Quare via impioꝝ ꝓſperatur: bene eſt oībus: qui inique agunt? Tales non mirē tur aſpicientes eoꝝ felicitatem caducam: ſȝ intuentes nouiſſima eoꝛum intendant: quanta illis poſt hec eterna ſupplicia pꝛeparenī: dicente ꝓpheta. Ducunt in bonis dies ſuos: ꝛ ſubito ad infer na deſcendunt. Et ſignaī vobis in iſto diuite epulone: qui erat diues.ſ. diuitias amando. Et ideo repꝛobaī. Hic induebaī purpura ꝛ byſ ſo: non ſ. ſolum q̄ delicate ſunt veſtes: ſed vt ꝓ hoc aliquid ſignificet. Purpura tingiī de ſan guine: ꝛ q̄ ea de quibus viuere debent paupe res in vſus ſuos conuertunt: purpurā indui dicunī. vnde eccſi.34. Panis egentium: vi/ta pauperum. ¶ Item byſſus bene iungitur purpure. Byſſus candida eſt: ꝛ ſignificat con ſcientie candoꝛem: quam ad palliandum iniq/tatem ſuam aſſumunt: ꝛ vt iuſta videanī oia: que faciunt: imponūt crimen eis: quos deſen dant: ꝛ epulanī quotidie ſplendide. vnde licȝ ſemper culpa ſit comedentis ꝛ bibentis: ꝛ nō cibi ꝛ vini: tamen ſunt quedam vitia: que tan/guntur hic ex parte rei: quedā ex parte pſone. Ex parte rei: vt epularum voluptuoſitas: fer/culoꝛum diuerſitas: crapulaꝝ guloſitas: occa/ſio alterius mali. ¶ Itē ex parte perſone: vt ardoꝛ: appetitus: ꝛ delectatio palati pꝛurientis Repꝛehenditur etiam luxus in veſtitu: ꝓpter ſui pꝛecioſitatem: que reſpicit pꝛecium ꝓpter mul titudinem: que reſpicit numerum ꝓpter cu/rioſitatem: que reſpicit ſtudium: ꝓpter inde centiam: que reſpicit perſone ſtatum: ꝓpter fal laciam: que reſpicit alienū viſum: ꝓpter oſtē/tationem: que reſpicit oꝛnatum vanum. vnde Grego. Nemo putet in luxu veſtium deeſſe peccatū. Hec duo damnat Iohēs Baptiſta cuius veſtimenta erant de pilis cameloꝛum: ꝛ cibus locuſte: ꝛ mel ſilueſtre. Mat.3.

¶ Quarta ꝯclo eſt: q̄ voluntaria paupertas eſt deo multum grata: eo q̄ oꝛdinat perfectionem caritatis: q̄ ſtatus xp̄iane religionis eſt quod dam exercitium: per quod perueniī ad ꝑfectio nem caritatis: ad quod quoddā neceſſarium ē q̄ aliquis affectum ſuum abſtrahat a reb⁹ mū/danis. Quod ſit per paupertatem: q̄ Augu. dicit ad deum. Minus te amat qui tecum ali/quid amat: quod non ꝓpter te amat. Idem di cit q̄ augmentum diuitiarum eſt iminutio ca ritatis. Ex hoc enī q̄ aliquis res mundanas poſſidet: allicitur animus ad earum amoꝛem. Et ideo ad perfectionem caritatis pꝛimum fūs damentum eſt voluntaria paupertas: vt aliqs abſqȝ pꝛopꝛio viuat. Mat.19. Si vis perfe/ctus eſſe ꝛ cetera.

¶ Quinta ꝯclo eſt: q̄ ꝑfectio nō ꝯſiſtit totaliī in paupertate: ſȝ ē in ſequela xp̄i: ſm̄ illō Iero. ſuper Matheum. Quia non ſufficit oia re/linquere: addit petrus. Et ſecuti ſumus ꝛc. Hoc aūt ſit per mendicitatem: q̄ mendicare eſt viuere ad imitationem xp̄i: iuxta illō pſal. Ego autē mendicus ſum ꝛc. Glo. Hoc dixit xp̄s de ſe ex foꝛma ſerui. ¶ Nota etiā q̄ paup tas eſt inſtrumentum perfectionis: quo mediā te tollunī tria impedimenta caritatis. ¶ Pri/mum eſt ſollicitudo in abundantia diuitiarū per quam animus hominis multum impediī ꝛ diſtrahiī: ne totaliī feratur in obſequiū dei: de qua Mat.13. Sollicitudo diuitiaꝝ ſuffo/cat verbum. ¶ Secundum eſt diuitiaꝝ amoꝛ qui ex diuitijs poſſeſſis augeī. vnde Iero⁹. ſuper Mat. Diuitie poſſeſſe difficile ꝯtemnū tur. ¶ Tertium eſt inanis gloꝛia: que ex diui tijs naſciī: ſm̄ illud pſal. Qui ꝯfidunt in vir/tute ſua: ꝛ in multitudine ꝛc.

¶ Sexta ꝯclo eſt: q̄ dn̄s deus omnes homī nes ſi voluiſſet: diuites feciſſet. Sȝ voluit nō ſine cauſa eſſe pauperes. ¶ Primo vt q ſuſti nent miſeriam paupertatis: ad maioꝛem gloꝛi am pꝛobarenī. Nam ipſa paupertas eſt ſignū dilectionis diuine. ¶ Secundo vt ſint diuiti bus materia exercēde pietatis. Vbi.n.nō eſſꝫ

miſeria: ibi non habet locum miſericordia. vn
de prouerbiorum. 19. Feneratur proximo ſuo:
et qui preualet manu mandata ſeruat. ℂ Ter/
tio vt haberent homines aliquid: in quo pro/
prie deo aſſimilarentur. Et hec eſt miſericordia.
vnde eſtote miſericordes. Mat. 5. ℂ Quar/
to vt eſſet aliquid: quod dominus obijcere poſ
ſit reprobis in iudicio. Unde Matthei. 25.
Eſuriui ꝛc. Et hoc eſt ꝙ dicit. Erat quidaꝫ men
dicus. vnde licet hac miſeria grauatus fuit: nō
tamen non reprobatus: ſed predeſtinatus. Et
ideo nomine lazarus. Lazarus interpretatur ad
iutus: vel auxiliatus a domino: ſcilicet per gra/
tiam predeſtinationis. Iſte dicitur mendicus:
non pauper. Sunt enim pauperes: qui non
ſunt mendici: qui q2 ipulſant: nō ita pietatē ex
citant: q2 per clamorem pauperis pietas excitatur.
Oſtenditur igitur indigentia iſtius mendici ad
pene diuitis augmentationem. ℂ Primo in
eius egeſtate: quia mēdicus. ℂ Secundo in
eius debilitate: quia iacebat ad ianuam iacen
tem. vnde Criſo. Iacebat ante ianuaꝫ: vt cru
delitatem diuitis in ſuo corpore demōſtraret.
ℂ Tertio in eius infirmitate: q2 vlceribus ple/
nus. Solent vlcera infirmorum viſa affectuꝫ
pietatis prouocare; a quibus qui auertit oculos:
pietati ſe negat. ℂ Quarto in famis anxietate
q2 cupierat ſaturari de micis. vnde pauper ſi
peteret diuitias: non eſſet exaudiendus.

Scḋa ꝯſideratio.

Secunda conſideratio eſt videre quo
modo ſunt differētes in morte: q2 ſi
cut differentes fuerunt in vita merē
do: ſic in morte premium recipiendo: ibi. Fa
ctum eſt aūt ꝛc. vbi occurrūt ſex concſones.
ℂ Prima eſt: ꝙ in hac vita ſolum eſt licitum
meritorie operari: quia nunc ſolum eſt tempus
miſericordie: poſt modum equitatis. Et quia
meritum fit per virtuoſas operationes. Igitur
debitores ſumus virtutum ac meritoꝝ: ꝛ ope
rum perfectorum. Et q2 ad hec cumulāda me
rita tempus vite accepimus: ergo operari de/
bemus iugiter. Unde Iſido. Tantum in hac
vita eſt licitum opera bona: illic non: quia ibi
non operatio expectatur: ſꝫ retributio meritoꝝ.
ℂ Secunda cōcluſio: ꝙ poſt iſtam vnuſqſqꝫ
recipiet vicem pro abditis: ideo per opera in/
terrogatur anima: vbi debet eſſe in loco pena
rum: an glorie. Dicitur enim diſpenſatori.
Uoca operarios: redde illis mercedem.
Math. 20. ꝛ optime. Reddit enim vnicuiqꝫ
ad minimum: vel de iuſtitia: vel de nequitia.
vnde in euangelio dicitur. Factum eſt au/
tem vt moreretur mendicus: factum eſt autem
ſcilicet deo vocante: ꝛ a miſeria liberante. vn/
de non dicitur mori: ſed educi de carcere. Et
ſic bene dicitur mēdicus: non Lazarus: quia
non anima: ſed mendicitas eſt mortua in chri/
ſto: ſicut illud apocalypſis. 20. Non eſurient
neqꝫ ſitient ꝛc. ℂ In morte implicantur La/
zarum tria preteriiſſe: ſcilicet egeſtas: vilitas:
ꝛ penalitas. Mortuus eſt enim naturaliter: ꝛ
ſic ceſſauit egeſtas. Delatus eſt venerabiliter
ꝛ ſic ceſſauit vilitas. Depoſitus eſt fideliter:
ꝛ ſic ceſſauit penalitas: quia dicitur ꝙ depoſi/
tus eſt in ſinu Abrahe: qui eſt locus qui ꝛc.
Mortuus eſt autē diues. ſ. multis mortibus.
ℂ Primo morte culpe: quia ſeparatur anima a
gratia. ℂ Secundo morte corporali: q2 ſepa/
ratur anima a corpore. ℂ Tertio morte pene
eterne: quia anima ſeparatur a dei gloria. Et hoc
eſt triplex veh. Apoca. 8. Sequitur. Et ſepultus
eſt in inferno.
ℂ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ per miſericordiam dei ni
hil relaxatur de pena damnatorum. Apocal. 18.
Quantum glorificauit ſe in delicijs ſuis: tan/
tum date illi tormentum ꝛ luctum. Intelligen
dum tamen ꝙ pena damnatoꝝ poteſt duplici/
ter conſiderari. ℂ Primo mō inquantum eſt
ante taxationem ꝛ inflictionem. Sic miſericor
dia dei relaxat: q2 peccator cum mereretur penaꝫ
infinitam acerbitate vel intentione: q2 offenſa
ratione perſone eſt infinita. Et ſic deus quaſi
infinitam partem relinquit: q2 in omni ope dei ē
miſericordia ꝛ veritas: vel etiam peccator me
retur penam infinitā duratione: ꝓpter incorri
gibilitatem voluntatis ſeu culpe. vnde de hac
nihil relaxat. ℂ Scḋo inquantuꝫ eſt poſt taxatio
nem ꝛ inflictionem: ſic nihil etiam relaxat. Et
hoc eſt ꝙ dicit. Eleuans aūt oculos ſuos: ſcili
cet qui in inferno nō poterat ſe leuare: leuauit
oculos ad paupem in tormentis: qui non leua
uerat in delicijs. Cuꝫ eſſet in tormentis infer/
ni vidit Abrahā ſibi in penaꝫ: q2 vt Grego.
dicit. Oculos quos culpa claudit: pena aperit
A longe: tuꝫ ꝓpter locorum diſtantiam: q2 di/
ues in ꝓfundo: Abraham in limbo: tum pro/
pter impoſſibilitatem pmiorū: q2 longe a pec
catoribus ſalus: ꝛ Lazaꝝ in ſinu ſuo. Quē. ſ.
in ſua proſperitate dedignabatur videre: modo
videt ad cumulum pene. Et ipſe clamans di/
xit pre dolore. Pater Abraham: cuius erat ſi



lius genere: ſed non imitatione. vnde ſi quis ho
ſpitalis in paupes fuiſſet: filius Abrahe eſſet.
Miſerere mei. Ecce ſtulta petitio. Capit. n.
ſibi miſereri: qui nec ſui: nec Lazari miſertus
fuit. Iacobi. 2. Iudicium ſine miſericordia ſi
et ei: qui non fecit miſericordiā. Sinus Abra
he eſt requies ſanctorum paupum. Scḋꝫ glo.
quorum eſt regnum celorum. Sepultura in/
ferni eſt penarum ꝓfunditas: que ſuperbos ꝛ
immiſericordes poſt hanc vitam vorat.
ℂ Quarta ꝯcl'o eſt: ꝙ per ſuffragia eccl'ie nul/
la fit mitigatio pene in damnatis: q2 Augus.
dicit de ciuitate dei: ꝙ ſi ſciret patrem ſuum eē
in inferno: non oraret pro eo: quia ſciret ei ſuf/
fragia eccleſie non ꝓdeſſe. Et ideo dicendum
ꝙ damnati cum ſint omnino membra preciſa
ab eccleſia: ideo ſuffragia eccleſie eis non pro/
ſunt. Hoc enim pꝫ: cum di. Et mitte Lazaꝝ
vt intingat ꝛc. id eſt impartire mihi modicum
de meritis Lazari: vt refrigeret linguā meaꝫ.
Ecce conueniens ordinatio pene ad culpam.
ℂ Primo q2 lingua peccauit: ibideꝫ punitur
iuxta illud ſapientis. Per que peccauit ꝛc.
ℂ Scḋo ſi iaꝫ poſſidet te totus ignis inferni
quare ſolius lingue eſtibus deſideras ſubue/
niri: q2 miſericordiam nō precipit fieri? Ideo
addit. Quia crucior in hac flāma: hic notatur ꝙ
ignis non agit in ſpiritum virtute nature ſue:
ſed inquantum eſt inſtrumentum diuine iuſtitie:
ſicut baptiſmus eſt inſtrumentum diue mīe.
ℂ Quinta ꝯcl'o eſt: ꝙ poſt iudicium mali tri/
ſtabiliter ponentur in eternis ſupplicijs: ꝛ iu/
ſti gaudenter in eternis pmijs. Dicent enim
iuſti damnatis illud pſal. Ecce homo qui non
poſuit deum adiutorē ꝛc. Et ideo Gregorius
dicit: ꝙ aliqui ſunt: qui nō iudicantur ꝛ pereunt:
vt infideles: quia iam iudicati ſunt. Alij non
iudicantur ꝛ regnant: vt ſancti. Alij iudican
tur ꝛ pereunt: vt peccatores fideles. Qui/
bus dicitur. Eſuriui ꝛ nō dediſtis ꝛc. Alij iu
dicantur ꝛ regnant: vt fideles mediocriter.
Quibus dicet. Venite benedicti patris mei.
Et hoc eſt qḋ ſequitur. Dixit illi Abraham.
Fili. Filium autem vocat ipſum: vt dolor eius
augeatur de perdita hereditate. Recordare q2
recepiſti bona in vita tua: id eſt ad voluntateꝫ
tuam. Et Lazarus ſimiliter mala: ſcilicet tran
ſitoria: quia ſcḋm gloſam licet Lazarus aliquid
mali habuit: hoc tamen ignis ꝓpetuitatis pur
gauit. Nunc vero hic conſolatur: eterna con/
ſolatione ꝓ modica tribulatione. Tu vero cru
ciaris: id eſt eterno cruciatu pro tēporali dele/
ctatione. Et in his oībus inter nos ꝛ vos ma
gnum chaos firmatum eſt. Chaos ſꝫ glo. eſt
magna diſtātia meritoꝝ. vn̄ dr̄ inter diuiteꝫ ꝛ
pauperem magnuꝫ chaos eſſe: quia poſt mor
tem nequeunt merita mutare: patet textus.
ℂ Sexta ꝯcl'o eſt: ꝙ damnati non poſſunt re
uerti ad bonuꝫ: q2 damnati ſunt obſtinati in
malo: ſicut beati ſunt confirmati in bono. Sꝫ
beati ꝓpter confirmationem non pnt in malū
Igitur ꝛc. Intelligendum tamen: ꝙ cum qua
druplex ſit bonum: ſcilicet nature: moris: gra
tie: ꝛ glorie. De bono nāe non eſt queſtio: q2
damnatio non aufert bonuꝫ nature: vt in ipſis
perſeueret malum pene ſm Gregorium. Si ve
ro de bono moris intelligatur queſtio: dicenduꝫ
ꝙ velle ex deliberatione poteſt aliquis dupl'r:
vel per ſe ꝓpter ipm bonum: ad quod eſt p ſe
ꝛ eius amorem: ꝛ odiuꝫ mali: vel per accidēs:
ſcilicet ꝓpter fugam pene ꝓprie vel aliorum.
Iſto ſcḋo modo dico ꝙ poſſunt in actuꝫ bonū
moris: vt velle nunqꝫ actum: qui peccatuꝫ fuit
vel eſt cōmiſiſſe: ne eternaliter punirentur. Que
tamen voluntas non eſt bona voluntate moꝝ
q2 nec recognoſcit illum actum eſſe malū: nec
diſplicet ꝓpter ſe: q2 malus. ſed ſolum rōne pe
ne ꝓprie vel aliene. Sic iſte diues moneri fra
tres voluit: vt ſe a peccatis cohiberent. Non ꝙ
per ſe hoc voluerit ꝓpter odiuꝫ peccati ꝛ amo
rem illoꝝ: ſed q2 eſtimauit ſe poſſe corpori ſuo
reſtitui: ꝛ mitti ad ipos: ꝛ ſic a penis ſubtrahi.
vnde iſta monitiōe nullo modo ſimpl'r ꝓpter
bonum iſtoruꝫ illos admoneri voluit: ſed pro
pter bonum ꝓprium: dicente Abraham. Ha
bent Moyſen ꝛ ꝓphetas. Reſpondit. Non
pater Abraham: ſed ſi aliquis ex mortuis ꝛc.
quaſi diceret. Per me ſic fiat: quia magis ido
neus ſum ad hoc: ꝛ mihi magis credendū eſt.
Si vero fiat queſtio de bono gratie ꝛ glorie:
ſiue quo ad actum: ſiue quo ad habituꝫ ſimpli
citer ſic tenendum eſt: ꝙ non poſſunt reuerti
vnqꝫ ad bonum gratie: aut ad actum gratie ꝛ
glorie: ſiue quo ad actum: ſiue quo ad habituꝫ
nec ad habendum bonum actum ꝓcedenteꝫ a
gratia aut gloria. Et hoc eſt qḋ dicit. Rogo ergo
te pater. Non eſt credendū ꝙ rogauerat ex ca
ritate: quam ante morteꝫ non habuit: nec poſt
acquiſiuit: ſed timore pene. Sciebat enim ꝙ
ex conſortio fratrum augeretur ſibi pena; vt mit
tas eum ſcilicet Lazaruꝫ in domo patris mei.
Ecce crudelitas. Quia cum non poſſet impe/

trare q ad euꝫ veniret in infernū rogat ſaltem
q ad fratres ſuos mittatur in mundū. Habeo
eniꝫ quinqꝫ fratres. Hoc ideo forte dixit: qꝛ ſꝫ
quinqꝫ ſenſus delicijs deditì erant ipſi: ſicut ꝛ
ipſe cum viuebat: ex quo patet conformitas eo
rum ad ipſum: vt teſtetur illis: in eam miſeriā
Ne ꝛ ipſi veniant in hunc locum tormentoꝝ
A quo nos preſeruet.

¶ Feria ſexta ſecunde dominice quadrageſi/
me. Sermo quinquageſimus ſextus.

Omo qui/
dā plantauit vineā. Mat.
21. Scdm q dicit beatus
Bernar. Nihil ita diſpli/
cet deo in filijs gratie: ſicut
ingratitudo. Ingratitudo
eniꝫ viaꝫ obſtruit grē: ꝛ vbi fuerit illa: iam grā
acceſſum non inuenit: locū non habet. Ne
iure perditum reputet: qđ ingrato donatuꝫ eſt
aut dediſſe peniteat: quod periſſe videtur: opꝫ
ergo gratioſum eſſe hoieꝫ ꝛ deuotum: qui per
cepta gratie numero manere ſibi vult ꝛ multi/
plicari. Unde tria mala de ingratitudine pue/
niūt. ¶ Primo bona a deo accepta auferri fa/
cit. Augu. Quod deus dederat gratis: deulit
ingratis. ¶ Scđo danda impedit. Gregori.
Non eſt dignus dandis: qui non agit grates
de datis. ¶ Tertio quia non ſolum priuat bo
nis: ſed penam addit. Unde Ezechias. Pu/
nitus eſt de ingratitudine triumphi. Yſa. 38.
Sed quia deus ſm Gregorium nunqͣ̄ ceſ
ſat bene facere. Ideo dignum eſt ſemper gra/
tias agere. Hoc autem nobis in euāgelio exē
plificat. vbi occurrūt nobis q̄tuor ꝯſideratōes.

Prima conſideratio.

Rima conſideratio eſt de inceſſabili
beniuolentia dei circa nos in benefi/
cioruꝫ largitione. Quod notat vinee
plantatio. vbi occurrunt quatuor cōcluſiones.
¶ Prima concluſio: q deus eſt omnium re
rum creator: patet Roman. xj. Ex ipſo: ꝛ per
ipſuꝫ: ꝛ in ipſo ſunt omnia preter peccata: quo
rum creator non eſt deus. Unde Auguſtinus
dicit. Cū audimus omnia eſſe de deo: omnes
itaqꝫ naturas intelligere debemus: ꝛ omnia q̄
naturaliter ſunt: neqꝫ ex ipſo ſunt peccata: que
naturam non ſeruant: ſed viciant. Unde neceſ
ſe eſt dicere: Qđ omne quocunqꝫ modo eſt: a

deo eſt. Si enim aliquid inuenitur in aliquo p
participationem: neceſſe eſt q cauſetur in ipſo
ab eo cui eſſentialiter conuenit: ſicut ferrum ſit
ignitum ab igne. Sed quia deus eſt ipſum eē
ſubſiſtens: ꝛ eſſe ſubſiſtens non poteſt eſſe niſi
ſi vnum. Relinquitur igitur q omnia alia a
deo non ſunt ſuum eſſe: ſed participant: neceſ/
ſe eſt igitur omnia que diuerſificantur ſm di/
uerſam participationem eſſendi. Cauſatur ab
uno primo ente: quod perfectiſſimum eſt. Un
de Ariſtoteles. 2°. methaphi. dicit. Qđ illud
quod eſt maxime ens: ꝛ maxime veruꝫ eſt cau
ſa omnis entis: ꝛ omnis veri: ꝛ hoc ē quod di
cit. Homo quidam paterfamilias: ſcilicet deꝰ
ꝛ dominus totius creature. Dicitur enim pa
ter noſter multipliciter. ¶ Primo creatione.
Pſalmi. Nunquid non eſt ipſe pater tuus: q
fecit in quantum te ſm corpus. Creauit ſm aīam.
poſſedit ſm vtrunqꝫ. ¶ Secundo redempti
one. Yſa. Tu domine pater noſter ꝛ redem/
ptor noſter a ſeculo nomen tuum. ¶ Tertio fi
dei inſtructione. Joannes. Dedit eis poteſta
tem filios dei fieri. ¶ Quarto adoptiōe. Ro
manorum octauo. Accepiſtis ſpiritum adopti
onis filiorum in quo clamamus. Abba pater.
¶ Quinto glorie collatione. Ad gala. 4. Ita
que. Iaꝫ non eſt ſeruus: ſed filius ꝛc.
¶ Secunda concluſio eſt: q in mente diuina
ſunt forme exemplares. Per quas omnia que
ſunt naturaliter: ſiue per creationem determi/
natas formas conſequuntur: quod patet. vnde
oportet dicere: q i diuina ſapientia ratiōes ſunt
oīuꝫ reꝝ que dicuntur idee. i. forme exēplares i
mente diuina exiſtētes: q̄ qdē multiplicant ad res
Non tamen ſunt realiter aliud a diuina eſſen
tia: prout eius ſimilitudo diuerſimode aduerſio
participari pōt. Poſſet etiam in rebus creatis q̄
dam alioꝝ exemplaria dici: ſm q quedam ſūt
ad ſimilitudinē aliorum: vel ſm eandem ſpēꝫ
vel ſm anologiam alicuius imitationis. vnde
ſaluator volens pfectionē vite meritorie pdu/
cere in anima: ſimilitudinem exēplaris in vinea
adhibuit: vt ex hoc pfectio vite in aīa: determi
natam formā ꝯſequeret: qua mediante redire
poſſit ad ipſum: a quo pceſſit per creationem.
vnde dicit. Qui plantauit vineam. i. aīam ra/
tionabilem. Iere. 2. Ego autem plantaui te vi/
neam electam. vnde glo. ꝛ habetur ſuper illud
Yſa. 5. Uinea domꝰ ſabaoth domꝰ iſrael ꝛc.
Cuncta que dicuntur de vinea ad ſtatum aīe
referuntur: que a deo plantata nō attulit vuas

ſed labruſcas. Dicitur aūt aīa vinea ¶ Pri/
mo propter inutilitatem ſarmenti abſciſi a vite:
ſimiliṫ aīa abſciſa a ſpūali edificio: nihil valet.
¶ Scđo qꝛ ſicut vinea p tormenta. i. abſciſio/
nem ꝛ terre actionem fructificat: ſic anima per
ſuſtinentiam operum penalium. ¶ Tertio: qꝛ
ſola vinea dat vinum: ſic aīa deuota ſoli deo ac
cepta. ¶ Quarto: qꝛ ſicut vinea degenerat ꝛ
luxuriat faciens vinum debile: qñ vinea ſita ē
in pingui terra: ſic anima in delicijs. ¶ Quin
to qꝛ ſicut vinea radicata in petra ꝛ loco eminē
ti ꝛ in aſpectu ſolis fecunda eſt ꝛ forte generat
vinum: ſic aīa exiſtens in dura vita ſeu penitē
tia. Iere. 3. Adhuc plantabis vineam i mō/
tibus ſamarie. Iſta vinea diuinis ꝯſolationi/
bus appodiatur ꝛ ligatur celeſtibꝰ deſiderijs.
¶ Tertia ꝯclō eſt. q tria ſunt que ptinēt ad cō
ſeruationem huius vinee: qꝛ non ſufficit alicu
ius pfectio ſi nō ꝯſeruetur in eſſe. ¶ Primuꝫ
eſt ſepes circūſtans: que defendet ab incurſibꝰ
quotidianis feraꝝ: que eſt debita cuſtodia ſen/
ſuum ꝛ cordis. Ne. ſ. ſenſus ab extra aliquod
delectabile tranſitorium pcipiant: quo poſſent
alici: ꝛ a ſummo delectabili ſeparari. Et ideo ꝑ
cauendum eſt. ¶ Primo ergo dꝫ ſtatiꝫ in pn
cipio pſcindi: quia infirmitas in pncipio facili
us remediatur: ita ſpiritualis. Iero. Impoſ/
ſibile eſt in ſenſum hominis non irruere cogi/
tationes. Ille laudatur: qui ſtatim vt ceperit co
gitare: allidit cogitatus ſuos ad petram Chri/
ſtum. ¶ Secundo vt temptatio figuratur: ſi/
cut homo ſapiens fugit: vbi ſuperare non po/
teſt: ſic Joannes baptiſta fugit in deſertū. Ec
cleſia. 29. Quaſi a facie colubri fuge peccatuꝫ.
¶ Tertio q debet penalitatibꝰ expelli ſicut vi
demus in naturalibus: Qđ nulla forma expel
litur niſi a ſua contraria. Et ideo: quia omnis
temptatio eſt allectiua: ideo per penam fugari
dꝫ: quia in moralibus pene ſunt ſicut medicine.
Unde colocen. 3. Mortificate membra veſtra
Unde dicit. Et ſepem circūdedit ei: id eſt dili/
gentem cuſtodiam. Eccleſia. 36. Ubi non eſt
ſepes diripitur poſſeſſio. Iteꝫ prouerbio. 14.
Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: quia ex ipſo
vita procedit. ¶ Secundum eſt torcular bone
conſcientie. vnde ſicut in torculari vinum ex/
primitur: ſic conſcientia quadā remurmuratio
ne informatoria docet facere bonum: ꝛ vitare
malum. vnde conſcientia dicit duo: ſcilicet ſciē
tiam ꝛ habitum. Hec conſcientia eſt habitus
naturalis: non ſolū cognitiuus: ſꝫ etiā motiuꝰ

Inclinat. n. habitum ad perfectionem boni:
ꝛ fugam mali: vnde ꝯſciētia accuſat de preteri
to: remurmurat de preſenti ꝛ precauet de futu
ro. Preterita namqꝫ reſpicit quando mentem
de hoc quod ſibi ꝯſcientia eſt reprehendit ſicut
eſt de malo cōmiſſo vel bono ammiſſo. Pre/
ſentia eniꝫ reſpicit ꝯtradicendo eis cuius p con
ſcientiam habitumus oppoſituꝫ. Futura quoqꝫ
reſpicit vt quando inſtituit ꝛ ſtimulat mentem
ad ea facienda: vel vitanda ad que nos indicat
teneri. Cauenda eſt tamē ꝯſcientia minus lar/
ga: ꝛ minus ſtricta. ¶ Naꝫ prima generat pre
ſūptionē. ¶ Secunda deſperationē. ¶ Pri
ma dicit ſemꝑ mali bonū. ¶ Secunda bonū
malum. Et ideo dicit Bernar. q bonā con/
ſcientiam faciunt in nobis duo. ſ. penitentia p
quam peccata cōmiſſa punimus: ꝛ ſcientia qua
punienda nō ꝯmittimus: ꝛ hoc eſt q dicit. Et
fodit in ea torcular: id eſt contulit ei ꝯſcientiā:
que preterita accuſaret: ꝛ preſentibꝰ remurmu
raret: ꝛ futura mala preuocaret. ¶ Tertium ē
turris patientie. Nam ſicut turris eſt ſecurum
ppugnaculū quo mediāte inſultus pugnantiū
reprimunt: ſic paciētia ē virtus cōtumeliaꝝ ꝛ
oīs aduerſitatis ĩpetus cōmuniter portās. vñ
talis dicit. Patientia eſt honeſtatis: ꝛ vtilitatꝭ
cauſa reꝝ arduaꝝ: ꝛ terribilium voluntaria ac
diuturna perpeſſio. Iero. Non niſi per patien
tiam implet qđ dicit. Regnum celoꝝ vim pa/
titur: ꝛ violēti rapiūt illud. vnde Mat. 5. Be
ati qui perſecutioneꝫ patiunt ꝛc. Et hoc eſt qđ
dicit. Et edificauit turrim in medio eius. vn/
de ipſa eſt turris fortitudinis defendens nos a
facie inimici.
Quarta ꝯclō: q ſaluator multa bona nobis cō
tulit: vt patet in bonoꝝ plantatione: ꝛ in malo/
ruꝫ amotione: in aduerſarioruꝫ defenſione: in
motuū inſtructiōe: i latiōe legis: ꝛ ritus inſtitu
tione. Tamen hec omnia que contulit nobis
ſiue naturalia: ſiue ſpiritualia: ſiue gratuita cō/
miſit libertati noſtre voluntatis: ſiue liberi ar/
bitrij: vt iſtis mediantibus operatiōe liberi ar/
bitrij efficeremur beati. ſ. libera eius electionē
vnde liberū arbitriuꝫ eſt ſubiectum gratie qua
ſibi aſſiſtente bonum eligit liberum arbitriuꝫ
indifferenter ſe habet ad bene eligendum: vel
male. vnde Ber. Bonū opus ſine duobus
fieri non poteſt. Nam deus auctor ſalutis ē li
berum arbitrium capax eſt ſalutis: nec dare il/
la niſi deus: nec capere iſta: licet niſi liberꝫ arbi
trium. Et hoc eſt qđ dicit. Et pegre profectus

eſt non mutando locum: ſed operandi liberuꝫ
relinquens arbitrium. vbi Beda. Qui vbiqꝫ
eſt fuit cum viatoribus liberum operandi arbi
triū relinquēs. Eccleſi. 5. Deus ab initio ꝯſti
tuit hoīeꝫ: ⁊ reliq̄t eū in manu ꝯſilij ſui: ⁊ loca/
uit eā agri. vt. ſ. liber operet̄ opibus v̄tuoſis.

Secunda conſideratio.

Secunda ꝯſideratio eſt de igrata mali
uolentia noſtri circa deum in benefi
cioꝝ vilipenſione: qđ oſtendit nunci
oꝝum ⁊ heredum necatio: cum dicit. Cum aūt
tp̄s fruct⁹ appropinq̄ſſꝫ. vbi occurrūt. 4. ꝯ°es.
¶ Prima ꝯcluſio ē: q̄ ſolius hominis eſt be-
atitudinē mereri opibus virtuoſis: cum beati
tudo ſit premium virtutuꝫ. Cuius ratio eſt: q̄ꝛ
vt dicitur quarto metha. Vnūquodqꝫ natura/
lium determinatum eſt ꝓpria ſua operatione:
ſicut oculus ad videndum. Quia igitur inter
ceteras creaturas: rationalis creatura ē digni
oꝛ. Ideo magis debꝫ eſſe determinata ſua pro
pria opatione: que eſt reſpectu finis vltimi in
videndo deum ⁊ fruendo: ſed q̄ꝛ hunc finem ꝑ
operationes pure naturales attingere non po
teſt. Ideo oportet ſuperaddere operatiōes vir
tuoſas: que partim ſunt ſupernaturales: vt fi/
nem vltimum attingāt. Quia vt ait ſapiēs ope
ranti iuſtitiam merces fidelis. Iſte autē ope/
rationes dicuntur fructus gratie: đ quibus di
citur. Cuꝫ autem tempus fructuum appropin
quaſſet: ideſt operationum virtuoſorum: quos
apoſtolus noīat. gal. 6. dicens. Fructus autē
ſpiritus: caritas: gaudium: pax: patientia: lon/
ganimitas: bonitas: benignitas: manſuetudo
fides: modeſtia: cōtinentia: ⁊ caſtitas. ¶ Qđ
aūt hijs fructibus poſſit beatitudo attingi. Pa
tet primo de caritate: q̄ꝛ caritas ſꝫ Aug. eſt do
num omnia alia dona perficiens: quia ſine ca
ritate non ꝓducunt effectuꝫ meritoriū. ¶ Se
cundo pꝫ de gaudio: quia gaudium eſt de bo/
no preſenti: ſpes de futuro: ⁊ memoria preteri
torum propter certam expectationem preueni/
entem ex gratia dei: ⁊ ex meritis precedentib⁹.
¶ Patet etiā tertio de pace: Ipſa enim ē ſpi/
ritualis locus dei. Unde ſecunde cor. vltimo.
Pacem habete. ¶ Quarto etiā patet de pa/
tientia: q̄ꝛ ipſa eſt radix ceterarum virtutuꝫ. vn
de dicit glo. ſuper illud. In patientia ⁊c. Pa/
tientia eſt cuſtos ⁊ radix omnium virtutum.
¶ Quinto patet de longanimitate: que diu ex
pectat promiſſum vite eterne. Patienter ſuſti
nens aduerſa: vt dicit Tullius. ¶ Sexto pa/
tet de bonitate virtutis. ſ. hoc eſt quando addi
tur omnis perfectio ex parte operātis: que ē ꝑ
habituꝫ mentis bene conſtitute. ¶ Septimo
patet de benignitate: que habet effectum boni
vt delectet bene agere maxime egēis large ſub
ueniendo de facultatibus ſuis. ¶ Octauo pa/
tet de manſuetudine: que ſm̄ philoſophuꝫ. 4.
ethico. eſt moderantia paſſionum reprimens
vindicte appetitum. Unde manſuetus dicitur
quaſi manu aſſuetus: ſcilicet mala ferendo.
¶ Nono patet de fide: ſine qua impoſſibile ē
deo placere: vt dicitur ad hebr. 9. ¶ Decimo
patet de modeſtia que cauet indecentiam i ver
bo: in riſu: in motu corporum: in membroruꝫ
ſitu: vel in actu. vnde Tullius. Modeſtia eſt
qua pudor honeſtatis puram ⁊ inſtabileꝫ com
parat auctoritatem. ¶ Undecimo patet de cō
tinentia. vnde Ber. Continentia perfecta eſt
virtus: quando ſolo diuini amoris obtentu a
peccatis nos continemus. ¶ Duodecimo pa-
tet de caſtitate. vnde Bernar. Continentia ca
ſtitatis diluitur: qcquid ante luxuria inquinauit.
¶ Secunda concluſio eſt: q̄ in hijs ſegniter
laborantibus mittuntur tres nuncij. Quoruꝫ
unus informat. Secundus imperat. Ter/
tius incutit timorem. ¶ Primus nuncius eſt
ſacra ſcriptura. Hec enim docet vitia obiurga
re ⁊ extirpare ⁊ virtutes inſerere. vnde ſecun/
de thimo. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpi
rata. Utilis eſt ad docendum: ad arguendum
ad corripiendum: ad erudiendum in iuſtitia:
vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonū
Ex quo patet q̄ eſt ſumme auctoritatis. Et iō
ſibi ſumme adherendum: quia a deo reuelata:
nihil continens falſitatis. ¶ Secundus nun-
cius qui increpat eſt infirmitas. Hic nuncius
mittitur quantum ad corpus: quandoqꝫ ad ma
los ⁊ reprobos ad vincendum eorum maliciā:
quia ad hoc ne corrigantur ſubterfugiunt pre/
dicationes audire. Pſalm. Noluit intelligere
vt bene ageret. Sed dominus occaſionē mit-
tit ad corpus infligens eis loco predicationis
corporis infirmitatem. Pſalmi. Multiplica/
te ſunt infirmitates eorum. ¶ Tertius nunci
us eſt timor dei: qui docet fugere qđ ei aduerſa
tur. vnde Augu. Non eſt turpis fuga: iacula
fugere: ſcilicet protegēdo ſe: hic a domino mit
titur: quando menti infunditur iniquitās ad car
nis mortificationem: quia ponit fides ante ocu
los penas eternas timor reſilit: ⁊ iam non ti/
met pro illis euitandis ſuſtinere penas corpo/
rales. Talis enim timor facit hominem obedi
entem. Unde Gregorius. Deum timere eſt
nulla que facienda ſunt preterire. ¶ Talis. n.
timor primo incutitur ex conſideratione omni
potentie dei: quaꝫ nemo refugere poteſt. ⁊ cui
nemo reſiſtere pōt. Yſa. 44. Ultionē capiaꝫ:
⁊ nō reſiſtet mihi hō. ¶ Secundo ex conſide
ratiōe penaꝝ futuraꝝ: que grauiſſima eſt: de q̄
Augu. Exuperat omnem penam quam aliqs
in hoc mūdo perpeſſus eſt. Et hoc eſt quod di
cit. Miſit ſeruos ſuos ad ag. ⁊c.
¶ Tertia concluſio eſt: q̄ opera carnis ſemꝑ
contrariantur fructibus ſpiritus. vnde apoſto
lus dicit ad gala. quinto. Caro concupiſcit ad
uerſus ſpiritum: ⁊ econuerſo. Intelligēdo igi
tur q̄ accipiendo opera carnis ⁊ fructus: ſpiri
tus ſm̄ communem rationē contrariantur. Spi
ritus ſanctus ſcilicet mouet humanam menteꝫ
ad id quod eſt ſm̄ rationem. Appetitus autē
carnis trahit ad ſenſibilia bona: que ſunt infra
hominem. Unde ſicut motus ſurſum ⁊ deor/
ſum contrariantur in naturalibus: ita in operi
bus humanis contrariantur opera carnis fru
ctibus ſpiritus. vnde quantum ad propoſitum
contra veneficia: aut etiam inimicitias: conten
tiones ⁊ emulationes: animoſitates: ⁊ diſcen/
ſiones opponitur caritas longanimitatis: ad
ſuſtinendum mala hominum: inter quos viui
mus: ⁊ ad curandum benignitas: ⁊ ad igno/
ſcendum bonitas. Hereſibus autem opponi
tur fides: inuidie manſuetudo: ebrietatibus ⁊
cōmeſſationibus continentia. Et hoc eſt quod
dicit. Agricole autem apprehenſis ſeruis ſuis
Alium ceciderunt. Uere ſacra ſcriptura cedi/
tur: cum non ſolum nolunt eam intelligere: vt
bene agant: ſed etiam agnitam: contradictioni
bus vite ⁊ lingue eam nituntur impugnare.
Sequitur. Alium occiderunt. Uere nuncius
dei: qui eſt infirmitas occiditur: quando obſti
natus ob ſpem conualeſcentie ⁊ longioris vi/
te in malo perſeuerat. Alium vero lapidaue
runt. Uere timor dei lapidatur: dum quis pre
ſumptuoſe inherens proprie voluntati in malo
perſeuerat. Et vere tales digni ſunt perire: q̄ꝛ
nulla ad eos penetrare queat beniuolentia mo
nitoris. Hec Bernardus.
¶ Quarta concluſio eſt: quantum ingratitu/
do reprehendenda ſit: non ſolum quia nō red/
dit bonum pro bono: ſed malum pro bono: ſꝫ
maxime reprehendenda eſt: quia ſummo bene
factori ablatis muneribus pro hereditate miti/
tur inferre mortem. Unde licet diuerſi ſint be
nefactores: tamen ſicut excellentia principaliter
debemus deo gratiarum actiones. Ideo maxi
me reprehendēda eſt ingratitudo: que acceptis
beneficijs ſibi reddit malum etiam mortis.
Iſtud ſic declaratur. Nam ſm̄ diuerſas cau/
ſas ex quibus aliquid reddi debetur: neceſſe ē
diuerſificari debiti reddendi rationem: ita ta/
men q̄ ſemper in maiori illud quod minus eſt
continetur. ¶ In deo autem primo ⁊ princi/
paliter inuenitur cauſa debiti: eo q̄ ipſe eſt ꝓn
cipium primum omnium bonorum noſtrorū.
¶ Secundo quia eſt perſona que dignitate ꝓ
cellit: ex qua gratuita beneficia procedunt.
¶ Tertio in aliquo beneficiorū: a quo aliqua
particularia ⁊ priuata beneficia percepimus: ꝓ
quibus particulariter ei obligamur. Sicut ḡ quo
quis plus donauit: plus tenemur ei ad graꝝ acti
onē. Ita etiā maxime reprehēdenda eſt igrati
tudo: que deo ⁊ de eius perceptis beneficijs mi/
titur reddere ⁊c. malum mortis. Et hoc eſt q̄
dicit. Nouiſſime miſit ad eos filiuꝫ ſuū. Glo.
Miſſum inſuꝑ heredem occidit: quo filiū dei
conculcat: ⁊ ſpiritu quo ſctificatus eſt: contumeliaꝫ
facit. vnde ibi a mendacibus: a ſimulatorib⁹
⁊ ypocritis occiditur. Ibi bonitas occidit ab
hijs: qui eius beneficijs nō molliuntur: ſꝫ du
riores inueniuntur. Ibi caritas occidit a cupi
dis ⁊ auaris. Ibi miā ⁊ benignitas occiditur
ab hijs: q peccata iterare non ceſſant: nō atten
dentes q̄ deus ad pniam eos expectat. Ibi iu
ſtitia occiditur ab hijs: q per inſolentiā ⁊ con/
tentionem ſuoꝝ concordiam ⁊ pacem infringūt.
Sed extra vineam ibi m eijciunt: q diabolum
in corde eorum ꝑ pctm̄ dn̄ari permittunt.

Tertia ꝯſideratio.

Tertia ꝯſideratio eſt de iuſta ſentētia
dei circa noſtram ingratitudineꝫ in
malorū punitiōe: qđ ꝓbat vinee abla
tio: ibi. Cuꝫ venerit dominus vinee: vbi ſunt
quatuor concluſiones.
¶ Prima ꝯclō eſt: q̄ in omni iudiciaria cau/
ſa non eſt ꝑcipitanter agendum: ſicut in dāna
tionis ſententie latione. Sed dꝫ fieri ꝓceſſus
ſm̄ maturi ꝯſilij deliberationem. Ad hoc. n.
requiritur diſcretio. Nam ſm̄ Ber. vbi eſt ve-
hemens emulatio: ibi maxime diſcretio neceſ
ſaria eſt: que eſt ordinatio caritatis. Semꝑ q̄/
daꝫ zelus abſqꝫ ſcientia minus vtilis ⁊ efficax
inuenitur: ⁊ ꝑniciοſus valde ſentitur. Et ideo
ſaluator hos ingratos nō ſtatim damnauit: ſꝫ

diſcrete deliberauit: dicēs. Cū venerit dñs vi
nee ⁊c. q. d. in talib⁹ nō eſt pcipitāter agēduz.
¶ Scda ↄclo eſt: q vindicatio correctiōis non
ſemꝑ eſt differenda: cum iniquus frequenter
ex dilatiōe debite pene ſorotur: ſʒ illō eccl'i. 8.
Quia nō cito pfertur ↄtra malos ſniã: filij ho
minum ſine timore ppetrant mala. Cohibent
aliq̃ a peccato: qui officium virtutis non hñt:
per hoc q timent amittere aliqua: q̃ plus amāt
q̃ʒ illa: que peccādo adipiſcuntur. alias timor
nō ↄſpeſceret pctm̄. Et ideo per ſubtractionez
oium que hō maxime diligit. ſ. vitaʒ: corporis
ſui libertatem: ⁊ bona exteriora: puta diuitias:
patriam ⁊ gl'iam: homo iniquus frequēter cō
peſcitur ab iniquitate. vnde aiunt illi. Malos
male perdet: ⁊ vineam ſuam locabit alijs agri
colis ⁊c. Et ideo dicit Ber. Quid agimus?
Nōnulli dura ceruice ⁊ attrita frōte: quo ma
gis eis compatimur: tanto magis ⁊ noſtra cō
paſſione: ⁊ patientia abutuntur. Nonne ſicut
cōpatiebamur fratri: ita ipſi iuſtitie compatien
dum eſt: quaʒ videm⁹ abijci tam iprudenter?
Scio ſi qua in nobis eſt caritas: ↄtēptū hunc
iuſtitie ferre equanimiter nō poſſumus. Hic
eſt zelus iuſtitie: qua accendimur aduerſus de
linquentes erga iuſtitiam dei: quam contem
ni videmus.
¶ Tertia ↄclo eſt: q lʒ quilibet pꝑter nimie
tatem exceſſus ſit iudicādus: tamen nullus in
hac vita exiſtens eſt ↄtēnendus. Et h̄ pꝑ tria
¶ Primū eſt diuine gratie pmpta aſſiſtēria
¶ Scdm eſt anime capacitatis abundantia.
¶ Tertium eſt remiſſionis peccati penitētia.
Quidam. n. dixerunt q peccatum in ſpū ſan
ctum ſit ſimpl'r irremiſſibile: pꝑter finaleʒ im
penitentiam. Iſte aūt modus non eſt verus.
Poteſt. n. pctm̄ eſſe in ſpūm ſanctum: dato q
non haberent finaleʒ impniam in ſe: ſed tm̄ in
voluntate vel i intentione. Unde licet aliquis
peccaret cum intentione deliberata q nunquā
peniteret: pctm̄ in ſpū ſctū ↄmitteret: dato q
poſtea de iſto pctō peniteret. vnde dico q fina
lis impnia in peccato nō facit peccatum in ſpi
ritum ſanctū: q2 ſic omne pctm̄ mortale in quo
homo moritur: eēt pctm̄ in ſpiritum ſanctum
Sed pctm̄ in ſpūm ſanctum eſt: cum mens vo
luntate ⁊ intentiōe excludit ex ſe penitentiam ⁊
remiſſionem: ⁊ pctm̄. Et ideo q̃diu homo vi
uit in hac vita: pōt ab hac intentiōe recedere.
Et ideo ſimpl'r eſt remiſſibile: lʒ ſm̄ qd ſit irre
miſſibile. i. difficile remiſſibile: tum pꝑter de

fectum excuſantis: vt infirmitas inclinās: tuʒ
pꝑter nāe pnitatem inclinantem: tum pꝑter
remedij repulſioneʒ. Et hoc eſt q dicit. Lapi
dem queʒ reprobauerunt edificantes ⁊c. quaſi
diceret q nullus in hac vita debet condēnari
q2 deus aliquādo ingratos peccatores quo ad
iudicium noſtrum predeſtinauit. vnde lapis
iſte dicitur peccator p̄deſtinatus: ſed p nunc re
probatur obſtinatus: ſed non p ſemper: queʒ
edificantes. ſ. meritum exercitio virtuoſe actio
nis: reprobauerunt. ſ. iudicio coꝝ ↄdemnan
tes. Hic factus gratia p̄deſtinata ſibi aſſiſtēte
In caput anguli. ſ. pfectionis vite: q2 fulgebit
exemplo: ſicut ſol in ↄſpectu alioꝝ. Anguli. i.
coniunctionis: q2 eius exemplo ⁊ doctrina ad
deum multi ↄuertentur: vt pʒ de Paulo.
¶ Quarta ↄlo eſt: q iuſtificatio impij eſt ma
ximum opus. Pſal. Miſerationes eius ſuꝑ
omnia opa eius. Et Aug⁹. exponens illud
Iohis. 14. Maiora hoꝝ faciet: dicit q maius
opus eſt q ex impio iuſtus fiat: q̃ʒ creare celū
⁊ terram. Et ideo dicitur. A domino factum
eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. ſ. pꝑ
raritatem ⁊ magnitudinem potentie facientis.

Quarta ↄſideratio.

Uarta ↄſideratio eſt de ingratorum
q nèſcientia circa doctrinaʒ xp̄i: i eius
applicatiōe: vbi dicit. Ideo dico vo
bis: auferetur a vobis ⁊c. vbi ſunt tres ↄ°es.
¶ Prima ↄclo eſt: q aliqui poſſunt deleri de
libro vite: ſm̄ illud pſal. Deleantur de libro vi
te ⁊c. Eſt. n. liber vite ↄſcriptio ordinatorum
in vitam eternam. Ad quam ordinantur ali
qui ex duobus. ſ. ex p̄deſtinatione diuina. Et
hec ordinatio nunq̃ȝ deficit: ⁊ ex gratia. Qui
cunq̃ȝ enim gratiam hʒ: ex hoc ipſe dignus eſt
vita eterna. Et hec ordinatio deficit interduȝ
per peccatum mortale. Illi tn̄ q̃ʒ qui ex prede
ſtinatione ordinati ſunt ad vitam eternam: illi
nunq̃ȝ delentur de libro vite: ſed iſti qui ſunt
ordinati ex gratia ſola: ſunt ſcripti non ſimpl'r
ſed ſm̄ quid. Et tales poſſunt deleri de libro
vite. Et hoc eſt q dic̄. Ideo dico vobis: aufe
retur a vobis regnuʒ dei ⁊c. Dico ergo ex ve
ſtra cōfeſſione ⁊ prophetica reuelatione cōclu
dendo: q2 auferetur a vobis regnum dei: ideſt
gratia predeſtinatiōis delendo noīa veſtra de
libro viuentium: ⁊ dabitur genti facienti fru
ctus eius. i. peccatori predeſtiato: qui facit fru
ctus: ſcilicet habendo cordis contritionem: di
uine legis meditationeʒ: beneficioꝝ dei recor



dationeʒ pximoꝝ ↄpaſſioneʒ: ⁊ gratiaꝝ actio
neʒ. Iſti ſunt fructus: p qbus daſ regnū dei.
¶ Scda ↄclo eſt: q cauſa executiua damnati
onis eſt iuſtitia dei: q2 iuſtum eſt vt ſm̄ rectuʒ
iudicium deus vnicuiq̃ʒ reſpōdeat p merito.
Sed q2 pꝑter obſtinati demeritū: digni ſunt
damnatione: iuſtum eſt vt talis pena demeri
ti eis infligaſ. Talis. n. iuſtitia pparat penam
ſm̄ exigentiā meritoꝝ. vnde dicit̄. Suꝑ queʒ
vero ceciderit. ſ. lapis ↄtereſ eum. vnde gloſa
Lapis vero ſuꝑ illum cadit: quem iudiciū dei
non credentē opprimit. Et ideo totus cōteriſ.
Criſo. Quia xp̄s lapis eſt magnus: ſuꝑ queʒ
ceciderit. ſ. ſm̄ iuſtitiam dei comminuet eum:
ſcilicet reprobationem.
¶ Tertia ↄclo ē: q reprobi increpatōeʒ nō ſu
ſtinent: ſʒ exaſpati reddūt maledictōeʒ p bono
Prouenit. n. talis exaſpatio ex mendacio fal
ſe opinionis ſui ſtatus: qui mentiſ ſibi ſtatum
ſuum eſſe pfectuʒ: ⁊ i increpatione non dignū.
De talibus loquitur apoſtolus Roma. 2. di
cens. Deus reddit vnicuiq̃ʒ ſm̄ opa ſua. Se
quitur. Hijs aūt qui ex ↄtentiōe: ⁊ qui nō acq
eſcunt veritati: ⁊ credunt iniquitati. Ira ⁊ indi
gnatio. Glo. Aug. ibidem. Qui ↄtendunt cū
deo nolentes penitere cū ipe multis modis ad
penitentiā vocet: ⁊ nō acquieſcunt veritati: il
lis dicit̄ credunt iniquitati talibus erit in iudi
cio ira ideſt pena materialis: ⁊ ſpiritualis: ⁊ in
dignatio. ſ. in die iudicij: q2 ſibi ipſis indigna
bunt. Et hoc eſt qd̄ dicit. Cuʒ audiſſent. ſ. pa
rabole expoſitionem: cognouerunt qd̄ de ipſiſ
diceret. ſ. q eſſent ingrati increduli: ⁊ damnā
di: querentes eū tenere timuerūt turbas. Que
rit chriſtū in malo tenere: qui deſperatione vi
ctus non ceſſat a peccato: pro quo paſſus eſt: ſʒ
timore turbaꝝ reprimitur: qui plus propter ve
recundiam q̃ʒ pꝑter deum ſe cohibet a peccatiſ
Et ideo addit. Quia ſicut prophetam eū habe
bant: adherentes eius doctrine: ⁊ habentes di
ſplicentiam in omni malo ⁊c.

¶ Sabbato poſt dñicaʒ 2am q̄dra. Ser. 57.

b Omo qui
dam habuit duos filios.
Luc. 15. Secundum q
dicit gloſa. Conſuetudo
phariſeorum erat: ⁊ ſcri
barum murmurare de al

terius bono: vt patet de iuſtificatione magda
lene: ⁊ de peccatoꝝ remiſſiōe paralitici. Luce.
5o. ⁊ de peccatoꝝ receptione. Luc. 15. Sed
quare hoc? Ratio eſt ſʒ Gregorium. Falſa iu
ſtitia non hʒ ↄpaſſioneʒ: ſed indignationē. vñ
ſm̄ glo. hij dupl'r errant: q2 ⁊ ſe iuſtos putant
cum ſint ſupbi: ⁊ alios eſſe reos: cum iam pe
niteant. Qd̄ aūt nullus dʒ indignari pꝑ pecca
toruʒ receptionē: oſtendit in parabola de filio
pdigo: cuius pnia fuit patri eius gloria: ſicut
pʒ nob̄ in p̄ſenti euang°: vbi occurrūt nob̄ ſex
conſiderationes. Prima ↄſideratio.

Rima eſt de ſtatu nature: queʒ pre
p ceſſit vtriuſq̃ʒ filij communis ppa
gatio: ibi. Homo quidam hēbat du
os filios: vbi occurrunt due ↄcluſiones.
¶ Prima eſt: q ſtatum nature: quem deus
preſtitit hoi in ſui creatione cum perfectionib⁹
ſuis gratuitis deſcribit hūis Augu. de ci. dei
14. dicens. Uiuebat hō in paradiſo: ſicut vo
lebat: q̃ȝdiu h̄ volebat qd̄ deus iuſſerat: viue
bat fruens deo: ex quo bono erat bonus. Ui
uebat ſine vlla egeſtate: ita ſemꝑ viuere: habēſ
in poteſtate. Cibus aderat ne eſuriret: pot⁹ ne
ſitiret: lignū vite ne illū ſenectus diſſolueret.
Nihil corruptionis in corpore vel ex corpore:
nullas moleſtias vllis eius ſenſib⁹ ingerebat
nullus extrinſecus morbus: ſumma in carne
ſanitas: ⁊ in anima tota tranquillitas.
¶ Scda ↄclo eſt: q ex h̄ ſtipite. ſ. oleaſtro hu
mane nāe due pꝑpagines aſcenderūt. ſ. peniten
tium ⁊ innocentiū: qd̄ innuit dicēs. Quia ha
buit duos filios ſm̄ glo. ſ. penitentes ⁊ inno
centes: qd̄ pʒ cum filij ſcit imitari patrē. Hee
pꝑpagines dicunſ filij: q2 imitanſ patrē xp̄m'.
Penitentes. n. ſunt filij: q2 imitātes xp̄m: car
nem ſuam crucifigunt cum vitijs ⁊ ↄcupiſcen
tijs. Quib⁹ dicit̄ Mat. 16. Si qs vult venire
In cui⁹ rei teſtimoniū ſuꝑ xp̄ʒ i trāſfiguratio
ne: q̄ ſignificat pniam aiam transfigurantem.
Audita eſt vox patris. Hic eſt fili⁹ ⁊c. Inno
cens ⁊c. Dicunſ filij: q p̄deſtinati ſunt ad vitā
eternam: qbus prodeſt paſſio xp̄i: de qbus ad
hebr. 10. Non ſumus filij ſubtractiōis in per
ditionem: ſed filij dei in acqſitionem anime.
Filius ſubtractionis fuit Iudas: q ſubtraxit ſe
numero apl'oꝝ. Filius acqſitionis eſt omnis:
cuius exemplo vel exhortatione ↄuertitur quiſ
ad bonū. vnde p̄me Iohis. 5. dr̄. Qui ex deo
natus eſt: non peccat: q2 generatio dei ↄſeruat
euʒ: vt nō peccet. vñ dicit̄ q hūit duos filios.

Secunda conſideratio.

Secunda ꝯſideratio eſt de lapſu culpe
quē oſtendit filij adoleſcentioris a pa
tre receſſio: ⁊ dixit adoleſcentior ex il
lis. Pater ⁊c. vbi ſunt due concluſiones.
¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ permittit deus aliquan/
do cadere p̄deſtinatū in culpam: vt cognitione
ſui reatus ſe humiliet: ⁊ pfectior reſurgat. De⁹
enim nouit de malo maximum bonum elicere
qꝛ lapſum luciferi ordinauit ad hominis creati
onem: lapſum hominis ad xpi incarnationem
quod ſupremum fuit miraculum: ꝓpter qđ dicit
Greg. O felix culpa. Non enim eſt magnū
in artifice ꝙ de bona materia: faciat bonū edi
ficium: ſed de vili. Sed intelligendum ꝙ pec
catum cū ſit malū ordinauit diuina ꝓuidentia
in quadruplex bonum. ¶ Primo ad extollen
dam laudem eoꝝ qui nō peccant: qꝛ ſi omnem
creaturam deus impeccabilem feciſſet: nullus
eſſet laudabilis ex eo ꝙ nō peccaſſet: qꝛ nullus
laudatur de hijs q̄ nō ſūt i ſua poteſtate. Non
enim laudatur mutus ꝙ tenet ſcilentiū. ¶ Se
cundo ad eoꝝ augendum honorem: qꝛ homo
honorabilius poſſidet regnum: qꝛ illud habet
per virtutem acquiſitiuam: q̄ʒ qui habet per ſo
lam electionē. Si aūt ſancti eſſent impeccabi/
les: ſola electione habuiſſent regnū ⁊ ſic nihil
Quarta concluſio eſt: ꝙ Augu. in gloſa fa/
cit mentionem de tribus mortuis ſuſcitatis.

Primo de filia archiſynagogi: quam dñs
ſuſcitauit in domo. Marc.7. Hec ſignat pec/
catum occultum delectationis ꝛ conſenſus ple
ne: qḋ occidit animam: qꝛ omne peccatuȝ mor
tale mors eſt anime: ſm Auguſti. Secūdo
de vidue filio portato extra domum ad portaȝ
ciuitatis. Luc. ſeptimo. Per queȝ ſignificatur
peccatum manifeſtuȝ: quod per exempluȝ per/
niciosum: iā alios ad peccatuȝ prouocat: quod
periculoſius eſt pmo. De tertio i ſepulchro
iam quatuor dies habenteȝ: per quod ſignatur
peccatuȝ conſuetudinis vel neceſſitatis qḋ iam
fetet in monumēto. vnde dicitur. Lazarꝰ mor
tuus eſt: qui iterpretatur adiutus. Hec in glo.
Qḋ autē peccatum ſit cauſa ſpiritualis mortis
patet: qꝛ ſicut ex ſeparatione anime a corpore ſe
quitur mors: ita ex ſeparatione dei ab aīa mori
tur anima. Deus.n. non ſeparatur ab aīa niſi
ꝓpter mortale peccatū. Ideo dicitur Yſa.19.
Iniquitates veſtre diuiſerūt inter vos ꝛ deum.

Tertia ɔſideratio.

Circa tertiam ɔſiderationem que eſt
de huius mortui miraculoſa ſuſcitati
one cuȝ dr̄. Eamus in iudeaȝ iteruȝ
Ubi occurrunt aliqua que precedunt hanc ſu/
ſcitationem: aliqua cooperantur ad eam: ꝛ ali/
qua ſequunt eaȝ. Eorum que p̄cedūt ſuſcitatiōeȝ.

Primū eſt confidentia de dei miſericordia
Deus eni cum ſit ſumme miſericors prōptior
eſt miſericors a miſeria liberare: q̄ȝ ipſi libera/
ri. Unde auguſtinuſ. Domine vna ſpes: vna
fiducia: vna firma promiſſio miſericordia tua.
vnde dicit. Miſerūt ergo ſorores: ſꝫ Hugo.
Inſinuatio eſt quedam ſpēs orationis: que ali
quando ſit fiducia ſiue cōfidentia. Iohis.xj.
De matre chriſti inſinuante defectuȝ vini. vn
de Criſo. dicit. Qḋ quia vehementer de eo cō
fidebant ex frequenti familiaritate. Ideo miſe
runt ꝛ non perſonaliter venerunt.

Secundum eſt aſſiſtentia diue virtutis que
predeſtinatum vſq̄ȝ in fineȝ non relinquit: cer
tiſſime conſequens ſuuȝ effectum: nec tamen i/
ponit neceſſitatem: vt effectus eius ex neceſſita
te proueniat. Nam predeſtinatio eſt pars pro
uidentie. Non autem omnia que prouidentie
ſubduntur neceſſaria ſunt: ſed quedam contin/
genter eueniunt: ſm conditionem cauſaruȝ ꝓ/
ximarum: quas ad tales effectus diuina proui
dentia ordinauit: ꝛ tamen prouidentie ordo in/
fallibis eſt. Sic ergo ꝛ ordo predeſtinationis
certus eſt: ꝛ tamen libertas arbitrij nō tollitur
ex quo cōtingenter prouenit predeſtinationis
effectus. vnde ſequitur. Eamus in iudeaȝ ite/
rum: vbi gloſa interlinearis ꝙ diſceſſit fuit in/
firmitatis: ꝙ redit eſt poteſtatis. vnde Augu/
ſtinus. Inde diſceſſit vt homo: ſed in redeun/
do quaſi oblitus infirmitatē oſtendit ptātem.

Tertium eſt expulſio timoris: quo quis ti/
met amittere quod ho plus amat. Nam timor
ex amore naſcitur. Unde iſto timore petrus ti/
mens perdere vitam negauit chriſtum. Iſte ti
mor eſt malus: nam quāuis ſit naturale ꝙ ho/
mo fugiat corporis detrimentuȝ vel damna tē
poralium rerum. Non tamen propter iſta debet
recedere a iuſtitia: quod eſt contra rationeȝ na
turalem. vnde dicitur.3.ethicorum. Qḋ quedaȝ
ſunt peccatorum opera: ad que nullo timore de
bet aliquis cogi. De quibus dicitur. Dicunt
ei diſcipuli. Rabbi nunc querebant te iudei la/
pidare ꝛ iterum vadis illuc: quaſi diceret. Spon
taneus vadis ad mortem: fruſtra timent diſci/
puli: cum quibus erat fortitudo. Pſalmiſta.
Dominus illuminatio mea ꝛ cetera. Ubi glo
ſa. Dominus habitans in me per gratiam eſt
lux: ꝛ eſt ſalus mea contra infirmitatem: vt eo
mediante iam poſſum reſiſtere peccato. Queȝ
ergo timebo? Nullum: quia nullus poteſt con
tra eum: quia potentiſſimus eſt: qui illuminat
ſaluat ꝛ protegit. Ideo nulluȝ timeo preter ipſȝ
ambulans in lumie firmitatis grē ſue. vñ ſeqt
Nōne duodeci ſunt hore diei? volens ibi eos
ſecurare. q.d. Qui ambulat i luce materiali nō
timet: qꝛ nō offendit: ſed ambulans in nocte of
fendit: qꝛ lucē huius mūdi non videt. Igitur
qui ambulat in luce mee preſentie non debet ti
mere: qꝛ protegit. Uel aliter. Nonne duodeci
ꝛc. q.d. In duodeciȝ horis pōt hō bene mutari
ri. Hoc etiam innuit Thomas dicens. Eamꝰ
et nos ꝛ moriamur cū illo. Ubi Criſo. dicit.
Qḋ hoc verbū fuit timidi animi infirmior erat
alijs. vñ dicebat. Eamuſ. q.d. Nō timet mor
tem: ſed nos vult occidere. Beda tñ dicit ꝙ lo
quitur ex ɔſtantia.

Quartū eſt neceſſitas: ɔueniens enim ē tā/
tā neceſſitatē patienti ſubuenire. vnde qui tp̄e
neceſſitatis deſinit ſubuenire: amicus non eſt
Eccle.6. Amicus eſt ſꝫ tempus ſuum et non
permanebit in tempore tribulationis: licet nō
ſic eſt in amico vero. Prouer.17. Omni tem
pore diligit qui amicus eſt: vñ dicit. Lazarus
amicus noſter dormit: morte.ſ. naturali. Que
rit quomō per lazarum quē deus amabat pec/
cator ſignificatur. Reſpondit Augu. dicens.
Amat quidem peccatores ſecundum predeſti/
nationem: ſed non ſcd̄m preſentem iuſtitiam.
Nam ſm Auguſti. Si peccatores non amaſ
ſet de celo non deſcendiſſet.

Quintū eſt confirmatio fidei: ſine qua deo
nemo placere poteſt. Nulla alia ſecta ad ſui
confirmationem habet miracula ſicut fides ca/
tholica. Non enim virtuoſuȝ vel laude dignū
eſt credere qḋ manifeſte probabile eſt. Sꝫ cre/
dere deo in hijs que ſenſus vel ratio diſſuade
re videtur: ſicut pꝫ de abrahā qui credidit deo.

Nam ſicut videmus in naturalibus ꝙ doctri
na naturalis ad evidentiã maiorem quandoqꝫ
ꝑ facta naturalia declarat̃: vt maioris ſit firmi/
tatis in intellectu audiẽtis. Sic doctrina chri/
ſtiana ſupnaturalis ab eo fuit declarãda ꝑ miracu/
loꝝ opationeꝫ: qꝛ hoc infideles inducebat in
fidem: ⁊ deitas pniaꝫ demonſtrabat. vnde di
citur. Et gaudeo ꝓpter vos. ⁊ ꝓpter vtilitateꝫ
⁊ ꝯfirmationeꝫ fidei veſtre: vt ex h̃ ſumatis ex
ꝑimentuꝫ deitatis mee: cuius eſt abſentia vide
re: vt credatis qm̃ non eram ibi. q. d. Ibi non
eram: ⁊ tñ vidi. Et h̃ eſt ad augendũ fideꝫ ve/
ſtram: qua debetis credere me eſſe illum: q vir
tute ꝓpria etiã poſſum putreſcentẽ mortuũ ſu
ſcitare. vnde lꝫ inuenerunt eum quatuor dies
habentẽ in monumẽto: ⁊ non ꝑuenerunt mor
tem. Tamen ꝓpter hoc non tarde venit: im/
mo cito venit. qui ꝑuentuꝫ morte ſuſcitauit: ⁊
tunc fides multoꝝ roborat̃: qꝛ dicit̃. Multi ex
iudeis ⁊ cetera.

¶ Sextuꝫ eſt humilis ſubiectio mẽtis diuine
ordinationi. Per obedentiam. n. deo ſubdi/
mur. vnde ſicut pctm̃ ꝯſiſtit in h̃: ꝙ homo con
tẽpto deo ꝯmutabilibus bonis inhereret: ita me
ritum virtuoſi actus eꝯ in h̃ ꝯſiſtit: ꝙ hõ ꝯtẽ
ptis bonis creatis: deo inhereat. Et ſubditur.
Hoc aũt ſit ꝑ virtutẽ obedientie: que hꝫ alias
virtutes menti inſerere ſm Gre. vlti. mora.
vnde Ber. Obediẽtia dirigit greſſus nr̃os:
⁊ ſcie ꝯuerſationis gratiã ꝓmeret̃. vñ ſequit̃.
Erat aũt bethania iuxta hieroſolymã. Betha
nia aũt interꝑtatur domus obediẽtie: ⁊ ſignat
ſtatum eoꝝ: qui obediunt mandatis dei: ⁊ hij
de morte ſpũali excitari merẽtur. Sed hec be/
thania erat iuxta hieroſolymã: innuẽs ꝙ qꝰ vo
lunt in futuro eterna pace frui: hij mundanis
vanitatibus contemptis: h̃ in pñti voluntate
ſubijciantur diuine iuſſioni. Nam hieroſoly/
ma pacis viſio interpretatur.

¶ Septimum eſt diſpoſitio virtutum: quibꝰ
exitur in merituꝫ boni actionis: ⁊ ꝑuenitur ad
gratiã contẽplationis. Hijs. n. duobus obti
netur iuſtificatio ⁊ ſpũalis ſuſcitatio. vnde dr̃.
Multi aũt ex iudeis ve. ad mar. ⁊ ma. vt ꝯſo
larentur eas de fratre ſuo. Quid ꝑ iudeos in
telligimus: niſi virtutes: quibus ꝑpriuꝫ car
nalis ꝯcupiſcentie: ⁊ oẽs ſpirituales imundi/
cie ꝑſcinduntur. Et h̃ cultello ꝯfeſſionis pec/
catoꝝ: quo ad penitẽtes. ⁊ inſtrumẽto ꝯfeſſi
onis laudis: quo ad iuſtos. Hijs enim maria
ſcilicet contẽplatiua vita: ⁊ martha. i. actiua vi/
ta conſolãtur: quando hij s virtutibus in actus
exitur vtriuſqꝫ vite: merẽtis de congruo alteri
ꝑſtitaꝫ gratiã: qꝛ homo in gratia conſtitutus:
in hijs complet dei voluntatẽ. Congruũ eſt
ſm amicoꝝ proportionẽ: vt deus impleat ho/
minis voluntatẽ in ſaluatione alterius: lꝫ quã
doqꝫ poſſit habere impedimẽtuꝫ ex ꝑte illius:
cui aliquis ſanctus iuſtificationẽ deſiderat: ⁊ i
ſignum huius Lazarus obtinuit ſuſcitationẽ
a dño impetrare. Et h̃ merito vite actiue ⁊ cõ
tẽplatiue. vnde dicit. Martha autẽ vt audiuit
qꝛ ih̃s venit: occurrit illi. Ecce ꝓmpta accele/
ratio. ¶ Vbi nota drãm inter actiuã vitam ⁊
contẽplatiuam: quia actiuã. i. martha occurrit
chriſto ꝑ ſanctã opationem. Sed contẽplatiua
ſcilicet maria ſedet ꝑ ſancta contemplationem.
Dicit ei martha: ecce fidelis confeſſio vite acti
ue: Confitet̃. n. de xp̃o. ¶ Primo ꝙ ſua po
tentia potuit ꝑuenire mortẽ ſpiritualẽ pctõris.
Exẽplum de virgine bñdicta: quam preſerua
uit a contagione. vnde dicitur. Domine ſi fu
iſſes hic: frater meus ⁊c. ¶ Scdo qꝛ xp̃s iam
ꝑuentuꝫ morte poterat ſuſcitare. Et ideo dicit.
Sed ⁊ nunc ſcio: qꝛ quecunqꝫ popoſceris ⁊c.
Et ideo meruit a chriſto certificationẽ de ſpiri
tuali reſurrectiõe: vnde ſequitur. Dicit ei ih̃s
Reſurget frater tuus. Dicit ei martha: Scio
qꝛ reſurget in nouiſſimo die. q. d. de iſta re/
ſurrectione ſecura ſuꝫ: ſed de iſta nõ. Hoc. n.
ſciebat ex verbis dñi ſm Criſo. Audierat. n. h̃
mulier multa a xp̃o de reſurrectione: vt Io. 6.
Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Dicit
ei ih̃s. ſ. inſtruens eam de reſurrectõis cauſa:
Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. i. ego ſuꝫ cauſa re
ſurrectionis ⁊ vite. q. d. per me põt reſurgere
frater tuus. Nã vita ꝑ eſſentiam eſt cã omnis
vite: ſed reſurrectio eſt redditio vite. Quare
dicit. Qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit:
viuet. ¶ Vbi nota ꝙ ſicut duplex eſt mors:
ita ⁊ reſurrectio. Eſt. n. mors anime ex h̃: ꝙ
anima ſeparatur a deo. Ab hac morte reſurget
anima per fidẽ ⁊ gratiam. ¶ Scda mors eſt
corporis: cui reſpõdet reſurrectio corporis.
¶ Et ideo ꝑmo fit mentio de reſurrectõe ani
me: quãdo dicit̃. Qui credit in me etiã ſi mor
tuus fuerit: viuet. ſ. in aia. ¶ Scdo fit mẽtio
de reſurrectõe corporis. vnde ſequit̃. Omnis
qui viuit ⁊ credit in me. i. omnis qui hꝫ vitam
anime credendo in me: ⁊ ſi moriat̃ in corpore
ad tp̃s non morietur in eternũ. i. ſemꝑ: qꝛ ali/
quando reſurget. Nam xp̃s mediator habuit
aſpectum ſuper totum hominem ⁊ per conſe/
quens ſuper reſurrectionẽ anime ⁊ corpis. Et
ideo qui adheret mediatori ꝑ fidem: non ſoluꝫ
reſurget in anima: ſed in corpore. Prima cor.
15. Quoniam quidem per hominem mors:
et per hominẽ reſurrectio mortuoꝝ. Hãc enī
fidem regrit deus dicens. Credis hoc? Non
querit tanqꝫ ignorans: ſed vt doceamur. Q̃ ꝺ
non ſufficit credere niſi homo confiteatur ore.
Rom. 6. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autẽ
ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ. Unde patet: ꝙ fides mul/
tuꝫ ordinatur ad interpretationẽ. vnde ſequit̃
Si credideris videbis gloriam dei. Mar. 6.
Oia poſſibilia ſunt credẽti. Ait illi. Ego cre/
didi qꝛ tu es xp̃s filius dei viui. vbi Augu. di
cit ꝙ martha ex h̃ ꝯfeſſa eſt totum illud: cuius
virtute eſt reſurrectio: ⁊ vita: ⁊ ꝑuatio mortis
⁊ oia alia. ¶ Seqtur ⁊ cõfeſſio marie: vbi pri
mo vocat̃: ibi. Abijt ⁊ vocauit mariã. ¶ Se/
cundo accelerat: qꝛ vt audiuit ſurrexit cito: ⁊ ve
nit ad eum. Ex quo pꝫ ſm Augu. ꝙ illa preue
niſſet martham: ſi ꝑſcuiſſet aduentum chriſti
⁊ ꝑſentiaꝫ. Sed xp̃s manſit in loco. ſ. vbi mar
tha eum reliquerat ſm Criſoᵐ. ne videretur
ſe ingerere miraculo. ſed duꝫ rogatus miracu
lum opatur: rogantes ꝯfitentur lazaꝝ mortuũ
Iudei etiã eum ſequunt̃. Criſoꝰ. dicit ꝙ hij:
q ſequebant̃: non erant mali: ſed credentes.
Multi. n. iam credebant. Augu. dicit ꝙ plẽs
fuerunt teſtes miraculi. vnde lꝫ ſequerent̃ ꝓ/
pter vnam cãm. tamen dina ꝓuidentia ad aliꝺ
ordinauit. vnde ponit̃ marie reuerentia: qꝛ vi
dens eum cecidit ad pedes eius. Sequit̃ eius
ꝯfeſſio dicens. Domine ſi fuiſſes h̃ ⁊c. vnde
ex verbis iſtis ꝑpendit̃ marie feruor in tribꝰ.
¶ Primo nõ eſt verecundata nec timuit ſu/
ſpicionem: quam iudei de xp̃o habebant: cum
tamen aliq eſſent ꝑſentes. ſed oia ꝯtempſit pre
ſente magiſtro: ſolum vacans circa honorẽ eiꝰ
¶ Scdo ꝑpenditur ex h̃: ꝙ cecidit ad pedes
ieſu: qꝺ non legitur de martha: ⁊ ideo meruit
doctrinã chriſti. Deutero. 33. Qui appropin
quat pedibus eius: accipiet de doctrina illius.
¶ Tertio ꝑpenditur ex hoc: qꝛ nõ dixit tot ver
ba: ſicut martha. vñ Beda ponit rõnem: qꝛ cõ
ſueto hoium more propter lachrymas non po
tuit oia ꝓferre: que voluit. Ea vero qbus ſpi
ritualis reſuſcitatio executionẽ hꝫ: quinqꝫ ſunt
¶ Primum eſt ꝯtritio. Nam ſine contritiõe
non põt eſſe reſuſcitatio ſpũalis. Quod pꝫ: qa
actus ꝯtritõis meret̃ remiſſionẽ culpe morta/
lis: ⁊ infuſionem gratie. Ratio eſt. Nam aia
exiſtẽs in gratia a ſola ordinatõe diuina mere
tur de ꝯdigno gl̃iam. Ergo multo magis gra
tiam ⁊ culpe remiſſionẽ. Et qꝛ iſtum actuꝫ hꝫ
tm̃ acceptũ ſuꝑ omne ſacrificium: ideo dicebat
Azarias Dani. 3. Non eſt in hoc ipe ſacrifi/
cium: ſed in aio ꝯtrito: ⁊ in ſpiritu humilitatis
ſuſcipiamur ingt dñe a te. vnde Gre. Illum
quem ꝯſpicis delicta fletu delere: in conſpectu
dei nõ dubites miaꝫ ſequi: qꝛ nullũ peccantem
reuerſuꝫ ad ſe deſpicit: q pctõres redimẽ venit
vnde pſal. Lachrymis meis ſtratũ meum ri.
Glo. Lachrymis meis in amaritudine pniẽ.
Stratum meum. i. cumulum pctõꝝ. Rigabo
reſoluẽs imbre lachrymarum. vnde ſequitur.
Ih̃s igitur vt vidit eaꝫ plorantẽ: ⁊ iudeos ⁊c.
Maria eſt aia ꝯtrita: que plorat cuꝫ iudeis. i.
cum oibus potẽtijs aie de exceſſu peccotoruꝫ.
¶ Scdm eſt merituꝫ paſſionis xp̃i. Nos. n.
oppreſſi eramus ſub onere pcti: a quo ꝑ nos li
berari nõ poteramus. Sꝫ xp̃s veniẽs onus:
id eſt penam pro pctis ſuꝑ ſe leuauit: vt dicit
Pe. Peccata noſtra ipſe portauit in corpore
ſuo ſuꝑ ligniuꝫ. Hoc pꝫ: qꝛ totuꝫ corpus ſuuꝫ
ſudauit ſanguineũ ſudorẽ: ⁊ inſuꝑ totaliter eſt
laceratum: ⁊ hoc ꝓpter nimiam caritatem.
Ephe. 2. Propter nimiam caritatẽ ſuaꝫ: qua
dilexit nos deus: cum eſſemus mortui pctis:
conuiuificauit nos xp̃s: cuius gratia ſaluati ſu
mus. Meritum huius paſſionis oñdit Aug.
de ſpiritu ⁊ aia dicens. Miſer ego ſum: qntuꝫ
deberẽ diligere deum meũ: qui me fecit quan/
do non eram: redemit cum ꝑieram. Quando
in peccatis meis venundatus eram: paſſionẽ
ſuſtinuit ⁊ mortem: ſanguinis ſui preciuꝫ pro
me appendens: nec pro hijs oibus qꝺ illi re/
pendam habeo: niſi tm̃ vt diligam. Non. n.
decentius ⁊ melius: qꝫ per dilectionẽ rependi
poteſt: quod per dilectionẽ datum eſt. vnde ſe
quitur. Infremuit ſpiritu: ⁊ turbauit ſeipſum.
Fremere eſt tumorẽ vultus ad vocem dedu/
cere. Fremuit igitur ſpiritu: quando pendens
in cruce: in aia ꝓ peccatis noſtris eſt cõtritus.
Mat. 25. Triſtis eſt anima mea ⁊c. In hac cõ
tritione chriſti habent virtutem omnes contri
tiones noſtre ad delendũ peccata: ⁊ hoc quo ad
paſſionem anime. vnde ſequitur. Et turbauit
ſeipſum. ſ. voluntarie ſuſcipiens paſſiones.
¶ Ubi nota: ꝙ ſic fremẽs inſtruit peccatores
vnde ſm Augu. dominus fremit: oſtendens
qꝛ fides hominis ſibi diſplicentis fremere de/

bet in accuſatione maloꝝ operum: vt violentie
penitendi cedat ꝯſuetudo peccandi in ꝯtritōe.
vnde ꝓuerb.33. Sicut fremitus leonis: ita ⁊
ira regis.q.d. Sicut ad fremitū leonis ſiſtunt
omnia aīalia: ita ad fremitū ꝯtritionis ſiſtunt
omnes motus aīales: q deſignantur per illos
Quidam aūt ex ipſis dicebant ⁊c. Lachryma/
tus eſt ſm glo. infirmitatē noſtram: vt ⁊ nos
peccata que ſunt actus infirmitatis defleamus
Pſal. Fuerunt mihi lachryme mee ⁊c.

¶ Tertium eſt depoſitio obſtinatōis: que eſt
ſubuerſio religionis ortū habēs a ꝓpria volū
tate. Hec.n. firmat impniaz: q̄ eſt pctm̄ in ſpi
ritum ſanctum: q neqꝫ h remittet: neqꝫ in futu
ro: q2 cor duꝝ ⁊ induratum: nec deū timet: nec
hoīem reueret. Qui ſic in oībus vijs ſuis ad/
heret diabolo: q ſit vnus ſpūs cū eo. Hec ob
ſtinatio eijcit: cū gratia dei appropinquat. vn
de dicit. Ihs ḡ rurſuꝫ fremēs venit ad monu
mentum. Erat aūt ſpelūca ⁊ lapis. Monumē
tum dicit quaſi muniens mentē: ſignans con
ſcientiam: q̄ ſentiens culpā ⁊ eius penam ꝯdi/
gnam remorſione: munit mentē mediantibus
opibus virtuoſis. Hoc aūt monumētum ſpe
lunca fit latronū: ſi in leſione ꝓrimi peruerſas
cogitatiōes ꝓfert: ⁊ ſi in eo diuerſa peccata cō/
mittuntur: declinantes ꝯfeſſionē peccati: ⁊ ab/
ſcondentes illecebras tpalium voluptatū: que
quaſi ſpolia q̄dam in abſcondito cordis celant
de quo dicit glo. ibidē Mat.21. Domus mea
vertitur in ſpeluncā latronuꝫ: quādo furta: ho
micidia: adulteria: ⁊ alia ſcelera cōmittuntur.
Per lapidē intelligitur facultas q̄daꝫ: que re/
manet ex ꝯſuetudine peccandi etiā poſt pniam
ad quam vincendā q2 non ſufficit nā recte dicit
martha. Iam fetet: ꝑ malā .ſ. famā. Quatridu
anus eſt.q.d. ꝑꝑ inhabilitatē ſurgendi habēs
q̄tuor dies. ¶ Prima eſt ꝑuerſa voluntas.
¶ Scđa eſt libido. ¶ Tertia conſuetudo.
¶ Quarta neceſſitas: vt pꝫ ꝑ Augu.8. conf.
Ideo.n. in hijs inhabilis eſt ad bona: ⁊ facile
relabitur ad pctm̄: niſi gratia adiuuet. Ro.7.
Velle mihi adiacet. Et ideo dicit ei Ihs. Non
ne dixi tibi: q2 ſi credideris videbis gl̄iaꝫ dei:
q2 hec difficultas quandoqꝫ ſubito per gratiaꝫ
amouetur. Et ideo dicit. Tollite lapidem ⁊c.
Tulerunt igit̄ lapidē .i. pctm̄ in conſuetudine:
quemadmodum lapis indurat mentem. vnde
Ezechie.36. Auferam a vobis cor lapideum

¶ Quartum eſt gratitudo de beneficijs dei.
Ordo naturalis ⁊ moralis dictat: vt ille q ſu/
ſcipit beneficium per gratiaꝝ actionem: ꝯuer
tatur ad benefactorem: ⁊ ſm iſtum modū deū
honoramus: cum ꝯuertimur ad ipm per gra/
tiarum actionem: tanqꝫ ab eo beneficiati: ⁊ eti
am per vocem laudis .ſ. vocaliter beneficia re
ferendo in deum. de quo pſal. Sacrificiuꝫ lau
dis honorificabit me ꝯtra illoſ: q beneficia dei
pro ſuis meritis ꝑcepiſſe putant. Talibus aūt
deus aliquando beneficia retrahit: ne tanqꝫ in
grati extollentia plus peccent. Et ideo ſi ꝯſcie
ſpeculum intuet̄: apparebit beneficiuꝫ dei tibi
collatū non eſſe ꝓpter merita tua. Et ideo re/
currendum eſt cogitatōe ⁊ effectu ad magnitu
dinem diuine miſeratōis: tanqꝫ ad oium benefi
ciorum noſtroꝝ largitorem. Et h eſt qđ dicit.
Jeſus aūt eleuatis oculis ſurſum. vbi Orige.
Neceſſe eſt volentem orare ad exēplar xp̄i ele
uare oculos cordis ſurſum. Et dixit. Gratiaſ
tibi ago: oſtendens affectuꝫ eius ad nos: ⁊ ſic
ꝓ nobis orauit. vbi Hylarius. Cum ſibi nō
ꝓficeret deꝑcatiōis ſmo: ad ꝓfectum tamē fi
dei noſtre loquebat̄. vnde ſeqtur. Qm̄ exaudi
ſti me. Et ne aliqs crederet qm̄ ſolum ꝓ tunc
⁊ nō alias eum exaudiſſet: ideo ſubditur. Ego
ſciebam qm̄ ſempꝑ me audis. Et ne crederetur
q hec orō magis fuiſſet ꝓpter indigentiā: q̄ ꝓ
pter nos: ſubdit. Sed ꝓpter pplm̄: q circūſtat
dixi: vt credant q2 tu me miſiſti .i. ne exiſtimēt
me deo ꝯtrium: ſed vt oñdam ſm tuam volun
tatem miraculū fieri. vbi ſm Criſo. gratiaruꝫ
actio oñdit volūtatis vnitatē inter prem ⁊ filiū.

¶ Quintū eſt vox diuine voluntatis: cuius iuſ
ſioni ſubiacet oīs creatura. Licet.n. xp̄s vocet
nos nunc ꝑ ꝯſcie ſtimulum arguentē de mali/
cia. Pſal. Arguam te ⁊c. nūc ꝑ ſcripture amo
nitionem de duritia cordis: nunc per flagella/
tioneꝫ. Pſal. Multiplicate ſunt infirmitates
eoꝝ. Tandem ꝑ mortem cum vocatio patris
fit per ꝑdicationeꝫ inuitantē in pn̄ti ad pniam:
⁊ in futuro ad gl̄iaꝫ: de qua dicit̄ Yſ.4. ⁊ Lu.
3. Vox clamātis in deſerto. vnde pſal. Dabit
voci ſue vocē virtutis .i. efficaciā reſuſcitandi
mortuos. vnde dicit̄. Voce magna clamauit
Lazare veni foras. In quo verbo ſm glo. de
claratur ex pte pctōris magna neceſſitas. Sup/
ponit enim pctōrem incluſum: ⁊ quaſi incarce/
ratum in ſpelunca peccati. Joſue.4°. Aperite
os ſpelunce. ¶ Scđo oñdit in ea affectuoſam
benignitatē: q2 extrahit pctōrem de altitudine
pcti ad latitudinē gratie.d. Veni foras. vnde
eccſia.33. Miſerere noſtri deus: ⁊ reſpice nos



⁊ oſtende nobis lucē miſationū tuaꝝ. Et ideo
ſeqtur effectus huius vocis in duobus: q2 .ſ.
mortuus ꝓdijt viuus: ⁊ q2 ligatus ꝓdijt. vñ
Augu. ſupꝑ Johēꝫ. Quō ꝓceſſit ligatis pedib9
miraris: ⁊ nō miraris q2 ſurrexit q̄triduanus.
In vtroqꝫ po9 dei erat: nō vires mortui. Ea
vero q̄ ſpūaleꝫ reſuſcitationē ſequunt̄: duo ſt.

¶ Primum eſt abſolutio clauiū eccl̄ie. vnde
dicitur. Soluite ⁊ ſinite abire. De hijs claui/
bus ſupra ſatis dictū eſt ſmone.60. ꝯſide.2a.
ꝯclone prima: ſecunda: tertia ⁊ quarta.

¶ Sꝫ queritur quare ipſemet nō ſoluit liga/
menta: ſed ꝑcepit alijs vt ſoluerēt. Potuit.n.
ſoluere ꝑ ſeipſum: q potuit ſuſcitare. Hic Be
da reſpōdit di. q lꝫ xp̄s poterat ſeipm̄ ſoluere:
ſicut ſuſcitare tñ alijs ꝑcepit ad inſinuandū vni
tatem eccl̄ie ad diuinaꝫ caritatē. Nam ⁊ ſi per ſe
ipſum potuit facere: voluit tñ miniſtris eccl̄ie
ſuam ptātem coīcare. vnde in omelia dicitur.
Quid eſt ſoluite ⁊ ſinite abire: niſi q que ſolue
ritis ſuper terram: erunt ſoluta ⁊ in celo.

¶ Scđo querit̄ vtrū miniſtri eccl̄ie abſoluant
a pena. Et videt̄ q ſic: q2 Jo.20. dicit̄. Quo/
rum remiſeritis pctā ⁊c. ¶ Tertio querit̄ vtrū
aliqs aliquo mō abſoluat ſeipſum. Vbi ſcien/
dum q abſoluere a culpa: ⁊ a pena eterna: ⁊ a
ꝑte pene tpalis: ꝑtinet ad deum ⁊ ad miniſtrū
eccl̄ie. Tamē ad culpā ꝯſuetudinariaꝫ ꝯſequit̄
difficultas ad bene cogitandum: que deſignat̄
in ligatura faciei. Sequitur etiam difficultas:
que actum ad bñ operandum: q̄ deſignat̄ in li
gatura manuum. Seqtur tertia difficultas ad
bene volendū: ſignata in ligatura pedum. Ab
hijs difficultatibus abſoluere pōt ſe pctōr: abſo
lutus a culpa ꝑ exercitium boni opis aſſuefaci
endo ſe ad ꝯtria eoꝝ. ¶ Scđm eſt exercitatio
in bonis opibus. vñ dicit. Et ſinite abire .i. re
cedere ꝑ exercitia virtutū a ꝯſuetudine vitioꝝ

Quarta ꝯſideratio.

Circa quartā ꝯſiderationē: que eſt de
vtili circa alioꝝ ꝯuerſionem fructifi
catione: cum dicit̄. Multi igit̄ ex iu
deis ⁊c. Vbi nota q lꝫ ſit maioris meriti ſine
miraculis credere: tamen xp̄s fecit ſigna pro/
pter quadruplicem rationē. ¶ Prima eſt: vt
ſuam doctrinaꝫ q̄ eſt ſupnaturalis: miraculis
ꝯfirmaret. Talia fuerunt obſcuratio ſolis tpe
paſſiōis. ¶ Item notitia linguaꝝ data aplis
Et illuminatio ſubita: qua hij q fuerunt ydeo/
te docti ſunt facti. ¶ Item roboratio aploꝝ: q
cum imbecilles eēnt: ſed ꝯfirmati nullū time/
bant. ¶ Iteꝫ ſubiugatio mundi ꝑ paucos ſim
plices. ¶ Item in nomine xp̄i multi infirmi
ſunt ſanati: ⁊ mortui reſuſcitati. ¶ Scđa eſt:
vt ſuam potentiaꝫ demonſtraret: ⁊ per hoc ad
credulitatem induceret. vnde dicit. Si non fe/
ciſſem in vobis ſigna: que nemo alius facere
poteſt: non vtiqꝫ crederetis. ¶ Tertia vt ſuā
deitatem demonſtraret: q2 vbi aliquis operat̄
ibi eſt. ¶ Quarta vt affectum noſtrum ad ſe
diligendum excitaret. Et ideo etiam in anima
⁊ corpore curauit. vnde ſequitur. Multi ergo
ex iudeis qui venerant ad mariam ⁊ marthaꝫ
videntes que fecit Ihs: crediderunt in eum.
In quo pꝫ q miraculum xp̄i habuit efficaciā
Dixerat enim ſupra. Hoc dixi vt credatis.

¶ Sabbato dñice in letare. Sermo.71.

## Ego ſum lux

mundi. Johis.8. Dupli/
cem potentiam dicit̄ ꝯmu/
niter anima habere .ſ. intel
lectiuam: qua perficitur lu
mine veri: ⁊ affectiuā: qua
inflāmatur amore boī. Quod etiā oſtēdit Au
guſtinus in libro de ſpiritu ⁊ anima. Sunt.n.
duo in anima: ⁊ ſunt ideꝫ quod anima: ſcilicet
rationalis ſenſus cognoſcens omnia ⁊ dijudi/
cans inter omnia ⁊ naturalis effectus: quo ſuo
ordine ⁊ gradu diligat omnia. Sequitur. Ve
runtamen facultates ⁊ quaſi inſtrumēta agno
ſcendi ⁊ diligendi omnia habet ex natura. Co
gnitionem tamen veritatis ⁊ ordinem dilectio
nis nequaqꝫ habet: niſi ex gratia dei. Anima
enim facta a deo ſicut imaginem ſuſcipit: ita co
gnitionem ⁊ amorem. Ex quo ſequitur vt etiā
dicitur ꝑmo metha. Quia ſi omnes hoīes na
turaliter ſcire deſiderāt: ne naturale deſideriū
ſit fruſtra. tamen intellectus non potens per
ſe quod cupit ꝑquirere doctorem querit: cuius
doctria ad notitiā deſiderate rei attingat: ſic ēt
nāl̄r hō deſiderat hr̄e notitā de diuinis ⁊ de ſalu
te ſua ſꝫ Ariſto.3. ethicoꝝ. Intellectū: ⁊ virtu
teꝫ .i. cognitionē ⁊ opationeꝫ q̄rimus felicita/
tis grā: hoc eſt ꝓpter ſalutē: ſed q2 ad cognitio
nē ꝑ nos nō poſſum9 attigere: ideo ſaluator in
euangelio ſub methaphorica locutiōe oſtendit
ſe doctorē ſalutis dī. Ego ſum lux mundi ⁊c.
Nam ſicut lux habet illuſtrare et tenebras de/
pellere: et etiam ad bonum concupitum dirige

re. Ita etiam chriſtus per gratiaꝫ habet illuſtrare mentes hominuꝫ: ⁊ peccatoꝝ tenebras depellere: ⁊ etiam dirigere ad bonum eternum. Et ſꝫ hoc occurrunt quinqꝫ conſiderationes.

Prima conſideratio.

Irca primam conſiderationeꝫ que ē
c de quidditate cuꝫ dicit. Ego ſum lux
mundi: ſunt ſex concluſiones.

¶ Prima cõcluſio eſt: ꝙ lux: lumē: radius ⁊ ſplēdor ſunt idē realiter: differunt tñ ratione. Nam lux dicit formā corporis luminoſi: lumē dicit formam corporis dyaphani: in quo recipit ſi calor qui eſt in corpore calido: ⁊ caliditas que eſt in corpore calefacto. Radius aũt dicit illuminatio ꝑ directaꝫ lineaꝫ ad corpus. Et iõ vbicunqꝫ eſt radius: ibi eſt lumen: ⁊ non eꝯ. Contingit. n. eſſe lumē ex reflectione radioꝝ ſolis: q̃uis non ex directa oppõne ꝓpter corp⁹ aliqd̕ interiacens. Splēdor autem eſt ex reflectione radioꝝ ſolis ad aliqd̕ corpus terſuꝫ ⁊ poſitum: ſicut ad aurũ vel argentum. Huiuſmodi aũt lumen: qꝛ eſt qualitas primi alterãtis. ſ. celi qd̕ non habet ꝯtrariũ. Et ideo ſubito fit in materia. In alijs autem qualitatibus ꝓpter reſiſtentiam ꝯtrarij fit ſucceſſio. vnde dr̃. Ego ſum lux mundi.

¶ Scda ꝯclõ eſt de quidditate lucis diuerſa ē opinio: quibus dimiſſis dico ſm damaſcenuꝫ ꝙ lux eſt quedam qualitas. Nam ſicut calor eſt quedaꝫ qualitas actiua ꝯſequens formā ſubſtātialem ignis: ita lux eſt q̃litas actiua ꝯñs formā ſubſtantialē ſolis. vnde dr̃. Ego ſuꝫ lux mũdi.

¶ Tertia ꝯclõ eſt: ꝙ deus dicitur lux ſm diuinam naturaꝫ ⁊ humanam eſſentialr̃ ⁊ ꝓprie illuſtrans: non tm̃ interius ꝑ inſpirationeꝫ: ſed exterius in doctrina factis ⁊ ꝯuerſatione. De quo Iohis ꝑmo. De⁹ lux eſt. Sap. 8. Candor eſt lucis eterne ⁊c. Excludens ex ſe omneꝫ rationeꝫ tenebraruꝫ. Et ideo dicitur lux vera: qꝛ ipermixta. vnde glo. Iohis. ꝑ. dicit. Deus eſt lux. Qui igit vult hr̃e ſocietatē cuꝫ luce pellat tenebras peccatorum: qꝛ tenebre cuꝫ luce ſocietatem habere non poſſunt. Et ideo dicit gloſa ibidē. Applicuimus nos ad lucem: ſicut lux irradiauit nobis tenebre eramus: modo ꝑ lucem ſumus ⁊ alios illuminamus: duꝫ peccata dimitti ⁊ tenebras expelli nũciamus. vnde dicit. Ego ſum lux ⁊c.

¶ Quarta ꝯclõ eſt: ꝙ omnis lux alia a deo aliqua tenebra permiſcetur. Lux autēꝫ a manifeſtādo dicitur. Ephe. 5. Omnia inquit que arguuntur: a lumine manifeſtantur. Ex quo pꝫ ꝙ tm̃ vnũquodqꝫ ſortitur de ratiõe luminis q̃tum participat de ratione manifeſtationis. Et q̃tum de ratiõe occultationis admittit: tm̃ a ratione lucis deficit. ¶ Intelligēduꝫ tamē ꝙ de manifeſtatiõe lucis fit manifeſtatio. quadruplr̃ enim ꝯtingit variari. ¶ Eſt. n. quedā lux: primo que manifeſtat ſe ꝑmo: ⁊ alia alteri. Sed nec ſe: nec alia manifeſtat ſibijpſi: vt eſt lux ipſa corporalis: que tm̃ hꝫ tenebram admixtā: q̃tuꝫ alioruꝫ: ⁊ ſuijpſius occultationē hꝫ ad ſeipſam. ¶ Eſt lux ſcdo cui mãifeſtant alia ⁊ ipſa alteri ſꝫ nõ ipſa ſibi vt ē lux ſenſuũ particulariũ: qꝛ lꝫ ſenſus particulares alia ſentiãt. Non tñ ipſa ſibi: ſed ſenſu cõmuni manifeſtant. Et ideo tantum admiſcet de tenebris: q̃tum non manifeſtantur ſibijpſis. ¶ Eſt tertio lux que manifeſtat ſe ſibi ⁊ alijs ⁊ cui manifeſtant alia: ſꝫ in virtute alterius: ⁊ nõ in virtute propria: vt eſt lux intellectus: q ſe cognoſcit ⁊ alia: ſꝫ in virtute alterius. Et ideo hoc ipſo ꝙ ex ſe non habet manifeſtationem: patit in ſe tenebre admixtionē. ¶ Eſt lux quarto que ſe manifeſtat ⁊ alias ſibi ⁊ alijs ⁊ totũ in virtute ꝓpria ⁊ huiuſmodi lux eſt deus in q̊ qꝛ nulla deeſt ratio manifeſtationis: nihil ꝑmiſcetur ei de tenebris: ⁊ ideo bene dicitur. Lux ē ⁊ tenebre in eo nõ ſunt vlle. vnde ego ſum lux mundi.

¶ Quinta ꝯclõ eſt: ꝙ deus eſt lux mundi duplici modo. ¶ Primo ꝑ moduꝫ obiecti: quia ipſaꝫ lucem ꝑmam ſolus homo inter mortales ꝯſpicere poteſt. vnde Aug. ſuper Iohēꝫ. Ex ipſa vita illuminantur hoies nõ pecora: qꝛ non habent rationales mentes que poſſunt videre ſapiam. ¶ Scdo modo participatiue: vt in tãtum dicant hoies illuminari: in q̃tum participant luce intellectuali que nos illuminat vt ſpeculemur ⁊ dirigit vt recte opemur: de qua participatiõe dr̃ in pſalmo. Signatum eſt ſuꝑ nos lumen ⁊c. vnde dr̃. Ego ſum lux ⁊c. Vbi xp̃s oſtendit ſe eſſe luceꝫ increataꝫ. Si xp̃s non fuiſſet deus non dixiſſet. Ego ſum lux mundi. Et ꝑ h̄ excludit error neſtorij qui ponit ꝙ xp̃s nõ erat filius dei niſi ꝑ gratiaꝫ inhabitantē. vñ ſm theo^m nõ dicit. In me ē lux mũdi. Quaſi in eo ſit deus ꝑ inhabitationē. Sed ait. Ego ſum lux mundi. i. hominũ exiſtium in mundo. Iohis ꝑ. Ipſe illuminat oēꝫ hoiem ⁊c. Et hic excluditur error manicheoꝝ: q poſuerunt deuꝫ eſſe quoddā corpus ⁊ quandaꝫ lucem in ſeruituteꝫ. Chriſtum aũt poſuerunt eſſe ſolē iſtũ materialem viſibilem lucente ex participatione illius lucis. Hoc excludens xp̃s dicit ſe eſſe lucem hominum ita ꝙ eſt lux intelligibilis: non ſenſibilis ⁊c.



Secunda conſideratio.

Irca ſecundam conſiderationem: q̃
c eſt de eius vtilitate cum dicitur. Qui
ſequitur me. ⁊c. ſunt ſex ꝯclões.

¶ Prima ꝯclõ eſt: ꝙ illud vtile dicitur ad ꝑfectionem alicuius: ſine quo illius ꝑfectio bene haberi non poteſt. Sequitur ꝙ hec lux multũ vtilis nobis eſt ad ꝑfectionem vite ſpiritualis. Nam vita ſpiritualis multum impeditur per tenebras peccatoꝝ: et per ſubtractionem luminis vite. Hec autem lux: que eſt xp̃s: expellit tenebras: ⁊ dat lumē vite. Igit patet ei⁹ vtilitas

¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ natura noſtra abſolute in ſe ſine hac luce eſt tenebroſa. Nam ſicut ſe habet aer ad lucem ſenſibilem: ita anima noſtra ad lucem primam intelligibileꝫ. Sicut ergo aer eſt de ſe tenebroſus: niſi ꝑcipet luceꝫ ſenſibilem: ita natura noſtra de ſe tenebroſa eſt niſi ꝑcipet primam luceꝫ intelligibilē Q. rigēnes: Sicut aer per ſe ipſum non lucet: ſed tenebrarũ vocabulo intelligitur: ita ipſa natura noſtra dũ per ſe ipſam ꝯſideratur: quedam tenebroſa ſubſtantia eſt capax et particeps lucis ſapientie. Vnde hec lux lucet in nobis: q tamen relicti ſumus tenebre.

¶ Tertia concluſio eſt: ꝙ hec lux ſemper preſens eſt intellectui noſtro: licet intellectus noſter nõ ꝯprehendat. Vnde Augu. ſuꝑ Iob. Quomodo hõ cecus poſitus in ſole preſens ē illi ſol: ſed ipſe ſoli abſens eſt. Sic oīs homo ſtultus: iniquus: impius: cecus eſt corde preſente ſapientia que non eſt abſens illi: ſed ipſe eſt abſens ab illa. vnde dicitur Iob. ꝑ. Lux in tenebris. i. ſapientia prima de ſe lucet: ſed intellectus ſtultus q eſt tenebra eã nõ comprehendit

¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ hanc lucem ſequi ē nobis vtile propter tria. ¶ Primo qꝛ eſt via i obliquabilis. Nam vnumquodqꝫ ordinatuꝫ in finem: potens oberrare ⁊ abduci a ſuo fine indiget aliquo directo. Finis noſter eſt beatitudo a qua deuius error abducit. ¶ Secundo quia eſt veritas infallibilis: nihil continens falſitatis: quia eſt veritas increata. Omnis autē veritas creata includit falſitatem. ¶ Tertio qꝛ eſt bonitas inhauſtibilis: qꝛ ſolum in ea voluntas ⁊ appetitus quieſcit: qꝛ anima ad deũ facta in nullo circa deum quietari poteſt. Et ideo dr̃. Qui ſequitur me. Quaſi. dic. ꝙ propter has rationes eum ſequi debemus cuꝫ affectu bone actionis: intellectum vere cognitiõis ⁊ affectu ſubijcere dilectionis.

¶ Quinta ꝯclõ eſt: ꝙ ſi ambulauerimus per exercitium virtuoſe opationis: ad meliora ꝓficiendo. Vt dicit Glo. Ioh. ꝑ. Homo in luce ambulat: qꝛ virtutũ opibus ad meliora ꝓficit erimus liberi a tenebris peccatoꝝ. Si tamē non reputauerim⁹ nos ipeccabiles. Vñ glo. ibidē. 2. Ioh. ꝑ. Ita ſumus mundi. Sed tamen nõ debemus nos putare q̃diu viuimus omnes a peccatis poſſe mundari. Vnde ſequitur. Non ambulat in tenebris. ¶ Primo. ſ. culpe: qꝛ huiuſmodi lux dat lumen gratie euacuans ipaꝫ. Prime Ioh. ꝑ. Tenebre tranſierunt: ⁊ lumen veruꝫ iam lucet. ¶ Scdo non ambulat in tenebris ignorãtie: qꝛ hec lux dat lumen ſapientie: expellens ipſam. Eph. 7. Eratis aliquando tenebre: nunc auteꝫ lux in domino. ¶ Tertio nõ ambulat in tenebris damnationis ⁊ miſerie: qꝛ iſta lux dat lumen vite. i. lumen: in quo attingemus fontē luminis. Pſalmiſta: In lumine tuo videbimus lumen.

¶ Sexta ꝯclõ eſt ꝙ etiã ſic ambulãtes ꝯſequũtur lumen vite. Nam cum triplex ſit vita. ſ. interior exterior ⁊ ſuperior. ¶ Prima cauſat lumē gratie: qua ad diuine bonitatis amicitiã acceptamur. vñ Prime ad Cor. ꝑ. dicit. Fact⁹ eſt primus adam in animã viuentē. Secũdus autēꝫ adam in animã viuificãteꝫ. ¶ Scdaꝫ. ſ. exteriorem cauſat ꝑ ſanctã ꝯuerſatiõeꝫ. Vnde deut. 28. Erit vita tua pēdens ante te. ¶ Tertia vita. ſ. ſuperior per gloriaꝫ eſt cauſa finalis Per hanc. n. ad actuꝫ ꝯtēplationis deifice eleuamur cuius eſt. Nihil. n. põt in opationē trãſcendentem ꝓprie virtutis actionem: niſi eius virtus fortificet ſicut dyaphanum nõ põt illuminari niſi actu recipiat lucem: ſed viſio eſſentie diuine q̃ eſt nobis vita eſt actio tranſcendēs facultatem humane nature. Et ideo ad huiuſmodi ꝯſecutionem reqrit lumē glorie quo eleuemur. vnde dicit. Sed habebit lumen vite. Glo. nunc ⁊ in futuro.

Tertia conſideratio.

Irca tertiam conſiderationem que ē
c de eius certitudine: cuꝫ dicit. Dixerũt q̊ phariſei. ibi ſunt qnqꝫ ꝯ°nes.

¶ Prima ꝯclõ eſt: ꝙ teſtificari eſt de neceſſitate ſalutis ſuppoſita teſtium idoneitate ⁊ ordine iuris. Et ideo ad cautellam falſi teſtimonij

vitandi aliqui a teſtimonio repelluntur: qꝛ teſti
monium habet certitudinez ꝓbabilez. Et ideo
quicqd tollit teſtimonij ꝓbabilitatem: ipſuz red
dit inefficax. Hoc eniz facit infirmitas teſtifi-
cantis ſicut quãdoqꝫ ꝓpter culpaz. vt īfames:
ꝓpter defectum rationis vt pueri et mulieres
quãdoqꝫ ꝓpter affectum: vt inimici: qꝛ iſti de
facile poſſunt induci ad teſtimoniuz ↄtra veri-
tatem ferendum.

¶ Secunda ↄclo eſt: ꝙ licet in cauſa crimina-
li teſtimoniuz qđ quis ꝓfert ↄtra ſeipſꝫ ſit effi-
cax. vt patet. 2. regũ. ṗ. de adoleſcente qui dice
bat dauid ſaulē ⁊ Jonathan ſe interfeciſſe: con
tra quez dauid ferens ſentētiaz dixit. Sanguiſ
tuus ſupꝛa caput tuũ. Os eniz tuũ contra te lo
cutum eſt dicens. Ego interfeci xp̄m domini.
Tamē teſtimoniũ laudis: qđ qs ꝓfert de ſeipſo
efficacia caret. vñ ſeqtur. Tu de teipſo teſtimo
nium ꝑhibes: teſtimoniũ tuum non eſt vex.i.
acceptum ⁊ ↄgruum ſm glo. vñ ṗme cor. 10.
Non.n.q ſeipm cõ.⁊c. Prouer. 27°. Lau-
det te os alienum: ⁊ non tuum.

¶ Tertia ↄclo ē: ꝙ lꝫ taciturnitaſ: q̄ eſt ad edi
ficationem ſit licita ſm Augu. Licet ingt p̄di-
catori rex eternax narrationē tpaliũ ad edifi
catõez nõ ꝑtinētiũ occultare: mētiri tñ nunqꝫ
licet. Taciturnitas tñ veritatis ⁊ diuine laudis ē
ſemꝑ culpabilis: cum ſit ꝑꝑ metũ. vnde Aug.
Quiſqs metu cuiuſlꝫ peccantis veritatē occul
tat: iram dei ſupꝛa ſe ꝓuocat: qꝛ.ſ. magis timet
hoiem: q̄z deũ. Et iō ſeqtur. Rñdit ihs ⁊ dixit
.ſ. ea q̄ ꝑtinent ad dei laudē ⁊ nr̄az edificatõez.

¶ Quarta ↄclo eſt: ꝙ lꝫ teſtimoniũ puri hois
in re ꝓpꝛia non ſit efficax: tñ non eſt ſiſe de deo
⁊ de dei filio: q pōt in re ꝓpꝛia ſibi teſtimoniuz
ꝑhibere. vñ Criſo. Cum filius equalis ſit pa
tri: eq̄ bene teſtificari pōt de ſeipſo: ſicut pater.
vnde ſeqtur. Et ſi ego teſtimoniuz ꝑhibeo de
meipſo: teſtimonium meum verum eſt.

¶ Quinta ↄclo eſt: ꝙ hanc ↄcluſionem ꝓbat
triplici modo. ¶ Primo ille q nouit perfecte
deum a quo eſt ⁊ ad quem vadit: pōt vex teſti
ficari de ſeipſo: qꝛ cum deus ſit veritas: a veri-
tate venit: ⁊ ad veritatem vadit. Sed ego ſcio
vnde venio inquit ⁊ quo vado. Jgitur ⁊c.
¶ Scđo ille pōt bene vex teſtificari de ſeipſo
qui ꝑfecte nouit ſeipſuz. Sed ego perfecte no
ui meipſum: ſciendo vnde venio ⁊ quo vado.
Jgitur ⁊c. ¶ Tertio deus eſt ſibi ſufficiens te
ſtimoniuz vel teſtis: qꝛ deus eſt lumen. Lumi
nis aũt eſt manifeſtare ſe ⁊ alia. Sed ego ſum
deus. Scio enim vnde venio: ⁊ quo vado: id
eſt ſcio deum eſſe pꝛincipium meuz: ſcio me eē
deum ex deo. Jgitur ⁊c.

Quarta conſideratio.

Circa quartam ↄſiderationez: que eſt
de eius occultatione: cum dicit. Vos
autem neſcitis. vbi occurrunt alique
concluſiones.

¶ Prima ↄclo eſt: ꝙ lꝫ ignorantia ⁊ neſcien
tia ſint realiter idem: differunt tamen ratione.
Nam neſcientia dicit ſimplicem ſcientie nega
tionem. vnde ignorantia cuiuſlibet ſcibilis po
teſt dici neſcientia. ſcđm quem modum Dio-
nyſius in angelis neſcientiam ponit eccl'ie ie-
rarchie. 6. ca°. Jgnorantia vero impoꝛtat ſciē
tie priuationem: dum.ſ. alicui deeſt ſcia eoꝝ
que aptus natus eſt ſcire. Hoꝝum aũt quedaz
ſunt: que aliquis non tenetur ſcire: illa ſcilicet
quoꝝum ſcientia non poteſt debitum actum re
cte exercere. vnde non oēs tenentur ſcire illa:
que ſunt ad fidem pertinentia ⁊ vniuerſa iuris
pꝛecepta. Sed ſinguli ea que ad eoꝝum ſtatuz
vel officiuz ſpectant: tenentur ſcire.

¶ Scđa ↄclo eſt: ꝙ triplex eſt neſcientia obli-
gans ad pctm̄: qꝛ negligit ſcire ea: que tenetur
¶ Prima eſt neſcientia ſimpliciter affectata:
de qua pſal. Noluit intelligere vt bene ⁊c.
¶ Secunda eſt neſcientia ingratitudinis obli
gans ad peccatuz: in qua eſt ſummus gradus
in qua homo beneficia dei non cognoſcit.
¶ Tertia eſt neſcientia infidelitatis: que fun-
damentum ſpiritualis edificij ſubuertit: de qui
bus Ambꝛoſius tangit ſuper illud apoſtoli.
Jgnoꝛas ꝙ benignitas dei ⁊c. dicens. Gra
uiſſime peccas ſi ignoꝛas. vnde pſal. Neſcie-
runt neqꝫ intellexerunt: in tenebꝛis ambulant
⁊c. Sequitur. Vos autem neſcitis vnde ve-
nio aut quo vado. ¶ Vnde aduertendum ꝙ
xp̄s ē lux de luce: qꝛ ratio ſua eſt oꝛiginata a pa
tre. Ex quo ſeqtur ꝙ quicunqꝫ ignoꝛat oꝛtum
iſtius lucis: ignoꝛat ipſam lucem: ſicut iudei fe
cerunt. Et hoc eſt qđ dicit littera. Vos aũt ne
ſcitis vnde venio ⁊c.i. neſcitis eternũ meuz ꝓ
ceſſuz. Yſ. 53. Generatõez ei⁹ qs enarrabit?

¶ Tertia ↄclo eſt: ꝙ neſcientia maloꝝum cir-
ca dei beneficia cauſatur ex eo ꝙ ignoꝛãtes di
uinam potentiaz reſpiciunt hominem ſolum.
vnde dicit. Vos autez ſm carnem iudicatis.
Nam iudei nihil attribuerunt xp̄o: niſi puro
homini: vnde dicebatur ꝙ indecens erat ſibi ⁊
cuicunqꝫ alteri hominum teſtimonium pꝛohi-
bere de ſeipſo. Jpſi enim credebant xp̄m ſo-
re purum hominem. Et ideo; quia xp̄s dixit.
Non ſuz ego ſolus: ſed ego ⁊ qui miſit me pa-
ter. Jdeo interrogant. Ubi eſt pater tuus? vt
poteſt dici ꝙ iudei yronice dixerunt.

¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ in xp̄o eſt oiuz ſciē
tia excludens omnem neſcientiaz. d. Ego non
iudico quēqꝫ.ſ. iudicio ſententie: ⁊ dãnationis
Cui⁹ ratio eſt: qa nõ veni vt iudicez: ſed vt ſal
uem mũdum. Et ſi ego iudico.i. de aliquo ſen
tentio: nõ ignoꝛãter hoc facio: ſicut vos. ſꝫ ſciē
ter. Jō iudiciũ meũ ē vex: qꝛ ſolus nõ ſuz: ſed
ego: et q miſit me pater. q. d. Pater meũ eſt
qui me gignit: ⁊ gignendo me cõmunicat mi-
hi eſſentiaz ſuã ⁊ cõmunicat mihi veritatē. Ex
quo ſeqꝉ ꝙ ego ſuz veritas. Ueritas aũt ē red-
dere teſtimoniũ vex. Sequiꝉ. Jn lege vr̄a ſcri
ptuz eſt: vbi ꝑ rationē oſtendit: ꝙ teſtimoniuz
ſuũ eſt legitimũ que talis eſt. Teſtimoniũ ↄſo-
nũ legi eſt legitimũ teſtimoniũ meũ ē huiuſmo
di: quia ſm legem ſtatur teſtimonio duoꝝum.
Sic autem eſt in teſtimonio meo: quia non ſo-
lum teſtimonium perhibeo de meipſo: ſed te-
ſtimoniũ ꝑhibet mihi pater: ſicut ibi. Hic eſt
filius meus dilect⁹. ¶ Jtē filius meus es tu
q. di. lex veſtra appꝛobat teſtimonium duoꝝz
hoium: qui decipi poſſunt: multo magis dꝫ ap
pꝛobare teſtimonium meum ⁊ patris: qui deci
pi non poſſumus.

¶ Quinta ↄ° eſt: ꝙ illi q nũc ignoꝛãt xp̄z.ſ.q̄
ad eius iuſtitiã timendo: eius miam ſperando
eius bonitatē diligendo: eius beneficia ꝑ debi
tas gratiax actões non recõpenſando: hic in p̄
ſenti tales in futuro ab ip̄o ignoꝛabunꝉ. Et iō
dñs ↄqueritur Jhere. 2°. Tenentes legem ne
ſcierunt me. vñ dicit glo. Neſciri ſe a ſacerdo-
tibus ↄqueritur veritas: ⁊ neſcire ſe ꝑncipatũ
neſcientiũ ꝓteſtaꝉ. vñ ſiqs ignoꝛat: ignoꝛabiꝉ.
vnde ſeqtur. Neqꝫ ſcitis me.ſ. in mia ⁊ bene-
ficijs. Neqꝫ patrē meũ ſcitis.ſ. in iuſtitia ⁊ bo
nitate: q reddet vnicuiqꝫ iuxta opa ſua. Naz ſi
me ſciretis ↄſiderãtes cum gratitudine actiõis
miam qua miſtus ſum veſtri: ⁊ beneficia tam
ſpũalia q̄z gratuita: q̄ ↄtuli vobis: vtiqꝫ ſciretiſ
⁊ patrē meum in retributõe eternox bonoꝝz
Sed qꝛ ignoꝛatis: audietis refutationem. di.
Neſcio vos ⁊c.

Quinta ↄſideratio.

Circa qntaz ↄſideratõem: q̄ eſt de ei⁹
virtuoſitate: cũ diciꝉ. Hec verba lo-
cutus eſt ihs ⁊c. ſunt due ↄclones.

¶ Prima ↄclo eſt: ꝙ lꝫ virtus: foꝛtitudo: gr̄a
violentia: honeſtas ſint realr idem: differũt tñ
rõne. Nam virtus diciꝉ foꝛtitudo: inqꝫtum la
boꝛes ⁊ dolores facile pōt vincere. Diciꝉ gr̄a
inqꝫtum reſpicit liberalitatē dei: cum donũ eſt
habentez ſe deo gratum facere. Diciꝉ virtus:
inquantum reſpicit opus: quod ab ea eſt. Di
citur violentia: inquantum violenter rapit re-
gnum celoꝝum. Mathei ſcđo. Regnum ce-
loꝝum vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud.
Dicitur etiam honeſtas. vnde ſm Yſ. Ho-
neſtas eſt turpitudinis carentia. vnde homini
bus virtuoſis ⁊ honeſtis honoꝛ maximus ex-
hibendus eſt.

¶ Scđa ↄclo eſt: ꝙ hec lux diuina quadrupli
cem habet virtuoſitatem. ¶ Prima eſt ꝙ fa-
cit ſpiritualiter laboꝛantes ⁊ diligēter facile ſu-
perare: inqꝫtũ ſeruoꝝũ dei foꝛtitudo laboꝛantiũ
in ſuſtinentia penitentiali ſuccũbēt: ſi diuina al
locutio verbo cõſolationis eos nõ ſolidaret: qꝛ
docet vitare mala ꝓmittens eterna. vnde audi
entes verbum dei ꝑ effectuz operis: facile oīa
que pꝛoſtergãt nos a conſecutione vltimi finis
poſſunt vincere. Unde diciꝉ Job. ṗ. Omne
quod natum eſt ex deo vincit mundũ. Uince-
re autem mundũ eſt tendē in vltimũ finez: qđ
fit cũ conamine ꝓpꝛie voluntatis. Gratia me
diante inſultus temptationũ repꝛimiꝉ: ⁊ inſiſti
tur bonis operibus qbus diuine voluntati cõfoꝛ
mamur: qꝛ voluntas dei ē ſanctificatio noſtra
ſm apoſtolũ. Unde tales poſſunt dicere illud
eph. vltimo. Diſcite in quibus ſuz ſufficiens
quaſi diceret ꝙ eoꝝum ſufficientia ſolum eſt ex
lumine iſoꝛmationis diuini ſermonis. ¶ Se
cunda eſt ꝙ facit omnes eam audientes: et ei⁹
doctrinam ſequentes deo acceptos inquantuz
dei gratia. Gratia enim cum ſit donuz ſupna
turale a ſolo deo eſt effectiue collata: hñs in ſe
rationem acceptationis: omnes quos inhabi-
tat deo gratos ⁊ acceptos facit. Oēm eniz ſpi-
ritualem acceptationem deo cauſat quidam de
coꝛ ſpiritualis. Gratia autem eſt quedam inte
gritas et decoꝛ omnium virtutum. Nam ſicut
pulchꝛitudo faciei non eſt aliqua vna qualitas
ſed integritas exurgens ex omnibus.ſ. colo-
re figuratur magnitudine et pꝛopoꝛtione. Jta
gratia que eſt animi decor eſt integritas exur-
gens ex omnibus virtutibus. Unde apoſto-
lus. Gratia dei ſum id quod ſum: ⁊ gratia ei⁹
⁊c. quaſi. d. ꝙ quia omnia habet a deo ꝑ grati
am eius ꝙ ideo merito deberet ei eſſe gratus.

Signum.n.acceptationis diuine eſt cuſtoditio a culpa: ⁊ preſeruatio a pena: ⁊ collatio vite eterne. ¶ Collatio autē diuina pmo cuſtodit a culpa. vt dr̃ prouerbi.12. Veritas iuſtitie cuſtodit viam innocentie. ¶ Scdo pſeruat a pena. Eccli.10. Qui cuſtodit pceptū nõ experitur quicq̃ mali. ¶ Tertio dat vitã eternam. Prouer.3°. Cuſtodi legem atq̃ ↄſilia ⁊ eris viuens. Seqtur igitur qualr verbum diuinũ deo gratos nos reddit. ¶ Tertia eſt q̃ hortat nos ad virtuoſas ,opationes inq̃tum dr̃ virtus. Nam cū beatitudo virtutum ſit premiū non acquiritur niſi p virtutes quibus ſit debita diſpoſitio tendentibus ad ipſā. Et ideo vt quis beatitudinẽ adipiſci poſſit oportet operari virtuoſe: q2 opus noſtꝝ ſuppoſita motione diuina qua mediante meretur ex ↄdigno: hʒ etiã rationẽ meriti ↄgrui: inquantū ,pcedit ex libero arbitrio inquantũ voluntarie aliquid facim⁹ q2 ↄgruum eſt vt cū homo bene vtitur ſua virtute: deus ſʒ excellentem virtutem excellenter operetur.ſ. q2 ↄgruum eſt: vt qñ quis ſm ſuã poſſibilitatem operatur virtuoſe q̃ ds ipſū remuneret copioſe beatitudine. Talis tñ operatio ſolum hʒ locum in hac vita. Naʒ poſt hanc vitam ſolū tp̃s eſt non meriti ſed extreme retributionis: q2 tunc reddet cuilibet iuxta opera ſua. Quõ ergo ſermo diuinus hortatur noſ ad hanc operationem virtuoſam: patet Johis.8. vbi dr̃. Si manſeritis in ſermone meo: veri diſcipuli mei eritis. Tunc manet quis in ſmone dei: qñ operibus virtuoſis fugit quis peccata perficiens beneplacita dei: q2 ſermo dei docet vitare malū ⁊ ſectari bonū. ¶ Quarto q̃ docet nos toto conamine poſtponẽdo impedimenta regnum adipiſci inquantum dicit violẽtia. vnde dñs virtuoſos vocat violentos. Intelligendū q̃ virtuoſus triplicẽ vim facit ſibi ¶ Prima ardua aggrediendo: ⁊ ea que ſunt ſupra hoiẽ. ¶ Scda aduerſa patiẽdo. Act.9. Per multas tribulationes opʒ nos intrare in regnum celoꝝ. ¶ Tertia a placitis abſtinẽdo Geñ.8. Sẽſus ⁊ cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Jdeo cũ quadã violentia opʒ hoiẽ ab hijs que placẽt ſibi ↄpeſci. vnde poeta. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. Mat.xj. Regnū celoꝝ vim patitur. Glo. Dũ peccator ad id eſt in alienū locū intrat p pniam. Eſt.n. regnum celorum ſicut caſtꝝ qð a multis obſidet: ⁊ ſicut cõtingit q̃ a quibuſdã caſtꝝ obſeſſū nõ cito capit: ſed poſt longã obſidionẽ ab alijs cito capitur qui forte ⁊ ſtrẽnue pugnant ⁊ ,ppzio ſanguine nõ parcentes ſeipſos exponere pꝺiculo non timẽt: ita ẽ de quibuſdã qui remiſſius aliq̃tulum penitentiam ſuã agẽtes eam diutius ,ptrahunt ⁊ tandem regnum celoꝝ aſſequuntur. Alij ſunt qui diſtrictius agentes ⁊ pniam certiorẽ ducẽtes ↄpẽdioſius ad ipſū ꝑtingunt: quantū ad iſtos quodãmodo vim patit regnum celorum. ¶ Scdo ẽt regnū celoꝝ vim patitur: qñ ab extraneis capit. vnde Myla. Regnũ celoꝝ vim patit: q2 gloria de patribus debita: a ,pphetis ,pnunciata: a xp̃o oblata fide gentiū occupatur. cum p pniã ⁊ fidẽ reuiuiſcũt ad celeſtẽ priã quaſi alienum locũ penetrantes ⁊ violenti qui ſcilicet non videntur habere ius ſicut publicani ⁊ peccatores rapiunt illud: excluſis.ſ. filijs regni. ¶ Quinta eſt: q̃ docet honeſte cõuerſari inq̃tū dr̃ honeſtas. Naʒ honeſtas eſt virtuoſa opatio: cum ↄpoſitione moꝝ reſpuens vitia i ſe: ⁊ in alio intuitu di. Vbi innuit q̃ honeſtas ↄſiſtit in quatuor virtutibus. ¶ Prima eſt declinatio mali.ſ. peccati. vnde dr̃ reſpuens vitia vnde ſapi.4. Jn fraude circũuenientiū affuit illi: ne.ſ. deceptus peccaret: ⁊ tũc honeſtū fecit illũ. ¶ Scda eſt opatio boni: q2 dicit q̃ ſit virtuoſa operatio. Ocioſus.n. q̃tũcunq̃ ſit ↄpoſitus in exterioribus non reputat honeſtus. Sap.8. Jn opꝫibus manuũ illius honeſtas ſine fictione. ¶ Tertia exterior moꝝ cõpoſitio Prime theſſa.4. Honeſte ambuletis ad eã q̃ foris ſunt. ¶ Quarta eſt in hijs oibus recta intentio: ſine hac eſt honeſtas ficta: eſt ⁊ non vera. Prime coꝝ.5. Omnia honeſte ⁊ ſm ordinem fiant.ſ. vt intentio oia ordinet inter ſe: ⁊ i finẽ debitũ. Seqtur in textu. Hec verba locutus eſt ieſus in gazophilatio docens in templo ⁊ nemo apprehẽ. eū q2 nondũ venit hora ei⁹ ¶ Nota ſʒ Orige. Gazophilatiũ eſt loc⁹ nũmiſmatū in honorem dei ⁊ diſpenſationẽ pauperꝝ oblatoꝝ: hic nũmiſmata obtulit xp̃s in itellectuali gazophilatio: q2 verbi dei ,ptulit. Verba.n. dei ſunt q̃dam nũmiſmata imaginẽ celeſtis regis habẽtia impſſã. vnde Beda. Tũc xp̃s loquitur in gazophilatio quando ad iudeos in parabolis loquitur. Tunc gazophilatiū aperitur: quando diſcipulis celeſtia reſerantur Quod nobis ⁊c.

¶ Dominica in paſſione. Sermo.72.

# Qis ex uobis

arguet me de peccato. Johis.8. Scdm Criſo. Fides eſt virtus: que ea q̃ ad fundamentum religionis ꝑtinent recte firmiterq̃ credũtur. Nam ſm Aug. Aliqui male ſentiũt de dei oipotentia negantes deum nõ poſſe corpora ſuſcitare vel nãʒ noſtram aſſumere. Alij male ſentiunt de eius bonitate.ſ. qui negãt lapſos in peccatum p pniam non poſſe deo recõciliari. Alij de eius iuſtitia: vt qui deū negant vindicaturum peccata: aut q dicunt eum ſaltẽ non vindicaturꝝ eternaliter. Fides autẽ noſtra oipotentiam dei predicat: ⁊ ſummã eius ſapiãʒ ⁊ bonitatem. Huius fidei veritas multiplici modo ↄfirmatur.ſ. miraculoꝝ coruſcatione: teſtium ,pductione ⁊ diuina reuelatione. Cū igitur tot habeat veritas argumenta: inexcuſabiles ſunt nõ credentes: q2 non ceſſant ipſã ſi dei veritatẽ vita ⁊ verbo impugnare. Et ideo dominica iſta in qua legitur hoc euangeliū dr̃ de paſſione: nõ q2 iſta die xp̃s paſſus fuit: ſʒ cogitantes in corde xp̃m interficere iudeoꝝ etiã niti ſunt necare: ⁊ ſm hoc in euangelio preſenti occurrunt tres conſiderationes.

Prima ↄſideratio.

Circa pmam ↄſiderationem: q̃ eſt de veritatis doctrine xp̃i eſſentia. occurrunt ſeptem concluſiones.

¶ Pri⁹ ↄ° eſt: q̃ cũ veritatis ,ppriũ ſit ineſſe. Et iõ ſʒ q̃ plurib⁹ diuerſimode ieſt: ſʒ h̃ ⁊ diuerſimode diſtigui põt. Naʒ veritas p prius eſt in intellectu diuino: conſequenter ineſſe rei ↄñter in intellectu apphendente: ↄſequenter in ſigno enunciante: ⁊ ſm hoc quadruplex veritas diſtingui poteſt: ſicut veritas prima: veritas rei: veritas apprehenſionis: ⁊ veritas ſigni ſiue enunciatiõis: quaꝝ vna p ordinem depẽdet ab alia. Et ſic diuerſimode etiã deſcribitur ¶ Primo per augu. in libro de vera religiõe di. q̃ veritas eſt ſumma ſimilitudo principij: que ſine vlla diſſimilitudine eſt. Jſto modo dicitur eſſe ſolū i intellectu diuino. ¶ Scda deſcribitur per Auic. di. Veritas vniuſcuiuſque rei eſt ,ppzietas ſui eſſe qð ſtabilitũ eſt ei ⁊ tunc hʒ eſſe in eſſe rei. ¶ Tertio deſcribit per Hylariũ di. Verꝝ eſt declaratiuũ aut manifeſtatiuũ eſſe: ⁊ hoc pertinet ad veritatẽ: ſʒ qð eſt in itellectu. ¶ Quarto deſcribitur in libro de diffinit nõibus. Veritas eſt adequatio rei ⁊ intellect⁹ ⁊ tunc poteſt eſſe in ſigno enunciante.

¶ Scda ↄcluſio eſt: q̃ ds exiſtẽs vna ⁊ pma ⁊ ſūme veritas ↄtinens in intellectu diuino ,ppriam rõnẽ veritatis eructat de corde oẽs dicſ creatas veritates. Et ideo lʒ in multis itellectibus creatis ſint multe veritates: ⁊ in vno eodem itellectu ſint plura cognita: tñ omnia iſta ortũ habent in intellectu diuino. Vnde glo. dicit ſup illud pſal. Diminute ſunt veritates eiuſ a filijs hominũ: q̃ ſicut ab vna facie hois reſultant multe ſimilitudines hois in ſpeculo: ſic ab vna veritate diuina reſultant multe veritates vnde dr̃. Si veritatem dico vobis ⁊c.

¶ Tertia ↄclo eſt: q̃ xp̃s eſt veritas q2 eſt verbum increatũ ⁊ incarnatum: excludẽs a ſe oẽʒ falſitatem. ¶ Primo q2 eſt verbū increatum equale patri ⁊ ↄforme: excludit a ſe falſitatẽ: q2 vt ſic plenū eſt gratia ⁊ veritate. Joh.p̃. Eſt etiam patri ↄſubſtantiale: ſic excludit veritatẽ mutabilitatis. Johis.8. Et cognoſcet veritatẽ ¶ Jtem inquantum eſt verbum incarnatum ſic pma veritas excludit a ſe vmbram legalem Jacob.p̃. Volũtarie.n. genuit nos verbo veritatis ſue. ¶ Secundo patet: q2 in ipſo eſt implẽtio omniũ ,pmiſſionū ,pphetalium. Johis pmo. Gratia ⁊ veritas per ipſum xp̃m facta ẽ ¶ Tertio q2 in ipſo eſt ſatiſfactio plena oium iniuriarū. Pſal. Mia ⁊ veritas obuiauerũt ſibi. Et hoc ideo q2 cum ſit veritas ⁊ bonitas q2 iſta duo in ſuppoſito ↄuertunt cum ente: licʒ differunt ſm rationem. Nam veritas reſpicit ipſum eſſe ſimplr ⁊ immediate. Ratio autem boni conſequitur eſſe: ſm q̃ eſt aliquo modo pfectum: ſʒ q2 oportet doctorem veritatem enunciare: non ſolum verbo: ſed etiã facto. Quia ſʒ Grego. Cuius vita deſpicit ⁊c. Jdeo xp̃s pmittit. Quis ex vobis arguet me de peccato. q.d. Jlle doctor qui non deficit in bonitate nõ poteſt argui de peccato: ⁊ per ↄñs de inſufficiẽtia. ¶ Nota q̃ xp̃s peccare non potuit ,ppter ſacerdotij premitatem. Si.n. peccare potuiſſʒ mediatore indiguiſſet: ⁊ tunc non fuiſſet pmuſ Prime Pet.2°. Qui peccatum non fecit ⁊c. Pſal. Omnes declinauerunt ⁊c. h Jero. Deus eſt in quem peccatũ cadere nõ poteſt.

¶ Quarta ↄclo eſt: q̃ xp̃s nobis triplicẽ veritatem exẽplificat.ſ. veritatem vite: doctrine: ⁊ iuſtitie. Veritas vite eſt ſm quã ad opus eſt

vex non ſm quam aliquid oſtenditur veruz.
Dicitur aũt vita vera ex hoc: q attingit regulã
ꝛ menſuraz ſm diuinam legem: p cuius ꝯfor
mitatem rectitudinẽ hꝫ: hec neceſſaria eſt actis
Yſai.38. Memẽto dñe quõ ambulauerim co
ram te in veritate ꝛ corde pfecto. Ueritas do
ctrine eſt ſm quaz homo in dictis ꝛ factis oſtẽ/
dit ſe vt eſt: ꝛ hoc ꝯſiſtit in quadaz manifeſtati/
one verboꝝ de quibus eſt ſcia: ꝛ hec neceſſaria
eſt ꝯtẽplatiuis ꝛ doctoribꝰ. De q̃ hic. ꝛ. Mat
th.22. Magiſter ſcimus q2 verax es ꝛc. Ueri
tas iuſtitie eſt: ſꝫ quã aliquis rectitudinẽ legis
in iudicijs que ad alteruz ſunt ſeruant: q2 iuſti/
tia eſt quedã rectitudo regulata ſꝫ regulã diuine
legis. Hec veritas neceſſaria eſt p̃latis. Pro
uer.18. Accipe perſonã in iudicio non eſt bo/
num: vt a veritate declines. Unde ſeqtur. Si
veritatẽ dico vobis: q̃re non cre.ꝛc.

¶ Quinta ꝯclõ eſt: q audire verbũ diuinum
ſignũ eſt p̃deſtinationis: ꝛ nõ audire ip2obatio
nis. Ratio p̃mi eſt: q2 audire verbuz dei eſt p
effectũ opis: oĩa que nos retardant a ſalute ſu
perare. Johis.5. Omne qđ natũ eſt ex deo vi
cit mundũ: nã vanitas mundi nos retardat: ꝛ
hec in verbo diuino docetur refutari. Ratio ſe
cundi eſt. ſ. q nolle audire verbũ dei eſt ſignũ
reprobatiõis ad quã ſeqtur induratio: q2 videt
interne idurari: q reſpuit illa que dirigunt ho/
minez in viam vite: docentis corrigere ea que
abducũt a ſalute: quod fit in verbo diuino. vn
de dicit. Qui ex deo eſt ꝛc.

¶ Sexta ꝯclõ eſt: q rep2obi increpationez nõ
ſuſtinent: ſed exaſperati reddũt maledictionez
pro bono verbo. Unde ꝓuer.4. dr̃. Qui ar/
guit impiũ ſibi maculã generat. Gloſa. Quia
fruſtra laborat qui verbum ſapie inculcare niti
tur: ei qui audire contemnit ſapientiorem ſe do
ctore ꝛ maiorem credens. Tales. n. plus exaſ/
perant ꝛ peiorantur. Et ideo ſm gloſaz non ẽ
timendum tibi cum arguitur impius: ſi contu/
melias inferat. Sed hoc potius prouidenduz
ne tractus ad odiuz inde fiat peior. Jdcoq; ali/
quotiens ab eius correctione non tue timidita/
tis: ſed dilectionis eius gratia eſt abſtinenduz.
vnde dicitur. Reſponderunt ergo iudei ꝛ di/
xerunt. ſ. verbuz maledictũ pro benedicto. ſ. q
demoniũ hr̃et: ꝛ q ſamaritanus eẽt: ꝛ hoc ſm
Orige. Quia dicebat ſermões tranſcẽdentes
capacitatem humanaz: puta q proceſſiſſet a deo
ꝛ q eſſet equalis patri.

¶ Septima ꝯclõ eſt: q p̃dicator verbi dei dꝫ
habere patientiaz ſi aliquis ꝯtumeliam ſibi in/
fert ꝓpter veritatez. Jſtaz p patientiaz acquirit
regnuz celoruz. Quia ſꝫ Jhero. nõ niſi p pa/
tientiaz implet qđ dicit. Regnuz celoruz vim
patitur. vnde Math.5. Beati q perſecutiões
patiunt ꝓpter iuſtitiaz ꝛc. Et ideo non eſt red/
denda ꝯtumelia pro ꝯtumelia: tñ ſi crimen fal
ſum obijcit ꝯſtanter reſiſtenduz eſt: qđ xp̃s fe/
cit cuz dicit. Ego demoniuz non habeo: ꝛ ſi qđ
veruz dicit non eſt negandu3: qđ xp̃s fecit: qñ
ſe ſamaritanuz non negauit. Patientiam do/
cuit in hoc: q maledicentibus contumeliã non
reddidit iuxta illud. Qui cum malediceretur
non ꝛc. ¶ Nota lꝫ expreſſe non dicat eos ha
bere demoniuz: ne vindicare ſe videretur: tñ
hoc ſubtilius innuit cum addidit. Sed honoro
patrez meũ: ꝛ vos inhono. ꝛc. In hoc q dicit.
Ego honorifico patrem meum: ꝯfirmat ſe nõ
habere demoniuz. Diabolus. n. non honorat
patrez. Quia ea que patris ſunt ſibi vſurpauit
ſcilicet potentiam: Cum dicit Yſa. Ponaz ſe/
dem meã ꝛc. Sed cuz dicit. Vos inhono. ꝛc.
innuit eos habere demoniuz ꝛ ſimiles diabo/
lo: quia ſicut non honorauit patrez: ſic non ho/
norauit filiuz: cui auſus eſt dicere. Hec omnia
tibi dabo: ſi procidens ꝛc. Math.4. Et ideo
demoniuz non habeo. Et ratio poteſt eſſe talis
Demoniuz eſt querere in ſuis ſmonibꝰ gl̃iaz
ꝓpriã ꝛ oſtentationẽ ſue ſcie. Ego autez in ſer
monibus meis quos vocatis tranſcendẽs nõ
quero gloriaz meã ſed magis patris. Dixi. n.
me eſſe ab eo: dixi etiam me ſcientiam habere
ab eo: ꝛ nõ ex me. Jgitur demoniũ nõ habeo
Unde licet non quereret gloriam propria m in
quantum homo: tamen querebat eam deus pa
ter. ꝛ ideo dicit. Et pater qui querat ꝛ iudicet:
Tunc pater querit gloriam xp̄i: dum recipien
tes xp̄m glorificat: iudicat tamen dum contra/
dicentes chriſto condemnat.

Secunda ꝯſideratio.

Circa ſecundam ꝯſiderationẽ: que eſt
de veritatis efficacia cum dicit. Amẽ
dico vobis ꝛc. Sũt ſex concluſiões.

¶ Prima concluſio eſt: q ſermõis diuini ſer
uatio liberat a morte culpe ꝛ ab eterne damna
tionis pena. Cuius ratio eſt. Jllud quod cu/
ſtodit innocentis viaz liberat a morte culpe: ve
ritas iuſtitie iuſtodit viam innocẽtie. Prouer.
12. Veritas autem iuſtitie eſt diuini ſermonis
ſeruatio. Ergo ꝛc.

¶ Secunda ꝯclõ eſt: q veritas diuini ſer/
mõnis confert vitaz eternam. Ratio poteſt eẽ
Nam vita beata in viſione ꝛ fruitione ꝯſiſtit.
Et ideo p excluſionez mortis gehenne: que hu
ic viſioni opponitur conſecutio beatitudinis
intelligitur. Hoc autem fit per verbuz diuinũ
Et ideo ſemini comparatur. Luce.8. Jnquan
tum vita eterna in verbo dei cõſiſtit ſicut i quo
dam principio ſeminali: q2 finaliter ducit ad vi
tam beataz: ſicut virtute ſeminis ꝓducitur fru
ctus. Et ideo ſicut qui ſeruat ſemen a corruptio
ne peruenit ad fructum: Sic ſeruans verbum
diuinuz peruenit ad beatitudinis ſtatum. Si
cut igitur ſemen ſeruatuz ꝛ ſeminatuz in terra
ꝓducit fructum conſeruatiuuz vite corporalis
ſic ſermo diuinus ꝯſeruatus ab aĩa fructum ꝓ
ducit cõſeruatiuũ vite ſpiritualis ꝛ acquiſitiuũ
p2emij eternalis. Prouerb.3. Cuſtodi legez
meam atq; conſilia ꝛ erit viuens anima tua.

¶ Tertia concluſio eſt: q ſeruatio diuini ſer/
monis docet voluntatem noſtram diuine vo/
luntati conformare: quod neceſſariuz eſt ad no
ſtram ſalutem. Nam voluntas creata non eſt
ſua regula. Jdeo poteſt a rectitudine declinare
Uoluntas autem diuina ſola eſt regula ſui actꝰ
Et ideo non poteſt deficere. Sicut ergo rectuz
eſt iudex ſui ꝛ obliqui: ſic omne iudicium volũ
tatis create ſumenduz eſt in ordine ad volun/
tatem diuinaz: que ſola recta eſt ꝛ obliquari nõ
poteſt. Et hoc eſt qđ dicit. Si quis ſermonem
meuz ſeruauerit: mortẽ non guſtabit in eternũ
Non dicit qui audierit: ſed qui ſeruauerit. Nã
ſicut cibus ſumptus non nutrit ſi ſtatim reijcit
ita de verbo dei nihil ita vtile qđ in tranſitu ꝓ
ſit. Jdeo iacob p̃. Eſtote factores verbi ꝛc.
Ad roma. 10. Non auditores legis iuſti ſunt
apud deum: ſed factores. Dicit etiã. Non gu/
ſtabunt mortem. Nam mors illa guſtari dicit
quia eſt ſemper quaſi in guſtu ꝛ nunq̃ in dige
ſtione ſemꝑ incipit ꝛ nunquam definit.

¶ Quarta concluſio eſt: q propter iterataz cõ
tumeliam non eſt deſiſtendum a predicatione
nec propter ſcandalum eſt veritas doctrine di/
mittenda. Contumelia iterata fuit cum dicunt.
Nunc cognouimus quia demoniũ habes: ve/
ritas doctrine erat cuz dicit. Si quis ſermonẽ
meum ꝛc. Ueritatem doctrine non dimiſit di.
Non auditis quia ex deo non eſtis. ¶ Nota
q quintuplicẽ ꝯtumeliã intulerunt ei. ¶ Pri
mo eius vite dicentes eum ſamaritanum eſſe.
¶ Scđo eius potentie dicẽtes. Demonium
habes: cũ mira ꝛ magna hec faceret ꝛ doceret:
non aſcribebãt hoc diuine virtuti: ſed demoni.
¶ Tertio eius veritati dicẽtes. Abrahã mor/
tuus eſt. q. d. falſuz eſt qđ loqueris: ex quo illi
qui optime ſeruauerunt ſermonem dei mortui
ſunt p2eponentes ei abrahã. ¶ Quarto eiꝰ di
gnitati dicentes. Nunqđ tu maior es patre no
ſtro abraham? Dñs autem oſtendẽs ſe ſupio
rem ꝛ dñm abrahe ait. Abraham pater veſter
exultauit: ideſt cum gaudio deſiderauit ſpiritu
ſancto reuelante. Ut videret: ideſt intelligeret
Diem meum: ſcilicet incarnationis ꝛ eternita
tis mee. Uidit: ideſt intellexit in fide. Et gaui
ſus eſt: patet ergo me eſſe illi ſuperiorez qui de
ſiderat me redemptorez. ¶ Quinto eius eter
nitati. d. Quadragita annos nõdũ habes ꝛc.
Labor enim ꝛ calor regionis ꝛ inopia rerum
conſumpſerunt eius naturam delicatam: vt vi
deretur maioris etatis. Quibus etiaz reddẽs
rationem diuinitatis ſue myſterium aperuit di
cens. Antequam abraham fieret ego ſuz: qua
ſi diceret: ille ẽ factura: ego ãt creatrix eſſentia.

¶ Quinta concluſio eſt: q non debemus ex
bono opere gloriam nobis querere. vnde dicit
Ego gloriam meam non quero. Nihil ita no/
ciuum eſt homini ſano ſicut aer corruptus: vn
de ſi homo ſanus exponit ſe aeri corrupto infi/
citur ꝛ infirmatur. Sanitas anime eſt gratia
ꝛ bona opera. Uana autem gloria eſt ventus
vel corruptus aer. Sicut igitur ſanitas corru/
pto aere corrumpitur. Jta per ventum inanis
glorie bona opera corrumpuntur. Econuerſo
bonus ventus ſanitatem conſeruat ꝛ nutrit.
Bonus ventus vel aer: eſt gloria que ex deo
eſt: quia non eſt de corrupto loco: ideo dixit.
Gloriam meam nõ quero: ſed fugio quaſi ae/
rem fetidum ꝛ corruptuz. Unde dicit. Si ego
glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt. Quod
verificatur tribus modis. ¶ Primo modo đ
filio dei: quia nihil habet niſi natum ꝛ ab alio.
Si ğ gl̃iaret in aliquo: q̃ſi illđ hr̃et a ſe: gloria
ſua nulla eẽt: q2 gloriaretur in eo quod nõ eſt:
ſed filiꝰ nihil hꝫ niſi innatũ ꝛ ab alio. Jgit ꝛc.
¶ Alio modo intelligitur de homine chriſto:
qui non poterat gloriari in aliquo: quaſi per ſe
haberet illud: quia quicquid eſt in creatura: ab
alio eſt: Prima ad cori. 4. Quid habes quod
nõ accepiſti? Quid gloriaris ꝛc. ¶ Tertio mo
do ſic vt ſit ſenſus. Si ego glorifico meipſum
gloria mea nihil eſt: ideſt vana a vobis reputa
bitur: ſicut illius qui ꝯmendat ſeipſum.

¶ Sexta ꝯclo eſt: ꝙ non eſt gloria, niſi que a deo eſt. Scd'a ad cori. xj. Qui gloriatur in domino glorietur. i. ſm gloſam vt domino attribuat confidentiam ⁊ gloriam: cuius gratia eſt ꝙ non poteſt ille qui non hʒ a deo poteſtatem: qꝛ ſuam gloriam querit. Non. n. qui ſeipʒ cōmendat ille ⁊c. i. q extra deum gloriaẗ: ſibi attribuendo quod dei eſt. Et ideo in nullo glīari debemus qd' alienuʒ eſt a beatitudine: qꝛ talis non ꝓbaretur a deo. ſicut pʒ in mundanis qui glīantur in diuitijs: honoribus: glīa mundana: ⁊ ptāte magna. Iſta. n. oīa aliena ſunt a vera btitudine: nec ꝯferunt ad eam: ſed plerunqʒ impediunt. Cuius ratio pʒ. Nam cum btitudo cum ſit bonum pfectuʒ hoīs: ex eo nō poteſt malum aliter ꝓuenire: qd' ꝯtingit in premiſſis. Dicit. n. eccl'ia. 2. ꝙ diuitie interdū cōſeruantur in maluʒ dn̄i ſui: ⁊ ſimile pʒ in alijs tribus. Et ideo ſolum in deo vel in hijs: q̄ ordinant nos in deum glīandum. Et ideo dicit. Eſt qui glorificat me. i. glīam meaʒ querit: generans me de eterna eſſentia: quem vos dicitis qꝛ deus veſter eſt per opeꝝ imutationem: ⁊ p̄ceptoꝝ impletionē: ⁊ tn̄ falſum eſt. Quod ex hoc ꝓbatur: qꝛ non cognouiſtis eum: ac per hoc non cognoſcitis glīam: quam vere cōmunicat generando. Quāuis iudei deum cognoſcerent ſub rōne deitatis: non tn̄ cognoſcebant ipſum ſub rōne trinitatis: nec ſub omni modo cognitōis. Ego aūt noui eum: ſicut filius eius naturalis habēs eandem ſbam cum ipſo: nō ſolum ſub rōne dei: ſed ſub ratione patris glīam coīcantis. Noui aūt eum notitia infinita ⁊ cōprehenſiua: inqꝫtum ſum deus. Notitia clara ⁊ intuitiua inqꝫtum ſum hō deus notitia clariori: qꝫ aliqua creatura. Et ſi dixero ꝙ neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax: quaſi dicat ſʒ Criſo. Sicut dicentes eū neſcire mentiemini ita ego ſi dixero me neſcire: ero mendax: quod eſt īpoſſibile: cum ſim veritas. Sʒ ſcio eū ⁊c.

Tertia ꝯſideratio.

Circa tertiam conſiderationem: que eſt de malignantium malitia: cuʒ dicitur. Tulerunt igitur lapides ⁊c. vbi occurrunt quinque concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ licet voluntas propria ⁊ conſilium proprium: cor inſtabile ⁊ cor duruʒ ſint idem realiter: differunt tamen ratione. Dicitur. n. voluntas propria: que nō eſt cōis cum deo ⁊ hoībus: ſed noſtra tm̄: quando qd' volumus: non ad honorē dei: non ad vtilitatē factum: ſed propter noſmetipſos facimus.

¶ Propriū ꝯſilium dicit obſtinatis in ꝓprio errore: ita ꝙ nullius velint cōſilijs acqeſcere: ſibi placētes ſibi in oculis ſuis: ignorātes dei iuſtitiam: ⁊ ſuā volentes ꝯſtituere voluntatē. Dicitur aūt cor inſtabile: inqꝫtum defluit per prauas cogitatōes. vñ duʒ ſuo ducit arbitrio: ⁊ diuino caret ꝯſilio: in ſcipo non pōt ꝯſiſtere: ſed omni mobili mobilius ꝑ infinita diſtrahitur. Dicit aūt cor duꝝ: ꝙ nec ꝯpunctione ſcindit: nec pietate mollit: nec mouet p̄cib⁹: minis nō cedit: ⁊ flagellis induratur. Hec Bernar.

¶ Scd'a ꝯclo eſt: ꝙ hec quatuor p̄dicta indurant hoīem: quaſi lapideum reddētes: ⁊ inhabilem ad gratiā dei: qꝛ meatus ſpūales gratie dei obſtruunt: vt dicit p̄mo macha. 5. Obſtruxerunt portas lapidib⁹. Naʒ lapis dicit quaſi ledens pedē. Sic iſti dicunt lapides: tuʒ qꝛ ledunt. i. ꝑuertunt affectuʒ libidinoſa delectatōe in creaturis: tum qꝛ ledunt affectionē diuine voluntatis: q̄ eſt ſanctificatio noſtra ſm aplm. vñ glo. ſup Iob. 2. d. Cor ei⁹ indurabit q̄ſi lapis qꝛ nulla vnqꝫ ꝯuerſionis pn̄ia mollieẗ.

¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ hanc indurationeʒ non cauſat deus: niſi inqꝫtum deus gratiam ſuam nō largit: ſm illud ad Ro. 9. Quem vult indurat: ⁊ cui vult miſereẗ. vbi dicit glo. Aug. Intelligendū nō eſt ꝙ ſic induret deus: ꝙ aliquem peccare cogat: ſed tm̄ qbuſdam peccantibus miſericordiā iuſtificationis ſue non largit ⁊ ob hoc eos indurare dicitur: qꝛ nō eoꝝ miſeretur: non qꝛ impellit vt peccent. Eorum autē non miſeretur: quibus gratiā non eſſe prebendam equitate occultiſſima ⁊ ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat: quam non apit apl's ſed miratur dicens. O altitudo diuitiaꝝ ⁊c.

¶ Quarta ꝯclo eſt: ꝙ hijs lapidibus ih̄s multipliciter dicitur lapidari ſpiritualiter. ¶ Primo nanqꝫ ih̄s inquantum dicitur veritas: ſic lapidatur a repugnantibus veritati. ſ. a mēdacibus: ſimulatoribus ⁊ ypocritis. ¶ Secundo inquātum dicitur bonitas: ſic lapidatur ab hijs: qui beneficijs dei non emolliuntur: ſed duriores inueniuntur. ¶ Tertio ieſus inquātum dicitur miſericordia ⁊ benignitas: lapidaẗ ab hijs: qui nō attendunt ꝙ deus expectat eos ad penitentiam: ⁊ peccata iterare non ceſſant: contra quos ad Ro. 2. An diuitias bonitatis ⁊c. ¶ Quarto inqꝫtū deus eſt caritas: lapidatur a cupidis ⁊ auaris. ¶ Quinto inquantuʒ dicitur mundicia: lapidaẗ ab illis: q in ſeipſis ꝯtinentiam virginalem ac coniugalem ⁊ vidualem corrūpunt. ¶ Sexto inqꝫtuʒ dicit iuſtitia. ſ. flagellādo impios lapidatur ab hijs qui flagellis non emendantur: ſed cum pharaone deteriores fiunt. Exodi. 8. Induratuʒ eſt cor pharaonis. ¶ Septimo inqꝫtum ieſus dicit pax. ſ. ꝯmergēs ſanctas ꝯgregationes lapidaẗ ꝑ illos q per inſolentiaʒ pacem diſſipant. He quatuor ꝯclones includuntur in h̄ qd' dicitur. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum: vbi Augu. Tanta duritia quo curreret niſi ad lapides ſibi ſimiles.

¶ Quinta ꝯclo eſt: ꝙ merito veritas abſcondit a mēdacibus: a detractorib⁹: ab adulatoribus ⁊ ypocritis: ⁊ veritati ꝯdicentibus: bonitas ab ingratis: iuſtitia ab icorrigibilibus. mīa ab obſtinatis peccatoribus: largitas a cupidis mūdicia a luxurioſis: ſobrietas a guloſis: humilitas a ſupbis. vnde pſal. Abſcondā faciem meam ab eis ⁊c. Sed q̄re hoc propter triplex motiuū. ¶ Primo in ſignuʒ. De quo Gre. Abſcondēdo ſe dn̄s ſignat: ꝙ ab eis ſeipſa veritas abſcondit qui eius verba ſequi ꝯtemnūt. Eam qppe mentem quam nō inuenit humilē veritas fugit. ¶ Scd'o in exemplū de q̄ Grego. Quid autem nobis hoc exēplo dn̄s loqtur niſi vt cum etiam reſiſtere poſſumus iraʒ ſupbientium declinemus? ¶ Tertio in documentum vt oſtenderet nobis ꝙ ipſe erat verus homo. vnde Aug. ſuper Ioh. Tanqꝫ homo a lapidibus fugit. Sʒ veh illis: a quorū lapideis cordibus deus fugit. vnde ſubditur. Abſcondit ſe ⁊ exijt de templo. Scd'ʒ Aug. non abſcōdit ſe in angulo templi: quaſi timens: aut in domunculā fugiens: vel poſt muꝝ: vel columnā diuertens: ſed poteſtate celica inuiſibilem ſe inſidiantibus conſtituens. Per medium illorum ibat. ¶ Nota ꝙ quandoqꝫ dominus abſcondit ſe vt deſerat: q̄ꝫdoqꝫ vt corripiat: quandoqꝫ ſit promoueat. ¶ Primo abſcondit ſe a malis. ¶ Scd'o ab infirmis. ¶ Tertio a bonis. Dicit etiaʒ. Exiuit de templo. i. de conſcientia: quam ſibi templum conſecrauit. A quo exire expellitur: quando homo admittit malam delectationem. Violatur: quando perpetrat operationem: Lapidatur: quando impugnat correctiōem. Ut patet hic. a qua impugnatione nos liberet ieſus. amen.



¶ Feria ſcd'a dn̄ice in paſſiōe. Sermo. 73.

# Miſerunt principes ⁊ phariſei. Ioh. 7.

Scd'ʒ qd' dicit augu. in libro qui ſpeculum manuale intitulaẗ: dum cogito mirari nō ceſſo illam in deoꝝ impietatē q manus in xp̄ʒ dn̄i iniecerunt verbis celeſtibus intonantē: tantiſqꝫ miraculis coruſcantē. O corda ſaxis duriora. ⁊ brutis feris crudeliora. Rogo vbi ſenſus miſeroꝝ qn̄ videbant celeſteʒ medicum infinitaʒ languentiū turbam gratis ſanare: demones excutere: cecos illuminare: leproſos mūdare: ⁊ huiuſmodi multa q̄ ſolius verbi poteſtate ſine mora potuit agere. Qd' heſitabāt in cordibus cecicū ipſa quoque elementa famulari ei cernerent: adeo vt ingreſſus mare ventis iperans ꝓcellas ꝯpeſceret. O ſtēdiſti euidentibus ſignis ip̄m tuū eſſe filiuʒ ds pater. Ex qbus verbis iſert ꝙ in hoc euangelio oſtēditur executio machinatiōis iudeoꝝ i mortem xp̄i que in die dn̄ica poſt lazari ſuſcitationē erat excogitata diffinitiue. Et ideo in euāgelio occurrunt q̄tuor ꝯſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Circa p̄mam ꝯſiderationē que eſt de ꝑuerſitate ſtulte emulatiōis iudeorū cum dicitur. Miſerūt principes ⁊c. Occurrunt due concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt doctrina Iſido. de ſūmo bono quam tranſeo.

¶ Scd'a ꝯclo eſt: ꝙ ꝑꝑ inuidiā iudei xp̄ʒ perſequebantur. Nā ſʒ augu. Inuidia eſt odiuʒ aliene ꝓſperitatis: qua hō dolet aliū ſibi equari ⁊ p̄ſerri: ⁊ cupit ei malū: ⁊ de bono eius dolet. Unde inuidia dr̄ a non vidēdo: qꝛ non poteſt videre bona alioꝝ. Grauis nanqꝫ inuidia eſt malum ꝓ malo reddere. grauior aūt odire illuʒ q nihil nocuit. Grauiſſima aūt maluʒ ꝓ bono retribuere: ⁊ odio hr̄e aliquē qui bon⁹ eſt ſicut iudei chriſtum: vnde dicitur. Miſerunt principes ⁊ phariſei ⁊c. Quia audientes turbaʒ chriſto acquieſcentem turbati miſerunt ⁊c. Ex quo patet ſm Criſoſtomuʒ. Qd' ſolutio ſabbati nō erat cauſa totalis perſecutionis chriſti ⁊ odij ſʒ quia turbe eum glorificabant. Ecce inuidia: q̄ ſm augu. eſt odium felicitatis aliene.

Secunda conſideratio.

r Irca ſecundā ꝯſiderationē ꝗ eſt de ꝯgrui tꝑis paſſiōis preordinatione: cuȝ dr̄. Adhuc modicū tꝑs vobiſcuȝ ſum. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima concl̄o eſt ꝙ ſicut paſſio xp̄i preuiſa fuit in mente diuina ab eterno. ſ. ꝙ moriēs ꝓ noſtra ſalute: ſua morte nos liberaret: ſcȝ a morte pene culpe ⁊ gehēne. Sic ⁊ genus paſſionis modus ⁊ tꝑs: vt videlicet ꝙ deberet mori ī cruce: ⁊ tali modo ⁊ tali tꝑe. In cuius ſignū iudei paſſionis tꝑs preuenire volentes: ipſuȝ capere non poterant. Dicit glo. Adhuc modicuȝ tꝑs vobiſcū ſuȝ. q. d. Modo me capere non poteſtiſ q2 hoc eſt tꝑs ꝯuerſationis vobiſcū: ⁊ non tꝑs ſȝ gloſaȝ mortis. Sum. n. vobiſcum ꝯuerſatione: ibo ad patrem per paſſionem.

¶ Scd̄a ꝯcl̄o eſt: ꝙ tꝑs chriſti fuit modicum ꝓpter duo. ¶ Primo ad oſtendendū xp̄i virtuteȝ: q2 taȝ modico tꝑe mūduȝ imutauit. ¶ Secundo ne diſcipuli in eo terminū ponerēt: quia humāitas xp̄i fuit via: ꝑ quā deueniem⁹ ad diuinitateȝ. Fuit aūt xp̄s via ⁊ terminus. ſ. vita. Rn̄dens ꝗ chriſtus: volēs ſatiſfacere volūtati perſequentiuȝ. Qd̄ vultis facere facturi eſtis: ſed non modo: q2 modicū tꝑs vobiſcum ſum.

¶ Tertia ꝯcl̄o eſt: ꝙ malignantium hominuȝ voluntas nō poteſt ipleri niſi deus dederit poteſtatem: vt dicit Iſido. Nā duȝ hoīeȝ deo ꝑmittente: malū qd̄ ꝯcupiſcunt ꝑficiūt: ipe dr̄ facere qui ꝑmittit. Dextū ꝙ iniqui ex voluntate mala volunt. Idcirco d̄s perficiēdi dedit poteſtatem ꝑ ſuaȝ bonam voluntatē: q2 de nr̄o malo ipſe multa bona opatur. Quidam tn̄ voluntati dei reſiſtunt: neſciētes ꝯſilium dei faciunt: qui nouerūt ſic deo ſubiecta eſſe oia: vt ⁊ ipſi q eius diſpoſitiom aduerſant eius ipleant volūtatem: ideo dicit. Queritis me. i. meaȝ corporalem preſentiaȝ. Queretis: volūtate nocendi Et non inuenietis: poteſtate offendēdi. Ex quo pȝ ꝙ voluntas nocēdi eſt vnicuiqȝ a ſe: ſȝ poteſtas eſt a deo. Unde dixit pylato iniuſte euȝ iudicanti. Nō haberes in me poteſtateȝ ⁊c. Cuius ratio eſt. Quia vbi ego ſuȝ: non dicit: vbi ero: q2 ſemꝑ erat xp̄s quo fuerat iturus. Sic eniȝ venit vt non recederet. Un̄ in alio loco dr̄. Nemo aſcendit in celuȝ niſi qui de celo deſcēdit: filius hoīs qui eſt in celo. Nō dixit qui fuit: ſȝ q ē: q2 ſm carnē fuit in terra: ſȝ maieſtatē erat ī celo ⁊ ī terra. Tertia ꝯſideratio.

c Irca tertiam ꝯſiderationeȝ que eſt de noſtre ſalutis per iudeos ꝓphetatione: cum dixit. Dixerunt ergo iudei ad ſemetipſos vbi occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯcl̄o eſt: ꝙ ſicut d̄s ē cā vniuerſalis in agēdo: ⁊ nō ꝑexigit materiaȝ: nec aliquā diſpoſitionē materie in corporalibus affectibuſ ⁊ ſimul pōt mām ⁊ diſpoſitionē ⁊ formā inducere: ſic ēt in effectibus ſpūalibus non ꝑexigit aliquā diſpōneȝ: ſȝ poteſt ſimul cū affectu ſpūali iducere diſpōnem ꝯuenietem q̄lis regreret vt. ſ. aiaȝ i ipſa ſui creatiōe diſponeret ad ꝓphetiaȝ ⁊ daret ei graciaȝ ꝓphetalem. Tn̄ iudei ꝑ lumen legis ſcripte habiliores erāt ad donum ꝓphetie ꝗ̄ȝ gentes. Ratio eſt. Nā ſicut in rebus corporalibus abeunte paſſione remanet q̄daȝ habilitas ad h̄ ꝙ facilius illuſtreſ iterato. Sic etiā mens ſemel ad deuotionē excitata: facilius poſtmodū ad deuotionē priſtinā reuocatur. Propter qd̄ Auguſti. in libro de orando dn̄m dicit eſſe neceſſarias crebras orationes: ne ꝯcepta deuotio totaliter extinguatur: ſic iudei ex lumine legis habiles effecti ad ꝑceptiōeȝ diuinoꝝ que ꝑficit ꝓphetiaȝ poterāt velamen ꝓphetie remouere. Unde audiētes in verbis chriſti alibi euȝ ituꝝ ꝯiecturari poterant ex ſcriptura legis: eius ꝑſentia ꝓpter veritatis agnite ipugnationem eos nō eſſe dignos. Et ideo eo dicente. Quo ego vado vos nō poteſtis venire. Dixerunt ad ſemetipſos. ſ. occaſionē ſumentes ex ſcriptura. Quo. ſ. iturus eſt: dubitādo ſcripture ꝓteſtationeȝ ⁊ eoꝝ indignationē.

¶ Scd̄a concluſio eſt: ꝙ lȝ donuȝ ꝓphetie detur aliquibus ꝓpter alioꝝ vtilitatem: ⁊ ꝓpter mentis ꝓprie illuſtrationē: ſicut patȝ in hijs in quoꝝ animas ſapientia diuina: per gratiaȝ ſancti ſpūs ſe transferens amicos dei ⁊ propheciaſ ꝯſtituit qui ſunt quaſi inſtrumenta diuine operationis: ⁊ non ad voluntatem ꝓpriam. vnde Ihero. ſuꝑ Math. Prophetare vel virtuteſ facere interdū non eſt meriti que operatur: ſed inuocatiōis nois xp̄i. Hoc aūt fit ob ꝯdēnationeȝ eoꝝ qui inuocant: vel ad vtilitateȝ eoꝝ qui inuocant: vel ad vtilitateȝ q audiunt ⁊ vident. vnde ſequitur. Nūquid in diſꝑſione gentium iturus eſt ⁊ docturus gētes? ¶ Nota ꝙ ſic dicentes noſtrā ſalutem ꝓphetauerūt neſcientes quid dicerent. vnde Augu. Dn̄s erat iturus ad gentes: non ꝑſentia corporis: ſed miſit nos membra ſua: ⁊ fecit nos membra ſua. vn̄ gloſ. ibidē dicit: cū dn̄s diceret. Ego ſum non poteſtis venire. Neſcierūt: ⁊ tamen aliqd qd̄ futuꝝ erat neſcientes ꝓnunciauerunt. ſ. ꝙ ſi non preſentialiter: tamē ꝑ apoſtolos eſſet iturus ad gētes crediturus. Et dicit ibidem glo. Cū ignorantes ꝓphetaſſent veritatem replicantes eandem queſtioneȝ oſtendunt ſe ex ignorantia ꝓphetaſſe. vnde Augu. in libro de mirabilibus ſacre ſcripture: de aſina balaan: q̄ quaſi queruloſa angelo loquente dicit. Quāuis aſina ꝯpetentia verba ꝓferat: non tn̄ ſua mente: nec eſſectu loquitur: ſed dn̄s: de quo dr̄. Et aperuit os aſine: ſicut ad loquēdū os aperuit: ita ⁊ linguā ⁊ palatū in verba gubernauit. Aſina. n. quomodo ⁊ quid: ⁊ ſi quid oino diceret neſciuit. Sic hoīes alieno afflati ſpiritu loquunſ. Neſciunt tamen quid dicunt. Ex quo pȝ deum nihil in natura aſine mutaſſe: qn vbi vult ſpirat. Hijs igitur duabus cauſis adeo balaan ꝑmiſſus eſt venire: vt ꝑ mutuȝ aial: eius inſipiētia ꝯfutaretur: ne de dn̄i ſpiritu ⁊ ſi in ſe loquereſ: elatus in ſupbiam eſſet: ⁊ aduentus xp̄i ꝓphetatus ex gētibus q futurus gentiū ſaluator eſſȝ in lege dei deſcribereſ. Quarta ꝯſide°.

c Irca quartā ꝯſiderationem de aptitudine temporis paſſionis ad gratiam vocatiōe cum dicitur. In nouiſſimo autem die. vbi occurrunt tres ꝯcluſiones.

¶ Prima ꝯcl̄o eſt: ꝙ ante horā paſſionis xp̄i nulla petitio gratie impetrande erat exaudibilis. Ratio eſt. Quia quecunqȝ petitio facta ab inimico non eſt exaudibilis: ſed ante paſſioneȝ xp̄i eramus inimici. Igitur pro tūc petitio nō erat exaudibilis. Sed per mortem xp̄i facti ſumus amici. Igitur tempus paſſionis eſt tēpuſ aptum ad reconciliationem. Unde apoſtolus. Cum inimici eſſemus reconciliati ſumus per mortem filij eius. Iaȝ vero paſſione iminente vocat clamatorie promittens nobis ſuam gratiam largiri. vnde ſequitur. In nouiſſimo aūt die magne feſtiuitatis ſtabat ieſus. Feſtuȝ. n. hoc mihi ſignat tempus gratie. In quo ſolum ſcilicet licitum eſt mereri per virtuoſas operationes. Sed dies paſſionis dicitur nouiſſim⁹ dies: eo ꝙ per paſſionem meritum gratie chriſtus cōſumauit. vnde. In nouiſſimo die: id eſt tempore paſſionis. Stabat: immobiliter paratus. Et clamabat: nunc voce ſuplicando: nunc minando: nunc beneficia largiendo.

¶ Secunda ꝯcluſio eſt: ꝙ licet liberum arbitrium ad bonum ⁊ ad malum naturalem habeat libertatem. Tamen ꝓpter fomitem originalis infectionis ad malum habet quandam ſeruilem inclinationē. Scd̄ȝ illud apoſtoli. Qui facit peccatum: ſeruus eſt peccati. ¶ Primuȝ patet: quia liberum arbitrium eſt illa anime rationalis potentia: qua velle bonum ⁊ malū poteſt vtraqȝ diſcernens: vt dicit magiſter. vnde dicit liberum quantum ad voluntatem: que ad vtrunqȝ flecti poteſt. arbitrium: quantuȝ ad rationem. Cuius eſt d[illegible]ere inter bonum ⁊ malum. ¶ Secundum etiam patet per beatū B. Voluntas cuȝ ſit libera ſe ſeruam facit peccati peccato aſſentiēdo. Sed q2 deus in omni opere ſuo ē ſumme miſericors ⁊ iuſtus. Quia miſericors: ideo liberaliſſime condeſcendit humane miſerie per infuſioneȝ ſue gratie. Quia vero eſt iuſtus. Non dat donum ſue gratie niſi deſideranti: nec profectum niſi regratianti: nec impendit miſericordiam: niſi eaȝ recognoſcenti: vt ſalua ſit libertas liberi arbitrij: ⁊ non vileſcat nobilitas doni. Et ideo ad conſecutionem doni ſiue gratie: oportet ꝙ liberum arbitrium moueatur a motore vniuerſali: qui eſt deus. vnde ad philippenſes ſecundo dicitur. Deus eſt qui operatur velle ⁊ perficere. Ratio eſt. Quia omnis motus naturalis eſt ab eo qui cauſat naturam. vnde dicitur octauo phy. Qd̄ generans mouet ſm loca grauia ⁊ leuia: ſed voluntatis cauſa nihil aliud poteſt eſſe: ꝗ̄ȝ deus. Quod patet dupliciter. ¶ Primo ex h̄ ꝙ voluntas eſt potentia anime rationalis: que a ſolo deo cauſatur per creationem. ¶ Secundo ex hoc ꝙ voluntas habet ordinē ad vniuerſale bonum: quia deus eſt cauſa quare mouet anima naturali ⁊ vniuerſali motu. Sicut vniuerſalis motus ad vniuerſale obiectū voluntatis ꝙ eſt bonuȝ: ⁊ ſine vniuerſali motione homo non poteſt aliud velle: lȝ homo per rationē determinet ad volendū: hoc vniuerſali illud qd̄ eſt vel veꝝ bonuȝ: vel apparens bonū: ſed tamen interdum ſpecialiter deus mouet aliquos ad aliquid determinate volenduȝ quod eſt bonum: ſicut eſt in hijs quos mouet per gratiaȝ. vnde impoſſibile eſt ꝙ motus volūtarius ei⁹ ſit ab aliquo ꝑncipio extrinſeco: ꝙ nō ſit cauſa voluntatis. vnde lȝ res nālis moueaſ aliquando ab aliquo: ꝙ non eſt cauſa rei mote: tamen talis motus nō eſt nālis. vnde lapis ſi ab hoīe ſurſuȝ mouetur: tn̄ hoc non eſt cauſa naturaliſ lapidis: ⁊ ideo talis motus non eſt naturalis. Et ideo ſaluator inuitans nos ad ſue gratie ꝑceptionem dicens. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat: quaſi diceret. Neminē violētia traho: ſȝ ſi quis deſiderat hanc grāȝ benigne offero.

Si quis ergo ex quocunqȝ ſit ille: nullū exclu-
do: veniat: qꝛ offero ſine preuentione merito-
rum: ſine exceptōe aliquoꝝ: ſine ꝯuerſione op
probrioꝝ. Jaco. pº. Si qs indiget ſapia: po-
ſtulet a deo: q dat q̄ ad pmuȝ oibꝰ quo ad ſcđm
affluenter q̄ ad tertiū: ꝛ nō improperat q̄ ad 4m.
℄ Tertia ꝯclo eſt: hoc donum gratie ſpūs
ſancti maxime habeẛ per fidem formatā: que ē
virtus intellectualis: pficiens potentiā huma-
nam: ꝛ determinans eaȝ ad actū bonum. Fi-
des formata eſt: quādo fides in intellectu: ꝛ ca
ritas in affectu. Fides informis eſt ſm Ber.
quando caritas nō eſt in effectu: ſȝ ante paſſio
nem xp̄i. Fides erat informis: ꝛ ideo nō pote
rat habere pfectionē meriti: qđ per paſſionē
eſt ꝯſumatum. ℄ Ratio etiaȝ pōt adduci per
illud: qꝛ gratia ſpūs ſancti pōt haberi: per qđ
quis deo ſit acceptus. Sȝ per fidem quis deo
ſit acceptus: qꝛ impoſſibile eſt ſine fide placere
deo. Nam ſicut aīa non eſt deo grata: niſi ſit
ordinata quantum ad voluntatē per habitum
caritatis. Sic etiam opȝ ꝙ intellectus ordineẛ
per fidem. Sequitur cum p fidem quis acce-
ptus ſit deo: ꝛ acceptatio mereatur donū ſpūs
ſancti ſibbi largiri: qđ per fidem donum ſpūs
ſancti adipiſcatur. Et hoc eſt quod dicit. Qui
credit in me: de ventre eius fluent aque viue.
Naȝ credere eſt in poteſtate noſtra. ℄ Unde
nota ꝙ iſte fons eſt pmo intrinſecus inſiſtēs.
Et ideo ait Aug. Qui bibit credendo in xp̄ȝ:
haurit fontem. quo hauſto: viueſcit ꝯſcia: que
eſt venter interioris hois: ꝛ etiā ipſa fons erit
℄ Scđo iſte fons erit copioſus ꝛ abundans:
ꝛ ideo dicit flumina. vnde Criſo. flumina di-
cit: ꝛ nō flumen: copioſitatē ꝛ vbertatem occul
tam inſinuans. ℄ Tertio iſte fons eſt proficꝰ
ꝛ redundans: ꝛ ideo dicit. Fluent. vbi Aug.
Fluuius q manat de ventre interioris homi-
nis: eſt beniuolentia: qua qs vult proximo con
ſulere. Si enim putet qꝛ quod bibit ſoli ipi de
beat ſufficere: nō fluit aqua viua de ventre eiꝰ
Si aūt proximo feſtinet conſulere: ideo nō ſic-
catur: quia manat. ℄ Quarto iſte fons eſt cō-
tinuans ꝛ operans. Et ideo dicit. Aque viue.
Uiua enim aqua continuatur fonti: ꝛ iſte flu-
uius ꝯtinuatur ſpūi ſancto. Pſal. Apud te eſt
fons vite. Criſo. dicit aquam ſemper viuam.
Spiritus ſancti enim gratia cum in mentem
intrauerit: omni fonte magis manat. Et ne-
que deficit: neqȝ euacuatur: nec ſtat. vnde ſe-
quitur. Hoc aūt dicit de ſpiritu ſancto: quem
accepturi erant credentes in euȝ. Actuum. 2º.
Factus eſt repente de celo ꝛc. vnde Jhero. in
glo. Audacter ꝓnuncio: ꝙ ex eo tpe quo apl̄i
domino crediderunt: ſuper eos habuiſſe ſpūm
ſanctum: nec potuiſſent ſigna facere abſqȝ ſpi-
ritus ſancti gratia: ſed pro mō ꝛ mēſura. Jdeo
chriſtus clamat d. Si qs ſitit: non ꝙ tunc: qꝛ
nōdum notus in apl̄is radicabatur. Sicut pȝ
cum duceretur ihs ad paſſionē: negant ſe xp̄ȝ
ſcire. Poſtqȝ autē baptizantur ſpiritu ſancto:
tunc libere loquuntur ad iudeoꝝ principes.
Actu. 7º. O portet deo obedire ꝛc. Mortuos
ſuſcitant inter flagella: letantur: fundunt ſan-
guinem: ꝛ alijs ſupplicijs coronanẛ. Quoruȝ
meritis pricipes faciat nos ihs xp̄s.

℄ Feria. 3ª. dnīce in paſſione. Ser. 74.

Ambulabat ieſus in galileā ꝛc. Joan
nis. 7. Scđȝ ꝙ dicẛ Gre
gorius in mora. Odire
bonuȝ eſt maius peccatū
q̄ȝ non facere bonum.
Contingit. n. aliquādo ex infirmitate ꝙ homo
amat bonuȝ: ſed implere non pōt. Sicut ergo
grauius eſt pctm̄ diligere: q̄ȝ ipſuȝ perpetrare
ita nequius eſt etiam odiſſe iuſtitiā: q̄ȝ non fe-
ciſſe. vnde ſm eundē illi: q non ſolum bonuȝ
non faciunt: ſed etiam facientes perſequuntur.
ꝛ bonum quod in ſe nō habent: in alijs deteſtā
tur: peccant non p ignorantiā vel infirmitateȝ.
Sed ex certa malicia: ſicut pȝ in euangelio de
iudeis xp̄m pſequentibus: cum eſſet ſummuȝ
bonum: a quo nobis omne deriuaẛ. vnde dẛ.
Ambulabat ihs ꝛc. Et ſm hoc in euāgelio p̄-
ſenti occurrunt nobis quatuor ꝯſiderationes.

Prima ꝯſideratio.

Circa pmam ꝯſiderationem: q̄ eſt de
iudeoꝝ pſecutōe: cum dicẛ. Ambu-
labat ihs ꝛc. ſunt tres ꝯclōnes.
℄ Prima ꝯclo eſt: ꝙ amor bonoꝝ eſt argu-
gumentum virtutis: ꝛ odium eſt argumentuȝ
vitij. Boni. n. amant bonum: in quocunqȝ il
lud inueniant: ꝛ odiunt non nām: ſed vitium.
Mali aūt amant malum ꝛ odiunt bonum: in
quocunqȝ illud inueniant. Et ideo ſignum eſt.
ꝙ illi qui amantur a bonis: ſunt virtuoſi: licet
boni aliquādo falluntur. Non qdeȝ de rebus.
Bene enim ſciunt ꝙ iuſtitia eſt amāda: in quo
cunqȝ ſit: ſed de hoibus: quorum non noue-
runt cōſcientiam. vnde Augu. ſuper Johēm
Pertinet ad nos non hominem indagare cō-
ſcientias: ſed de ipſis rebus habeamus veraȝ
certamqȝ ſententiaȝ. E cōuerſo in malis argu
mentum eſt vitij odiri a bonis: ꝛ in bonis ar-
gumentum eſt virtutis odiri a malis: ꝛ argu-
mentum vitij amari a malis.
℄ Secunda concluſio eſt: ꝙ licet chriſtus nō
potuerit interfici ante tempus ſuum: nolebat
tamen in iudeam ambulare ꝓpter quatuor ra
tiones. ℄ Prima Criſo. ꝙ chriſtus oſtende
bat quandoqȝ q̄ erant diuinitatis: quādoqȝ ea
que erant humanitatis. Fugiebat enim perſe
cutores: vt homo. Apparebat autem perſecu
toribus: vt deus. Et vtrunqȝ vere exiſtens.
℄ Secūda eſt Theo. d. Seceſſit nunc in gali
leam: quia nondum paſſionis tempus adue-
nerat. vnde vanum reputabat in medio ini-
micorum eſſe: et eos magis incitare ad odiuȝ
℄ Tertia eſt Augu. di. ꝙ hoc xp̄s fecit conde
ſcendens noſtre infirmitati: qꝛ futurū erat vt
quis fidelis chriſti abſconderet ſe ne a pſecuto
ribus inueniretur: ꝛ ne illi pro crimine obijce
retur hoc latibuluȝ preceſſit in capite q in mē
bro confirmaretur. Igitur ſm eundem poten
tiam ſuam demonſtrauit quando voluit: ſed in
firmitati noſtre p̄bebat exemplum. ℄ Quar-
ta ē Aug. ꝛc. In glo. vt qualiter nos de vitijs
ad virtutes debeamus tranſire doceret. vnde
dicit. Dominus in carne manens frequenter
in galileam ambulat: vt eum imitari volentes
de vitijs ad virtutes trāſmigrare diſcant: ꝙ il
la figurabat velut illius tpis ſancti de iudea ad
gentes verbi dei tranſitum facientes.
℄ Tertia ꝯº ē: ꝙ qlȝ patiēter pſecutiōeȝ aliorū
debeat ſuſtinere ꝓpter tria. ſ. qꝛ maiores ꝛ me
liores eo hec ſuſtinuerunt. Etiam hec perſecu
tio eſt eis ad argumentum virtutis: ꝛ etiam eſt
ꝓpter veritatem quaȝ ſuſtinent: dicente Aug.
Non debent membra ſup caput eſſe: vt ſi xp̄s
ſit paſſus odium q eſt caput: ꝛ membra nō de-
bent recuſare. Recuſat eni eſſe in corpore: qui
odium nō n vult ſuſtinere cuȝ capite. Ad hebre
os. xj. Recogitate eum q talem ſuſtinuit paſſi
oneȝ ꝛc. Poteſt tamē qs vitare periculū tripli
citer. ℄ Primo timore cogēte. Mat. 26. Di
ſcipuli autem relicto eo fugierunt. ℄ Secūdo
prudentia ſuadente. ꝛ hoc dupliciter: vel cū vi
ta ſua ſibi: vel alijs eſt neceſſaria. Mat. 10. ca
pitulo. Cum vos pſecuti fuerint in vna ciuita
te fugite in aliam: vel quando perſecutio eſt p-
ſonalis ne perſequētes peius faciant. Eccl. 4.
Noli reſiſtere contra faciem potentis. vnde ſe
quitur. Ambulabat. Textus patet ex p̄dictis.

Secunda conſideratio.

Circa ſecundam conſiderationeȝ: que
eſt de ſamaritanoꝝ falſa perſuaſione
cum dicẛ. Erat autem dies feſtus iu
deoꝝ. vbi ſunt tres concluſiones.
℄ Prima ꝯclo eſt: ꝙ omnis ꝯſiliarius eē dȝ
preditus duplici virtute. ſ. prudentia ꝛ beniuo
lentia. ℄ Primo pȝ de prudentia. vnde Se
neca. Prudentis ꝓprium eſt examinare cōſi-
lia: ꝛ nō cito labi taȝ facili credulitate ad falſa ꝓ
labi. Prudens nō niſi iudicio credit: ꝛ nō niſi
examinatā ſniam in cōſenſum credulitatis ad-
mittit. ℄ Scđm pȝ de beniuolentia. Nam be
niuolentia eſt actus bone voluntatis: nulli red
dens maluȝ ꝓ bono. Sed omni reddens bo
num p bono: ꝛ bonum ꝓ malo. Et oēs actus
ſuos ordinans in laudem ꝛ honorē dei: ꝛ ſalu
tem aīaꝝ: ꝛ vtilitatem ꝓximi. vnde Bernar.
dicit. Ad ꝯſilium ſoli eliganẛ: qui ꝛ prudētes
eſſe videntur: ꝛ beniuoli. Abſqȝ. n. prudentia
ꝛ beniuolentia nō ſunt pfecta conſilia.
℄ Scđa ꝯclo eſt: ꝙ perſuadere malū in pericu-
lum aie: eſt ſpūaliter occidere. vnde Auguſti.
Si fratri tuo mala pſuades: occidis. Naȝ cō-
ſulens maluȝ: occidit in ꝓpria ꝯſcia: qꝛ facit eū
peccare. ſeparans eū a vita ſua. ſ. deo. vnde ideȝ
Periculoſe decipiunẛ: qui exiſtimant tm̄ eos
homicidas: qui manibus hoium occidunt ho-
mines: ꝛ nō potius eos: per quoꝝ cōſilium: ꝛ
fraudem: ꝛ exhortationē hoies extinguuntur.
Nam iudei xp̄m nō manibus: ſed linguis oc-
ciderunt. vnde dicit. Dixerunt aūt ad eum fra
tres eius. Tranſi hinc: ꝛ vade in iudeam.
℄ Notat hic Criſo. dicit h inſinuari hos cō
ſanguineos xp̄i voluiſſe chriſtum tradere ꝛ ꝓ
dere iudeis. Et ideo Jhere. 9. Datur ꝯſiliuȝ
ꝙ vnuſquiſqȝ ſe a ꝓximo ſuo cuſtodiat: ꝛ in oī
fratre ſuo fiduciā non ponat. Glo. interline.
Cognatum fratremqȝ caue: coniunqȝ ſodalem
vnde Grego. ibidem dicit. Callidus hoſtis
cum a bonoꝝ cordibus ſex cōpelli ꝯſpicit: eos
qui ab illis valde diligunẛ: exquirit. ꝛ per eorū
verba blandiens loqtur: qui plus ceteris amā
tur: vt dum vis amoris cor pforat: facile pſua
ſionis gladius ad itime rectitudinis munimi
na prorompat.
℄ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ pſuaſio de querēda glo-

ria mundi eſt ꝑiculoſa ſaluti animarum. Ratio eſt. Nam gloria celeſtis ſufficientiſſima eſt qꝛ replet vniuerſaliter totum hominis deſiderium: ad quam aſpirare debemus. Gloria autem mundi eſt vacua. Et ideo replere non põt mentem hoīs. Ratio eſt. Nam cor hoīs repleri non põt: niſi ꝑducatur ad finem. Finis autē hominis eſt deus. Auguſti. Homo eo ipſo ad imaginē dei factus eſt: quo capax ⁊ particeps eius eſſe poteſt: ideo nihil mundanum ipſum iplere poteſt. Cor. n. hoīs eſt ſicut vas. Et iō quando ad terrena incuruatur: non impletur. immo plus euacuatur. Sʒ qñ ad deum cõuertitur: tunc in rectum dirigitur: ⁊ ꝓpter hoc ſolū bonis eternis repletᷣ. Pſal. Replebimur in bonis domus tue. vnde prudētes ſunt: qui ꝓ iſtis bonis tꝑalibus trāſitorijs eligunt celeſtia ⁊ ſtulti ſunt: qui eligunt ea: que ſunt ſibi noxia vt pʒ. vnde dicitur. Tranſi hinc ⁊c. Perſuadent enim xp̄o ſm gloſam: ſicut inanis glorie cupidi. Eſt aūt proprium talium: vt qcquid fit ab eis ⁊ a ſuis: vt oſtēdatur in publico: vt videantur ab hoībus. Et qꝛ tp̄s tunc ꝯgruebat inani glīe ꝓpter multitudinē populi: qꝛ erat dies feſtus iudeorʒ ſcenophegie. i. fixionis tabernaculorum: qꝛ tunc per ſeptē dies habitabant in tabernaculis. In memoriā: qꝛ quadraginta annis fuerunt in deſerto. Et ideo addūt. Nemo qppe in occulto aliquid facit: quaſi ſub dubio ꝑſuadentes: verum xp̄s miracula faciat. Et ideo dicunt. Si hoc facis: manifeſta teip̄ʒ mundo. Ratio dubij erat: qꝛ fratres eius non credebant in eum. vnde augu. Iſti xp̄m conſanguineum habere potuerunt: Credere autē in eum faſtidierunt. Nam ſepe inimici hominis domeſtici eius. vnde gloſa ibidem dicit. Opera que veri diſcipuli faciebant: iſti neſciebant. Laudes diuinas populari fauori offerēdas exiſtimant. Et ideo non confidebat de eorum conſilijs ſm illud pſal. Non ſedi cum cõſilio vanitatis. Glo. Cor meum non appoſui illis ⁊c. Qui pre inani gloria bene fieri in trāſitorijs putabant: que cauſa eſt oīum iniquitatuʒ quaſi dicat. Tractatū iniquorum vitaui: facta autem nec incepi.

Tertia ꝯſideratio.

c Irca tertiam ꝯſiderationem: que eſt de xp̄i humili declinatione: tam dicitur. Dixit ergo eis ih̄s. vbi etiā ſunt tres concluſiones.

Prima ꝯclō eſt: ꝙ aſcendere ad celeſtia volentibus maxime expedit humilitas. Hoc. n. ꝓprie pertinet ad humilitatem: vt aliqs reputat ſeipſum: ne feratur in ea: q̄ ſunt ſupra ſe. Ad hoc autem neceſſarium eſt: vt aliqs cognoſcat id: in quo deficit a ꝓportione eius: qui ſuā virtutem excedit. vnde ſua cognitio ꝓprij defectus ꝑtinet ad humilitatem: ſicut regula quedam directiua appetitus. Et ideo cum aliquiſ ꝯſiderat ſuū defectū: tenet ſe infimū ſʒ moduʒ ſuum. vnde Iſido. dicit. Humilis dicitᷣ quaſi humo acclinis. Debemus igitᷣ nos in humo volutare per ꝓprie laudis declinationē ⁊ ꝓpriam reputationē: ⁊ laudare diuinam potentiam: ⁊ ſic honoratᷣ deus. Eccli. 3. Magna potentia dei ſolius: ⁊ ab humilibus honoratᷣ: qui. ſ. totū tribuūt deo: ſibi aūt nihil. Econtra aūt ſupbus ꝗntum eſt i ſe: deo aufert honorem. Roma. 2. dicitur de ſuperbo. Qui in in lege glorias per preuaricationem legis: deum inhonoras: Quod contra illos: qui non laudem dei: ſed ſuam querunt. Chriſtus enim humillimus fuit: ⁊ ideo precipue humilitatem cõmendauit verbo ⁊ exemplo: qꝛ per hoc maxime remouetur impedimētuʒ ſalutis humane: qđ conſiſtit in hoc: ꝙ homo ad celeſtia tēdat. A quibus homo impeditur dum in terrenis magnificare ſe ſtudet. Ideo etiam exteriorē celſitudinē contemnendam monſtrauit ꝑ humilitatē: qꝛ contēnentibus terrena: promittuntur celeſtia. Dixit ergo eis ieſus: qꝛ ipſe ex ſua humilitate fugiens gloriam humanam diſtulit aſcendere ad feſtum. Ratio ē: qꝛ tempus meum nonduʒ aduenit: tempus autē veſtrum ſemꝑ paratum ē. Quaſi di. ſm Aug. Vos inuitatis me ad gloriam. Tempus autem meuʒ. ſ. glorie mee quo veniaʒ iudicaturus cum potentia: nondum aduenit. Tēpus autem veſtruʒ qui mundi gloriam queritis ſemꝑ eſt paratum. q. d. Duplex ē tempus. ſ. futurum ⁊ p̄ſens. Ad tempus futurum perueniunt ſancti per tribulationem. vnde ſap. Tanꝙ auruʒ in fornace ⁊c. Sequitur Et in tēpore erit reſpectus illorum. ⁊ hoc tempus non ſemꝑ eſt paratum: ſed in ſpe expectatᷣ Aliud eſt tēpus preſens quo mundani gloriā querunt. vnde hoc? Ideo qꝛ ipſi mundo conſentiunt ⁊ mundus eis.

Sc̄d̄a ꝯcluſio eſt: ꝙ reprehenſio malorum fomitē odio miniſtrat. Nam ꝯtrarietas opeꝝ arguit contrarietatē mentium: ⁊ ꝑ ꝯn̄s odiuʒ. Sed qꝛ opera mundi ⁊ xp̄i erant cõtraria. Iō etiaʒ mente aduerſabantur. Ideo xp̄s mundū



redarguens ꝓpter peruerſitatē operum: eorū indignationeʒ incurrit. vnde de hoc conqueritᷣ dn̄s. Amos. 7. dicens. Odio habuerunt corripientē in porta. vbi glo. Iheronymi. Porte mortis vitia: porte vite virtutes. Habetur ſᷓt odio iuſtus exiſtēs in porta virtutū: ſi corripit maluʒ exiſtētem in porta mortis. Sic etiam conſentiens in malo fouet paceʒ malorum: qꝛ equalitas operum arguit equalitatem mentiuʒ ⁊ concordiam: ſʒ cum maloꝝ opa ſint eadem ⁊ mente concordabunt. vnde Gre. Sicut ſolet eſſe noxiū ſi vnitas deſit bonis: ita ꝑniciosum ē ſi nō deſit malis: vnde ꝑuerſos quippe vnitas corroborat duʒ ꝯcordāt: ⁊ ꝗ̄to magis vnāimeſ ſunt: tāto magis īcorrigibiles: ⁊ h̄ eſt qđ dic̄. Nō poteſt mūdus vos odiſſe: qꝛ ſequimini ꝯplacentiā mūdi: me aūt odit: qꝛ teſtimonium ꝑhibeo de illo: qꝛ opa eius mala ſunt. Et ideo eū redarguo. Ex quo ſequitur ꝙ odium cauſatur ex redargutione malorum operum.

Tertia ꝯclō eſt: ꝙ ſicut humilitas eſt via ad celeſtia: ita gloria mundi eſt vitanda: qꝛ impedimentū eſt aſcendētibus ad celeſtia. Et ideo dominus recuſauit aſcendere ad feſtum ꝓ gloria mūdi: ꝑmiſit tñ eos aſcēdere ꝓꝑ tres ratiōes.

Prima eſt: vt doceret nos vitare oēʒ vanā gloriā. vnde Theo. Si xp̄s vana gloria detineretur: retinuiſſet eos ſecuʒ. Nā glorie mūdi cupidi ꝯſueuerūt multos habere ſecuʒ. Secūda eſt: vt doceret eos vitare adulationeʒ. vñ Criſo. dicit. Chriſtus dicit: vos aſcēdite: oſtēdēs ꝙ eis blandiri nō vult. Tertio vt oſtēderet eos ꝗrere gloriā mundi. Unde Augu. Uos aſcēdite: ꝗ gloriaʒ humanā queritis: vbi extēdere vultis carnalia gaudia nō eterna cogitare. Hec cum dixiſſet māſit in galileam ibi faciens aliqualē dilationē. Ut autem aſcenderunt fratres eius: tūc ⁊ ipſe aſcendit non in manifeſto: ſed q̄ſi in occulto. Hic lʒ xp̄s videatᷣ ſibijp̄i ꝯtradicere. ſ. de aſcenſu: tñ ſm Aug. xp̄s non aſcēdit eo. ſ. modo quo ꝑſuadebāt ſibi diſcipuli: qꝛ poſtea aſcēdit nō gl'iari tꝑaliter: ſed docere ſalubriter. Aſcēdit etiaʒ nō in manifeſto: ſʒ q̄ſi in occl'to. Primo ad humanitatis oñſionē. Sc̄d̄o ad exēpluʒ noſtꝝ: vt ſi aliqñdo ꝯtingat nos incidere periculuʒ: ſciamus quid nos oporteat agere. Tertio vt doceret nos declinare humanū fauorem ſm alcuinum.

Quarta ꝯſideratio.

c Irca quartā ꝯſiderationē que eſt de iudeoꝝ curioſa requiſitione cum dr̄. Iudei aūt querebant eū: occurrūt tres ꝯ͡cnes.

Prima concluſio eſt: ꝙ lʒ chriſtus a diuerſis diuerſimode queratur. Nam primo aliqui ipſum querunt in ipſo delectando vt contēplatiui. Pſal. Letentur oēs qui querūt te ⁊c. Alij ꝓpter refectioneʒ. Pſal. Et querebant a deo eſcam ſibi. Alij propter cure ſanitatē. Sapien. 28. A deo querūt medelam. Alij propter inſtitutionē. Prouerbioꝝ. 17°. Cor ſapiētis querit doctrinam. Alij propter mortis occaſionem: ſicut iudei contra eum indignati. propterea quia eorum maliciaʒ redarguit. vnde glo. ſuper illud pſal. Conſiderat peccator iuſtum ⁊ querit mortificare eum ⁊c. Peccator inſidiatur iuſto quia grauius eſt ei ad videndum: ⁊ diſſimilis eſt ei vita eiꝰ. Et ideo querit occidere eū Iudei igitᷣ querebant in die feſto. vñ ꝗrentes eū di. Ubi eſt ille? nō vbi ē ieſus: qꝛ ſm Criſoſto. ꝗrebāt euʒ ex odio: ⁊ non eū noīabant ꝑuipēdētes eū ⁊ idignāter ferētes eiꝰ correctiōeʒ.

Sc̄d̄a ꝯclō eſt: ꝙ diuerſa erat opinio de xp̄o. Nam qdam ꝯſiderantes opa eius. ſ. p̄dicationem: infirmoꝝ curationē: ⁊ miraculoruʒ corruſcationē: dicebant ipſum eſſe bonuʒ. Alij autem ꝑſequētes eum ꝓpter iuſticiaʒ: ⁊ pctōꝝ redargutionē: vice ꝯtraria murmurabant de eo. ſ. ei culpā imponētes: maxime de eo ꝙ ad pctōres ⁊ publicanos diuertiſſet ſe: iuſtos reputantes: cuʒ eſſent maiores pctōres. Et ſeqtᷣ Et murmur multus erat. i. ꝯtradictio opinionis erat de eo in turba. Nam qdam dicebant: quia bonus eſt. Alij non: ſed ſeductor.

Nota ſm Augu. ꝙ ſeductor aliqñ ſumitur in bonam parteʒ. Naʒ ſeducere aliqñ idem eſt qđ ſeorſum ducere: qđ fit dupliciter. Uno modo a veritate in falſitateʒ. Sic xp̄s non fuit ſeductor: qꝛ fuit ipſa veritas: que in falſitatē ducere nō potuit: vel ecōuerſo a falſitate in veritatem: ⁊ ſic xp̄s ſeductor dici potuit. Ihere. 20. Seduxiſti me dn̄e ⁊ ſeductus ſum. Qñqꝫ idē eſt qđ decipere ſic nullo modo dr̄ ſeductor.

Tertia ꝯclō eſt: ꝙ metꝰ iudeoꝝ tā maiores ꝗ̄ minores ꝯpulit: vt quiſqꝫ opinionem ſuam de chriſto: ſiue bonam: ſiue malam: manifeſte nō auderet fateri. Nam maiores freq̄nter libenter intuliſſent xp̄o mortem. ſed non audebant: qꝛ timebant turbas: qꝛ eum tanꝙ ꝓphetam habebant. Minores autem territi timore ſuperiorum: non audebant cõfiteri ipſum eſſe chriſtum. Et ideo vt dicitur Naym ſecundo. vtriqꝫ erant murmurantes in cordibus ſuis.

Et hoc eſt qđ dicitur. Nemo tamen palam lo
quebatur propter metum iudeorum. Naȝ illa
vox: ſcilicet bonus eſt: erat multitudinis: q nõ
audebant palam loqui ,ppter metum principũ
Sed illa vox: ſcilicet ſeductor eſt: erat principũ
qui etiam propter turbam non loquebanť pa/
lam: quia turbe eum vt prophetam habebant.
De quo Criſoſtomus. Qui principabantur
corruptionem habebant. Qui autem ſubijcie/
bantur: ſani quidem erant iudicio. ſed liberta/
tem dicendi non habebant. Quam libertatem
nobis concedat ihs xp̃s paſſus pro nobis.

¶ Feria quarta dominice in paſſione.
Sermo ſeptuageſimus quintus.

## Acta ſunt en

f
cenia in iheroſolymis ⁊ hy
ems erat. Johis. 10. Se
cunduȝ qđ dicit Bernar.
in ſermone quodaȝ. Quo
tiens peccantẽ videris fra
trem continuo debet procedere compaſſionis
affectus. Ne ergo quis dura ceruice beneficio
compaſſionis abutatur ⁊ zelus iuſtitie abijciať
Ideo oportet ſpiritũ diſcretiõis adeſſe: vt ſicut
compatiebatur fratri: ita etiam compatiatur iu
ſtitie dum ſit. Et ideo Bernar. in li. de corre/
ctione dicit. Arguere interdum eſt neceſſariuȝ
Feruent igitur in nobis amor iuſtitie: ⁊ odiuȝ
iniquitatis. Nemo fratris vitia diſſimulet di.
Nunqd cuſtos fratris mei ſum ego? Eſt ergo
conſentire ſimile cum arguere poſſis: ⁊ ſcimuſ
q̄ ſimilis pena debetur facienti ⁊ conſentienti
Videſ igitur ſaluator iudeos letitie tpali dedi/
tos que finalr̃ aufert a nobis gaudiuȝ eternuȝ.
c Ogitauerūt autem ꝑncipes ſacerdotum. Johis. 12°. Scd̄m ꝙ dicit Ber. Homo peccando vitā amiſit ⁊ morteꝫ inuenit: q͛ ⁊ d̄s ita ꝑdixerat ⁊ iuſtuꝫ ꝓfecto erat vt ſi peccaret homo moreref. Vita quidem anime deus eſt ipſa corporis. Nō potuit diuidi aīa a deo niſi peccando: nec corpus ab ipſa niſi moriendo: nihil profecto congruētius q̄ꝫ vt mors operata ſit mortem ſpiritualis corporaleꝫ. Culpabilis: penalē. Voluntaria: neceſſariā. Cuꝫ hac gemia morte hō dānat⁹ fuiſſet: vtraqꝫ d̄s ⁊ hō vita ſua corporali ⁊ volūtaria benigne ⁊ potēter occurrit vtrūqꝫ dānando vt ſicut vna i nobis in culpe meritū ⁊ altera in pene debitū reputaref. Sic corporalr̄ patiens ſoluit pene debitū ⁊ volūtarie moriēs: nobis vitā ⁊ iuſtitiā ꝓmeref. vnde pꝫ mortis meritum eē peccatū: ⁊ peccati debitū morſ: xp̄o remittēte pctm̄: ⁊ moriente ꝓ peccatoribus: ꝓfecto nullū eſt iaꝫ meritū: ⁊ ſolutū eſt debitum: vt pꝫ in preſenti euāgelio. vbi occurrūt octo ꝯſideratiōes.

Prima ꝯſideratio.

c Irca primaꝫ ꝯſiderationem: que eſt de ſpūalis vite ꝑ mortē xp̄i reſuſcitatione cum dicitur. Cogitauerunt: ſūt tres concluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ quantūcunqꝫ aliqs ſit magnus peccator: nō dꝫ deſperare etiam de maxima grā acqrenda: cuꝫ habeat poſſibilitatē ad gradū quēcunqꝫ grē poſſibileꝫ ipſi creature Naꝫ lꝫ peccatum iclinet ad oppoſitū: ⁊ q̄ꝫtum etiā maius eſt magis iclinat: tn̄ capacitateꝫ grā non aufert: cū ipſa ſit homini nālis etiā cū grā q͛ etiā cum quocunqꝫ gradu grē ſit a diſtributione diuina. Ideo nulla eſt diſpoſitio neceſſitatis: ad quēcunqꝫ gradū grē ex parte hoīs. Cōgruuꝫ tn̄ eſt: vt inequalr̄ d̄s ꝯferat gratiā inequaliter ſe diſponentibus. vnde iſtud intelligitur i lazaro quatriduano: q ſignat maximū peccatorem: qui ſpūaliter mortuus erat: ꝑ peccatū quadrifarie. ſ. ꝑ conſenſuꝫ: per opis impletionem ꝑ delectationem: ⁊ ꝯſuetudineꝫ: Is tn̄ a morte ſpūali ꝑ grāꝫ merito paſſionis excitatur.

¶ Scd̄a ꝯclo eſt: ꝙ d̄s conuerſos frequenter permittit ſuſtinere iſultus tēptationuꝫ: vt i virtutibus exerceaf. vnde Iſido. de ſum. bo. Tūc grauari magis ſe qſqꝫ impulſu vitioꝝ agnoſcit dum ad cognitionē dei acceſſerit. Nā vitia añ ꝯuerſionē paceꝫ cū homine hn̄t: quādo autē expelluntur: tunc acriori virtute ꝯſurgētes: ſiūt inimica ꝯuerſo: q̄ peccatori antea blandiebanf Fit tn̄ talis afflictus nō ad dānationeꝫ: ſꝫ ad ꝓbationeꝫ. vn̄ ſeqtur. Vtile eſt ſeruo dei poſt cōuerſioneꝫ tēptari: quatenus a torpore negligētie ſolicitantibus vitijs ad virtutes: animā per exercitium prepareret vitioꝝ. vn̄ dicitur. Cogitauerunt ꝑncipes ſacerdotuꝫ: vt lazaꝝ interficerent. Principes auteꝫ cogitationes ſapie ſecularis: que ꝯſideratione nobilitatis generis dicuntur ꝑncipes: ⁊ ꝯſideratione dignitatis ſacerdotes dicuntur. Et ꝯſideratiōe ſagacitatis: dicuntur ſcribe: ⁊ conſideratione vite ſingularitatis: dicuntur phariſei. He dicūtur tēptationes: quia eleuantes cor iuſti in ſuperbiam trahere nituntur in recidiuum.

¶ Tertia ꝯcluſio eſt: ꝙ perfectio vite poſt conuerſionem efficax eſt: alijs etiā ad exēplum conuerſionis. Nam talis mutatio dicitur dextre excelſi. Cuius eſt motu proprio voluntateꝫ flectere. Hec enim taliter in nomine ꝯuerſioneꝫ operatur: vt etiaꝫ ſimul cuꝫ hoc moueat volūtateꝫ ad donum grē acceptandum. Vn̄. Ro. 4. Ipſe enim eſt: qui iuſtificat impium ꝛc. vnde dicitur. Multi ꝓpter illum abibant ⁊ crediderunt in ih̄m. Quid per iudeos intelligiť: niſi eos: q exēplo ꝯuerſi: ſpūali circunciſione auferentes: ꝑputium carnis ꝯcupiſcentie cultro cōfeſſionis exercitāt ſe in laude diuina? Hij aūt abeuntes a ꝯſortio iudeoꝝ. i. demonum. Demones. n. credunt: ⁊ ꝯtremiſcunt. Jacobi. 2. Crediderunt in ih̄m: ei ꝑ fidem: ſpem ⁊ caritatem inherendo. vn̄ ſm Yſa. lex dei quotidie ad aures noſtras pulſat: ⁊ factoꝝ documenta bonoꝝ cordis noſtri affectum ꝓuocant. Et ſi prauoꝝ ſepe ſecuti ſumus exempla: cur nō imitamur ſanctoꝝ digna ⁊ deo placita facta?

Scd̄a ꝯſideratio.

c Irca ſcd̄am ꝯſiderationem: q̄ eſt de ꝯuerſoꝝ debiti obſeqj exhibitiōe: cuꝫ dicitur. In craſtino auteꝫ. occurrunt tres concluſiones.

¶ Prima ꝯclo eſt: ꝙ ad verā ꝯuerſioneꝫ nō ſufficit mala relinquere: ſꝫ opꝫ etiā ſe exercere in opibus virtuoſis. vn̄ Grego. in ome. dicit ꝙ minus eſt malum nō agere: q̄ꝫ niſi qſqꝫ etiā ꝛc. Et hoc intelligitur cū dicif. Turba multa. ſ. iudeoꝝ: q iaꝫ penitentiā ſpiritualis ꝯuerſionis abſtulerunt penitentiaꝫ carnalis ꝯcupiſcentie: que cuꝫ audiſſet aure cordis: ꝑ inſpirationes ſecretas uocationem ꝑ ſcripturas ⁊ predicationes. ſ. q͛ venit ieſus. i. gratia ſalutis nobis venerit per paſſioneꝫ ei⁹: iheroſolymaꝫ. i. vt nos transferret in ſupernā pacem vite eterne acceperunt ꝛc.

¶ Secunda ꝯclo eſt. ꝙ talis conuerſio debet eſſe feſtina cōtra illos q dicunt vſqꝫ in ſenectā ⁊ ſenium. vnde licet aliqn̄ tales deus diutius expectet tn̄ in fine eos acrius punit. In mora eſt eniꝫ ꝑiculum. Eccſ. 7. Ne tardes conuerti ad dominuꝫ ⁊ ne differras de die in diē: ſubito enim veniet ira eius ⁊ in tempore vindicte diſꝑdet. Et hoc ē ꝙ dicif: in craſtino aūt. q. d. ꝙ tale exercitiuꝫ nō eſt ꝓcraſtinādū: ſed ſtatim poſt conuerſionem in craſtino. i. ſine differentia eſt incipiendum ⁊ perficiendum.

¶ Tertia ꝯclo eſt: ꝙ poſt conuerſioneꝫ exercitatio debet fieri maxime in tribus. ¶ Primo in imitatione bonoꝝ opeꝝ in alijs. Nā virtutes nō ſunt nobis a natura: ſed ab alioꝝ exemplis acqrunf. vn̄ Iſid. dic̄ ad correctionē moꝝ multū valēt exēpla bonoꝝ. Mētes. n. inchoantium non queunt proficere ad bene viuendum niſi perfectorum informenf exemplis. vn̄ dicit

Acceperunt ramos palmarū. vnde ramos de
arboribus decerpunt: q ſibi in bonis opibus
viros ſpūales ad imitandū ꝓponunt: q accipi
untur ꝑ arbores: q̄ ſurgentes de terra: erigunt
ſe ſurſum ad celum. Quidaꝫ ſunt vt palma: ⁊
de iſta decerpendus eſt ramus pnie. Pſalmi.
Iuſtus vt palma florebit. i. victores: qui ideꝫ
ſunt vt iuſti. Quidā ſunt vt oliua: ⁊ de iſta de
cerpēdus eſt ramus mie. Pſal. Ego ſicut oli
ua. Quidā ſunt ſicut cedri: q̄ eſt arbor imputri
bilis. Ab iſta decerpendus eſt ramus virgini
tatis. vnde eccli. 4. Quaſi cedrus exaltata ſuꝫ
Scđo in propriorꝫ operum ꝓpenſione.
Hoc. n. facit vere humilis: qui ex humilitate
non reputat opa ſua bona. Luce. 17. Cuꝫ oīa
feceritis: q̄ precepta ſunt vobis ⁊c. Glo. reſpe
ctu dei: q bonorꝫ noſtrorꝫ non indiget: non re
ſpectu ſui vel primi. Glo. Si vero homo ab
hoīe ſeruo nō vniforme: ſed multiplex miniſte
riuꝫ exigit: q̄to magis vos nō vnius tm̄ opis
vſu vos exercere debetis: ſed ſemꝑ nouis ſtudiis augere hora. vnde tanto magis debemꝯ
nos humiliare: cum de illis multa omiſerimꝯ
Debemus igit̄ nunq̄ ceſſare a bono opere: ⁊
tamen totum meritum noſtrꝫ inſufficiēs reſpe
ctu mercedis eterne reputare verum eſt de cō
digno: non de ꝯgruo. Non ſunt ꝯdigne paſſi
ones ⁊c. vnde dicit. Proceſſerunt. ſ. cum me
ritis. Obuiaꝫ ei. ſ. diue bonitati aſcribendo.
Tertio in diuine laudis gratiarꝫ actione: q̄
maxime debet̄ illi: qui gratis beneficiuꝫ ꝯtulit:
ad qđ non tenebat̄. In deo aūt ṗncipalr̄ inuenitur cauſa debiti: cum ſit ṗncipium oīum bonoruꝫ noſtrorꝫ. vnde reqritur ꝙ ille q ſuſcipit
beneficium: obliget̄ ad gratiarꝫ actiones. Cū
ergo a deo ſimus beneficiati: ſimus ſibi grati
voce laudis. Hoc. n. eſt ſibi maxime gratum.
Pſal. Sacrificium laudis honorificabit me.
vnde iſti aduertentes multitudinē culpe ſue ⁊
miſerationis dei: deuotiōe magna q̄ eſt amor
interior aīe: clamabant magna voce de ſua mi
ſeria dolentes: de ſua ſuauitate gaudentes: ⁊
gratias agētes. d. Oſanna benedictꝯ q venit
in noīe domini: rex iſrael. Ubi ṗmo poſuit
ſuffragium: qꝛ oſanna idem eſt qđ ſalua obſecro. Iſaie. 33. Ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos.
Scđo reducit debitum obſequium. Quili
bet enim tenetur benedicere ⁊ laudare deum.
Pſal. In omni loco dominationis eius ⁊c.
Scđo in omni tpe ꝓpter ꝯtinuam influen
tiaꝫ pietatis. Tho. 4. Omni tpe benedic deū.

Tertio omnibus modis ꝓpter influentiam
infinitam bonitatis. Tho. 13. Benedicite do
minum omnes electi eius. Et dicit. In nomi
ne domini. i. patris: in cuius gl'iaꝫ oīa ordina
bat. Dicunt etiam rex iſrael: qꝛ ſm Aug. xp̄s
dicitur rex ab effectu: eo ꝙ mentem regat: vel
eo ꝙ ad regnum celorum ꝑducat.

Tertia ꝯſideratio.

Circa tertiam ꝯſiderationem: q̄ eſt de
gratie ꝑuenientis diſpoſitiōe: quod
inducit humane nature ſubiugatio;
cum dicitur. Et inuenit ih̄s aſinuꝫ. vbi occur
runt tres concluſiones.
Prima ꝯclō eſt: ꝙ lꝫ gratia dei oībus ſine
acceptatione ꝑſonarꝫ preſto ſit: cum ſit donum
dei ſupnaturale a ſolo deo vere collatum: reqꝛ
rit tamen diſpōnem debitā in recipiente. Naꝫ
ſicut videmus in agente nalī: ꝙ agens natura
le non pōt inducere formā: niſi materia ſit pre
parata. Et ideo alteratio ṗcedit introductionē
forme ſubſtantialis: vt contraria diſpoſitiōes
amoueantur: ⁊ conuenientes introducantur.
Sic etiam eſt in ſpūalibus: ꝙ ab agente ṗmo
⁊ principali. ſ. deo nō introducitur forma grā
tie in aīam tanq̄ in ſuuꝫ ꝑſectibile: niſi anima
diſpoſita ⁊ p̄parata ſit. Hoc intelligit̄ cum dicitur. Ieſus. i. gratia ſalutaris. Inuenit aſellū.
Per aſinum intelligitur humana natura obtuſa ſenſu: que impedit̄ ad recipiendū gratiam
ꝓpter indiſpoſitionē: habilis tamen ad diſpoſitionem. Ipſa. n. humana natura lꝫ lapſa fue
rit: non tamen inueterata ⁊ obſtinata/ ⁊ ꝯconſequens in ea remāſit aliqua aptitudo ad ſuſce
ptionē grē: ⁊ nō in angl'o cū fuerit obſtinatꝯ.
Nota tamen ꝙ aliqđ eſt habile ad gratiam
dupliciter. Uel ꝑ potentiam dei abſolutam: ⁊
ſic vtraq̄ ad gratiaꝫ fuit habilis vel repabilis
Uel per potentiam dei ordinatam: ⁊ ſic huma
na natura ſolum eſt habilis. Si loquamur de
potentia reperabili. Hoc etiam dupliciter: vt
de potentia actiua: vel de potentia paſſiua. Et
hoc dupliciter. Primo modo vt eſt aptitu
do nuda obedientialis: ſic vtraq̄ fuit reparabi
lis. Alio modo vt eſt aptitudo diſpoſita: ſic
humana natura erat habilis: quia ſola penitētie ſuſceptibilis.
Scđa ꝯclō eſt: ꝙ gratia dei inueniēs in no
bis habilitateꝫ: ꝯfert nobis diſpōnem: cauſan
do in nobis alias virtutes: qbus adipiſcimur
dei acceptationem. Ratio eſt hec: qꝛ nullus ē
deo acceptus ⁊ gratioſus: niſi ſit promptus



ad ſingula opera virtutū: quam ꝓ̄ptitudinē
habet per virtutes qbus exitur in actus virtuo
ſos. Sicut etiā aīa nō eſt ṗncipium opū naturalium: niſi ꝑ organa in corpore determinata.
Sic gratia gratum faciens ceteras virtutes in
cludit: quibus ſit acceptabilis deo. Et hoc eſt
quod dicit: ꝙ ih̄s: ideſt gratia ſedit ſuꝑ eum: in
anima cauſando virtutes integrantes gratuo
ſitatem deo acceptabilem.
Tertia ꝯclō eſt: ꝙ ſex ſunt virtutes nos diſ
ponentes nobis collate per gratiam. Prima eſt lumen fidei: qua mens illuſtratur veritate eorꝫ: que a d ſalutē reqrunt̄. vnde Augu.
dicit. Fides eſt omnium bonorꝫ fundamentū
humane ſalutis initium: ſine hac nemo pōt ad
filiorꝫ dei numerꝫ pertinere. vnde licet intellectꝯ noſter ſufficiēter intelligat ea: que ſunt ſub
ſua facultate: indiget tamē lumine fidei: in hiſ
q̄ excedunt naturalem cognitioneꝫ. Et hoc lumen dicit̄ lumen gratie: inq̄tum eſt nature ſu
peradditū. vnde dicit̄. Sicut ſcriptū eſt. Qua
ſi dicens ꝙ omnia que ſunt neceſſaria ad ſalu
teꝫ: ſcripta ſunt in hijs q̄ fidei ſunt fulcimentū.
Scđa eſt fiducia de deo: q̄ excludit timorē.
Nam ipſa eſt ſpes roborata ex alia firma opinione. Et ideo excludit timorē. Pſal. Fiduci
aliter agā in eo ⁊c. vnde nota ꝙ fiducia aliquā
do ꝯcipitur ex hoc ꝙ aliqs credit alicuius auxi
lium ꝓmittentis. Sed qꝛ fides dicitur etiam
opinio vehemens: ꝯtingit aliquem vehementem opinari: nō ſolum ex dicto alterius: ſed ex
facto ꝯſiderato alicuius amicitie: puta cum ali
quis ꝯſiderat alium amicum ſuum eſſe potenteꝫ: fiduciam hꝫ iuuari ab eo: ⁊ ſic timor caſſat̄
vnde dicitur. Noli timere. vbi Auguꝯ. Noli
timere cuꝫ patitur ille: qꝛ eius ſanguis ꝓ te fun
ditur: per quem tuum delictum deletur: ⁊ vita
redimitur. Tertia eſt dilectio dei: qua adoptamur in filios dei. Ad Ro. 8. Non accepiſtis ſpūm ſeruitutis: ſed accepiſtis ſpiritum ado
ptionis filiorum dei. Ratio eſt. Nam ꝓpriuꝫ
eſt filiorꝫ adimplere preceptum patris. ſed cari
tas facit adimplere p̄cepta dei. Ideo cauſat in
nobis adoptioneꝫ filiorum dei. vnde ṗma ad
Thimo. ṗmo. Caritas eſt finis p̄cepti de corde puro: ⁊ conſcientia bona: ⁊ fide non ficta.
Glo. Caritas eſt finis ꝯſumationis: non con
ſumptionis. Plenitudo. n. legis eſt dilectio.
vnde aīa in caritate radicata: dicitur filia ſyon
qđ interp̄tatur ſpecula. Nam aīa exn̄s in alto
ꝑfectionis: ſollicite ſpeculatur: ꝯſiderando ea:
que beneplacita ſunt dilecto. vbi Augu. in li.
de ꝯceptione ⁊ gratia. Cuꝫ dixiſſet ꝙ ſine gra
tia nullum bonum hoīes faciunt: ſubdit. Non
ſolum vt miniſtrante ipſa qd faciënduꝫ ſit ſciāt
verum etiaꝫ vt p̄ſtante ipſa faciant cum dilecti
one qđ ſciūt. Et ſic pꝫ quomō cauſat gratia ca
ritatem. Quarta eſt vera obīa. Ipſa. n. eſt
ſm Greg. ſola virtus: que alias virtutes mē
ti inſerit: inſertaq̄ cuſtodit. Et ideo regit oēs
noſtras meritorias actiones: inq̄tum. ſ. ordinantur ad obediendū diuine voluntati: qꝛ ſm
Ber. dirigit greſſus noſtros: ⁊ ſancte ꝯuerſionis gratiā ꝓmeretur. Et ideo dicitur rex virtutum. Quod pꝫ cum dicitur. Ecce rex tuus
venit ſedens ſuꝑ pullum aſine: intelligenduꝫ
ꝙ obīa hꝫ officiū regis. Primo qꝛ regit eū
quē poſſidet. Greg. Dū alieni voluntati ſubdimur nos ip̄os ſuperamus. Secundo qꝛ
facit nos acceptatiōe dignos. Ber. Quid vis
me facere? Eſt verbum omni acceptatione di
gnum. Tertio qꝛ ſubdit deuꝫ noſtre volun
tati. Greg. Si obediētes fuerimus p̄poſitis
noſtris: obedit d̄s orōibus noſtris. Quar
to qꝛ nos efficit reges regni celeſtis. Mat. 12.
Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata.
Quinto eſt teſtimonium ꝯſcie: quo qs certificatur in mentis ꝯſideratōe de reqſitis ad ſa
lutem. vnde apl's videns teſtimonia xp̄i: qui
opatus eſt ſalutem noſtrā eſſe credibilia dixit.
Scđa ad Thimo. ṗmo. Scio cui credidi: ⁊
certus ſum ⁊c. De quo Ber. ait ſuꝑ cantica.
Nihil ab hac luce clarius vel gl'ioſius h̄ teſtimonio: cuꝫ veritas inſulget: ⁊ mens noſtra in
veritate ſe videt. Sed qualē? Pudicam: vere
cundā: pauidā: circunſpectā: nihil penitus ad
mittentem: qđ euacuet gl'iam ꝯſcie atteſtantis:
in nullo ꝯſciam ſibi faciens. In quo erubeſcat
p̄ſentia veritatis. Scđm eundem teſtimoniū
ꝯſcie verꝫ eſt. Cum ſpiritus ſanctus teſtimoni
um ꝑhibet ſpiritui noſtro q peccata ꝯdonat: ⁊
merita donat: ⁊ p̄mia ipſe redonat. vnde dicit̄
Teſtimonium ḡ ꝑhibebat turba. q. d. Turba
ſanctarꝫ affectionum: que erat cum gratia: quā
do lazarꝫ. i. pctōrem vocauit. ſ. ad gratiā cōdonando: teſtimonium ꝑhibebat. ſ. potētie eius:
quādo eum ſuſcitauit a morte: merita donādo
Et ꝓpterea venit ei turba obuiā: qꝛ audiebāt
eum feciſſe h̄ ſignuꝫ. ſ. mirabile: qꝛ illi peccato
ri p̄mia redonauit. vnde Aug. Utile eſt teſtimonium: qđ ordinat̄ ad introducendū fideꝫ in
cordibus hoīum. Sexta eſt zelus iuſtitie:

quia tales taliter in fide ſolidati: miraclis ⁊ exēplis zelando p fidem: oēs nitūtur ſubdere ſi dei: ⁊ retrahere a pſecutiōe. vnde dicit. Phariſei ergo. ſ. illi q expectabāt ſalutem. Dixerūt adinuicē: admirantes mirabilia dei. Uidetis quia nihil pficimus pſequendo: qꝛ iſta que vidimus: a deo ordinata ſunt ad oīum ſalutem. Ecce mundus totus poſt eum abijt. ſ. a perfidia iudeoꝝ: ⁊ adheret ei. vbi dicit Criſo. ꝙ nō fuit verbum phariſeoꝝ inuidentiū: ſed magis credentium: volentium retrahere alios a perſecutione chriſti.

Quarta conſideratio.

c Irca quartā conſiderationem que ē de ſufficiētia meriti chriſti mortis generalis applicatiōe que innuit legis nature admiſſio cū dicit. Erant aūt gentiles: vbi ſunt tres concluſiones.

C Prima ꝯclō ē: ꝙ paſſio xp̄i opportunitate congruitatis nō neceſſitatis fuerit ad hoc ordinata: vt ſuos redimeret: oportuit non ſolū ſibi adherentibus ſubuenire: ſed ēt eos: q p pctm̄ obierant p ſuā gratiā reuocare: cū per ſe redire nō ſufficiāt. Quid mirū: ſi oportuit eū adducere: cum qō longe maius eſt: oportuit eū humeris pprijs reportare? Tunc. n. a deo receditur p pctm̄: cū cogitatōes ⁊ affectiones aīe circa res tꝑales ⁊ corruptibiles occupant. Sȝ qñ ſe ſubijciunt recte rationis ordinationi ſe regēdas: tunc gratia dei adunant: de quo oſee primo. Congregabunt filij iſrael. i. cogitationes ⁊ affectiones: ⁊ ponent ſibi caput vnum. vnde dicit. Erant autem gentiles qdam q aſcende. Gentiles. n. ſunt appetitus carnales qui ſollicitantur in ſuperfluis tēporalium. Naȝ in gētili ſunt duo. ſ. prepucium ⁊ idolatria. Prepucium eſt caro ſuperflua ſignans ſupfluitatem eoꝝ q̄ corporis ſunt: vt victus ⁊ veſtitus quorum ſollicitudo eſt prepuciū cordis. Iher. 4. Circūcidimini viri iuda ⁊ auferte pputia cordium veſtroꝝ. C Itē ſunt idolatre. Cupidus eſt idolatra. Colo. 3. Auaritia eſt idoloꝝ ſeruitus. vnde dicit. Erant gentiles. i. ſpūales. Hij. ſ. vocati inſpiratione aſcenderunt affectu: vt adorarent: ſed diuinam clementiam pro venia. In die feſto. Id ē in tēpore gratie: quo ſolū: neqȝ ante: neqȝ poſt orationes exaudiuntur ⁊ venia condonatur.

C Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ due ſunt vie perducentes in vltimum finem: ſed cognitio diuina ⁊ dilectio pcedens a duplici potentia. ſ. intellectiua: ⁊ volitiua. Probat. n. qꝛ finis nō attingit niſi per operationē eius qō eſt ad finem: ſicut videmus in naturalibus ꝙ grauia nō atingunt centrum: niſi per motū deorſū: ſȝ finis vltimus rationalis creature eſt beatitudo. Igit ad hūc finem nō pertingit hic niſi per operationes: ⁊ maxime per tales operationes que cōgruūt fini: ſicut ē cognitio ⁊ dilectio. Igit iſte due vie. Qō aūt cognitio ꝯgruit fini pȝ. Ioh. 15. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant ⁊c. Patet etiam de dilectione p illud. Ioh. 8. Si qs diligit me. Et hoc ē qō dicit. Hij ergo acceſſerūt ad philippū: qui interpretat os lampadis: id eſt intelligens pdicator diuine ſapiētie. Bethſaida: Id eſt de domo venatoꝝ: id eſt apoſtoloꝝ qui predicatione fidei venati ſunt animas que perierunt. Galilee: Id eſt trāſmigrationis: qꝛ animas tranſmigrare fecerunt de culpa ad gratiā de pena ad gloriam: Et interogauerunt eum domine volumus ihm videre. Id eſt ſaluari. Sȝ qꝛ caritas nō pōt eſſe ſine cognitiōe: eo ꝙ oportet obiectum oſtendi ipſi voluntati ab intellectu. Ideo precedit cognitio vt via neceſſaria ⁊ preuia ad actū amoris: ⁊ tunc p vtranqȝ viam accedunt ad vltimum finem: et hoc ē ꝙ poſt gentiles: id eſt appetitus carnales. Accedunt ad philippum: id eſt ad cognitionē ſuam infirmitatē: iuſtitie eqtatem: mīe promptitudinem: ⁊ pene acerbitatē cōſiderando. Sed philippus dicit andree. Andreas. n. virilis interpretat ⁊ ſignat dilectionē: que omnes noſtras operationes viriles facit ad merendū. Et hij duo. ſilicet cognitio et dilectio. Dicunt iheſu. id eſt introducunt penitentem ad ſalutem.

C Tertia ꝯclō eſt: ꝙ p paſſionē xp̄i nobis venit tempus reconciliationis: in quo pmptiſſimus eſt ad recipiendum nos ad ſuam gratiā Naȝ homine facto inimico dei: diſpoſuit tota trinitas illum nō admittere ad beatitudinē niſi per aliqō obſequm alicuiꝰ creature magis dilecte q̄ȝ fuerit offenſa diſplicens. Talē aūt perſonam: non hūit humana natura: qꝛ tota fuit inimica. Ideo placuit humanā naturā ad amicitiam reuocare per obſequm mortis chriſti. ſ. perſone magis dilecte. vñ apoſtolus. Cū inimici eſſemus reconciliati ſumus p mortē filij eius. vñ dicit. Iheſus aūt reſpōdit. vbi Aug. hic predicit futuram conuerſionē gentium: qꝛ iſti deſiderabant eū videre. Et iō iam pmittit adeſſe horā ſue glorificationis: que facta in celis quia gentes fuerāt crediture: et ideo dicit. Uenit hora vt clarificetur hic filius hominis ſcilicet in paſſione: reſurrectione: ⁊ aſcenſione quaſi dicat. Gentiles petūt me: ſed magis me petent: quando conuertētur. Sed hec ꝯuerſio ſequitur glorificationē meam: que eſt per paſſionem ⁊ reſurrectionem. Et hoc eſt ꝙ dicit ſe glorificari debere. Et ideo ſubdit exemplum huius dicens. Qō ſicut granum non fructificat niſi moriatur: ita ⁊ filius hominis. vbi dicit filium hominis eſſe granum: ⁊ cadens in terram: ⁊ moriturum: ⁊ fructificaturum.

Quinta ꝯſideratio.

c Irca quintam conſiderationem: que eſt de huiuſmodi meriti participatione: quod pretendit ad eius imitatōē cum dicitur. Qui amat animam ſuā. vbi ſunt tres concluſiones.

C Prima ꝯclō eſt: ꝙ paſſio xp̄i fuit nob̄ meritum ⁊ meritoria. Ratio huius eſt. Nam ad meritum concurrunt tria. C Primum eſt vt ille qui meret: ſit in ſtatu acqrendi mercedem: qꝛ que ſunt in termino nihil merētur: qui nihil acqrere poſſunt. Ex hoc pȝ ꝙ xp̄s mereri potuit: qꝛ lȝ xp̄s q̄tum ad aliqd in termino perfectionis fuerit. ſ. q̄tum ad rōnes anīme: qbus beatus erat ⁊ ꝯprehenſor: tamen q̄tum ad aliquid pfectum patiebatur eoꝝ: que ad gloriam pertinent: inquantum. ſ. erat paſſibilis anima ⁊ corpore: ⁊ inquantū erat corpore mortalis. Et ſm hoc erat viator in ſtatu merendi.

C Secundo. ſ. vt ſit dominus ſue actionis. Alias autem per actionē ſuam non dignificat ad aliquid habendum. Et ideo ea que agunt per neceſſitatē nature vel etiam per violentiā de hijs nō merentur. Chriſtus ergo paſſione ſua meruit: qꝛ erat dominus actuum ſuorum per liberū arbitrium. vnde Ihere. Oblatus ē qꝛ ipſe voluit. C Tertio vt actio equipararet mercedi ſm equalitatem pportionis: que requiritur in iuſtitia diſtributiua: qua deus premia eterna partitur. Actio aūt pportionata ad vitā eternā: eſt actio ex caritate facta. Et ideo per ipſam ex ꝯdigno meretur quis ea: que ad vitā eternā pertinent. Sed quia paſſio xp̄i erat informata caritate: ideo erat meritoria.

C Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ gratia que eſt principiū merendi ⁊ alia naturalia que exigunt ad meritum: ſub merito non cadunt. C Primū pȝ. Nam radix merendi eſt gratia: merces eſt terminus cuiuſlibet boni operis. Qui ergo non habet pncipium boni opis: non pōt mereri. vnde ad Roma. quarto. Si ex operibus iuſtificatur homo iam non ex gratia.

C Tertia ꝯº eſt: ꝙ xp̄s volens nos inuitare ad imitationē meritorie paſſionis: hortat nos ad tria: que perficiunt meritum paſſionis.

C Primū eſt caritas ordinata. Caritas. n. pficit oēm opatōē. vñ ad colo. 3. Caritas eſt vinculum pfectionis. Sufferentia aūt paſſionis inter oēs actus virtuoſos maxime demōſtrat actus pfectionis ⁊ caritatis: qꝛ tanto magis oſtenditur aliqs aliquā rem amare: q̄to p ea rem amatam magis ꝯtemnit: ⁊ rem magis odioſam eligit pati. Manifeſtū eſt aūt ꝙ inter oīa bona pſentis vite maxime hō amat ipſam vitam: ⁊ eꝯº odit ipſam mortem: ⁊ pcipue cum doloribus corporalium tormentoꝝ: quoꝝ motu etiam bruta a maximis voluptatibus abſtrahuntur ſm Augu. 83. qōnū. Cum igit caritas pficiet eam: vt fiat meritoria: quare ⁊c. Et hoc eſt qō dicit. Qui amat aīam ſuā: pdet eā ⁊ q odit aīam ſuā ⁊c. q. d. Inordinatus amor anime facit eam pire. Ordinatum aūt odium facit eā inuenire. vl ſic. Uerus amor rei pter mittit minus bonū pp maius bonū. Maius aūt eſt bonū ſpūale q̄ȝ corporale. Et iō vere ille amat ſeipm: q ſe exponit ad pdēdū bonū corporale: ne pdat ſpūale. Et ille odit ſeipm: q pdit ſpūale p carnali. vel ſic. Qui amat vitā ſuam amore vero: pdet eā. i. exponet eam: vt pdat anteq̄ȝ bonum ſpūale. q. d. Ille vere amat: qui vult pdere qō minus eſt: vt hēat quod maiꝰ eſt Et q odit aīam ſuam in h mundo: exponendo eam pditioni. Inueniet eam. ſ. melioratam.

C Scdm eſt voluntas pmpta. vñ lȝ ſm phm 2º. ethi. paſſionibus nō meremur nec demeremur: verū eſt in ſe ꝯſideratis. Maxime tñ meremur paſſionibꝰ voluntarie acceptatis. Ratio huiꝰ eſt: qꝛ q̄to aliqd hȝ magis rōēm cauſe meritorie: tanto efficacius hȝ rōnem meriti. Sȝ cū meritoria. ſ. paſſio xp̄i erat voluntaria. Naȝ oblatus eſt: qꝛ ipe voluit. Ergo ⁊c. vñ lȝ opus nr̄m hȝ rōem meriti de ꝯdigno ex vi motionis diuine: de ꝯgruo tñ hȝ rōnem meriti: ſm qō pcedit ex libero arbitrio: inq̄tum voluntarie aliqd facimus. Congruū eſt. n. vt cum hō bñ vtit ſua virtute. Dñs ſm excellētem virtutem excellēter opet remunerando. vñ dr. Si qs mihi miniſtrat: me ſequat. q. d. Bonꝰ miniſter q̄rit ea: que placent dño ſuo: voluntatē ſuā volūtati eiꝰ ꝯfirmādo. Sȝ dñs volūtarie ſuſtinuit. Igit ⁊ tollerātia nr̄a ſit voluntaria.

Unde dicit. Qui ſeqt me ⁊c. q. d. Ego pceſſi: voluntarie ſuſtinens pro alijs ex vero amore. ſequatur me voluntarie ſuſtinendo: ⁊ ſi ſic querit honorem meū: ↄmunicabo ſibi gloriam meaꝫ. vnde ſeqtur. Ubi ſum ego: illic ⁊ miniſter meus erit. ſ. non tantū qītum ad locum: ſꝫ etiam ad glorie participationē. ¶ Tertium eſt poſſibilis equiualentia opationis ad mercedeꝫ vnde lꝫ ſm apl'm: ad roma. 8. Paſſiones huius tpis non ſunt ↄdigne ad futuraꝫ gloriā ꝓmerendam. Ex inſtitutione tñ diuine bonitatis opera ſm noſtram poſſibilitatem multiplicata ⁊ intentione recta ad honorem dei: ⁊ ad ſalutem ꝓximi ordinata ſaltem ↄgruenter equiualent eterne mercedi. Congruum. n. eſt: vt de hiis ſe exercitantes: in operibus virtuoſis: vt eterna mercede ꝓmictur. vnde Mat. 20. Uoca operarios ⁊c. Et ad ro. 2. Gloria aūt ⁊ honor: ⁊ pax omni opanti bonuꝫ. vnde ſequitur. Si qs me honorifi. ſ. in operationibus ſuis. ſ. honorem meum ptendendo: honorificabit euꝫ pater meus. Quia de ſeruo faciet filium. Ad Roma. 8. Ipſe ſpiritus teſtimoniuꝫ reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei.

Sexta conſideratio.

Circa ſextam ↄſiderationem: que eſt de patris approbatione: quod ꝓbat celice vocis itonatio ibi. Nūc aūt aīa mea ⁊c. vbi occurrunt tres concluſiōes.

¶ Prima ↄcluſio eſt: ꝙ lꝫ paſſio xpī corporalis fuit ſufficiens ſolutio debiti omnium peccatorum noſtroꝝ. Dicit. n. Bern. ꝙ vna gutta ſanguinis xpī ſuffeciſſet: ⁊ hoc ꝓpter dignitatē perſone: tamen maior vis ſufficientie in contritione aīe eius ↄſiſtebat: vnde lꝫ mors expediēſ fuerit pro nobis: tñ actus ↄtritionis anime xpī qua in cruce fuit ↄtritus de noſtris peccatis maxime dicitur fuiſſe ſalubris: qꝛ paſſio aīe eſt fortior: ⁊ ad merendum efficacior indulgentiā ꝙ̄ corporis paſſio. Q ꝺ autem xp̄s fuit contritus patet cum dicitur. Nunc aīa mea turbata eſt: ⁊ iſta turbatio de peccatis noſtris fuit. Fuit etiaꝫ cum ſumma gratia que eſt ↄtritio pfecta: vt patuit: ⁊ in veritate in virtute iſtius ↄtritiōis xpī Habent virtutem oēs noſtre ↄtritiones: alie ad delendum peccata. vnde ſequitur. Quid dicam. i. quid plus faciam ꝓ peccatis populorū: cū paſſio corporalis ⁊ mentalis ſit ſufficientiſſima? Et ideo. Pater ſaluifica me ex hac hora: idcſt ſaluos fac eos fieri: quos mihi pdeſtinatione appropriauit: ⁊ ꝓ quibus hec ſuſtinuit: qꝛ propterea in hanc horā veni: quā ab eterno pdeſtinaſti: vt hec pro peccatoribus ſuſtinerem.

¶ Secunda ↄclō eſt ꝙ deus contritionem approbat ſufficientem: et acceptat etiam ꝓ omnibus peccatis: que etiā peccator poſſet excogitare. Ratio eſt. Nā contritio peccatoris magna infirmitas eſt ⁊ indiget magna cura: ita maxima culpa requirit ſm iuſtitiam diſtributiuam maximaꝫ penaꝫ. vñ deutero. 27. Pro menſura peccati erit plagarum modus. Quia peccatum mortale eſt maxima culpa in qua offendit maieſtas infinita: ideo pro principali pena inſtituta eſt ei contritio: que eſt maxima pena: qꝛ includit triſtitiam contritionis: que dicit pena penaꝝ. Q ꝺ aūt contritio ſit pena penaꝝ patet quia ſi felicitas paciſi poſſet eē cū diſplicentia ⁊ triſtitia nō eſſet gloria: cū nullū violentū: aut diſplicens delectare poſſit. Et ideo triſtitia eſt maxima pena: que tāto felicitatē abſorbere poteſt ꝙ non potuit abſorbere maxima xpī pena. Et iō decuit tali pena inflicta peccatori vt deus fieret ei placatus. Pſal. Cor ↄtritū ⁊ humiliatum deus nō deſpicies. Unde vt huius ↄtritionis acceptatio pateret: venit vox de celo dicēs. Clarificaui ⁊ iterꝝ clarificabo: q̄ſi dicens eam accepto hic ad graꝫ: ⁊ in futuro ad gloriā.

¶ Tertia ↄcluſio eſt: ꝙ lꝫ paſſio penitentialis ad quam nos xp̄s ſua paſſione inuitat ſit multum vtilis nobis: tum qꝛ p ipſaꝫ eterna pena totaliter dimittit: pena purgatorij diminuit: gratia dei augetur: gloria eterna accumulatur. Eſt tamen in terroreꝫ eis ⁊ abhominationē pſita, qui felicitateꝫ ſuam inordinatis delectationibꝰ corporis ponunt: ⁊ hoc ꝓpter cordis induratio nem: cōſuetudinis firmationem ⁊ propter bellum inteſtinum interrogationē ⁊ ſenſualitateꝫ: ⁊ propter innocentie falſam eſtimationeꝫ Ihere. 2. dixiſti Innocens abſq peccato ſum: propterea in iudicio ↄtendam tecum. Et qꝛ in iudicio tales oſtenduntur abhominabiles: qꝛ nunc reſpuunt pnie acrimoniam: ideo dicit. Turba ſcilicet carnalium voluptatum. Que ſtabat. ſ. obſtinata. Et audierat: aure. ſ. terrene affectionis. Dicebat tonitruū eē: formidātes amittere carnalem delectationem. Pſalmi. A voce tonitrus tui formidabunt aque.

Septima ↄſideratio.

Circa ſeptimā ↄſiderationeꝫ: q̄ eſt de pncipis mundi eiectiōe: qꝺ ꝓbat iudicij aductio: cū dicitur. Nūc iudiciuꝫ eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. vbi ſunt tres concluſiones.

¶ Prima ↄclō eſt: ꝙ per ſolum pctm̄ hō ſhiectus eſt diabolo. Nam ſicut aīa ſancta tēplum dei eſt: ita aīa immunda phanum eſt diaboli: qꝛ inhabitat ipm̄. Non tñ per eſſentiam ſicut deus: q ſolus eſſentialr eſt in omni re. Diabolus aūt oīo eſt ita. Sꝫ ſicut deus inhabitat animam per gratiā: ita diabolus aīam imundam per malitiam. Sic intelligitur illud Johis. 13 Cum diabolus iam miſiſſet in corde: vt traderet eum iudas ſymonis ſcarioth. Et ideo proprie dicitur haberi a demonio: cuius eſt poſſeſſio: cuius ptāti ſe tradidit. Et ideo bene etiam pctōres dicuntur demoniaci arrepticij: quia a diabolo rapiuntur. vnde ſicut boni ducuntur ſpiritu ſancto: ita mali diabolica perſuaſione.

¶ Et nota ꝙ duplex eſt demoniū. Unuꝫ agitans mentem: vt ſpiritus inuidie ⁊ ſuperbie. Aliud agitans carnem. ſ. fomes: q dicitur ſathane. Scđa ad corinthios ſecundo.

¶ Scđa ↄclō eſt: ꝙ per paſſionē ↄſeqmur duplicem vtilitatem. ſ. cyrographi deletionem: ⁊ a diaboli ſubiectione liberationeꝫ. ¶ Primū patet. Nam qꝛ diabolus miſit manum in illuꝫ in quo ius non hebat: amittere debuit eos: quos iuſte poſſidebat. vnde ratio ſoluitur leuiſere poſſeſſionis male pſuaſa ⁊ conſcripta per iniuſtitiam plus petendi. Et ideo totius debiti ſumma euacuatur. vnde Augu. dicit. Cuiparuꝫ cyrographi deleti ſunt: quibus diabolo tenebamur. Et dicit cyrographus culpe ⁊ decreti: qꝛ talis obligatio ſurgit ex noſtra culpa: tanꝙ̄ ex merito: ⁊ ex diuina ſententia: tanquaꝫ ex decreto. Hanc obligationem chriſtus deleuit per paſſionē. Et h̄ eſt qꝺ dicitur. Nunc iudicium eſt mundi. ſ. diſcretionis: ⁊ non condemnationis: quaſi dicat. Nunc iminet tempus paſſionis mee. In cuius virtute multi ſaluabuntur: ⁊ renuentes damnabuntur. Et ſic diſcernentur boni a malis. ¶ Secunduꝫ pꝫ. Nam ante paſſionem diabolus habuit duplicem manum: videlicet attrahentem ⁊ impellētem. Attrahens erat poteſtas trahendi ad limbum: etiam iuſtos ⁊ ſanctos: Manus impellens erat poteſtas precipitandi in malum: vl' p fallaciam: vel per violentiā. He ptātes ſunt ei ablate per paſſionem: quā abhorret ſuper oīa: cuius poteſtate ab eius ſubiectione ſumus liberati. Et ideo dicit Criſoꝰ. ꝙ diabolus ſuſtinet vindictam eoꝝ: que fecit in nos: per ea que fecit in xpm̄. Nos eramus debitores pene: xp̄s autem non. Et ideo vindicatuꝫ eſt in diabolo qui xp̄m expectabat: cum nō eſſet debitor pene Et hoc eſt quod dicit. Et princeps mundi huius eijcietur foras. ſ. de cordibus hominum. Et introducetur notitia beneficiorum xpī. vñ augu. Non eſt eiectus diabolus quin tēptet: ſed eſt eiectus ne regnet. Quādiu autēꝫ homines ſunt in peccato: regnat ab iterior. Expulſo autem peccato ⁊ ſi diabolus tēptat exterius non tñ regnat interius. Dicit etiā pnceps mundi. i. maloꝝ hoīuꝫ: q ſunt in mundo. Non aūt eoꝝ: q lꝫ corpore ſint in mūdo: ↄuerſatione tñ ſunt in celis. Hec aūt eiectio fit per paſſionem ideo dicit. Si exaltatus fuero a terra ⁊c. q. d. Illi q tenent a pncipe: p ſe nequeūt euadē: niſi ꝟtute paſſiōis trahāt. H aūt dicebat ſignās ⁊c.

¶ Tertia ↄclō eſt: ꝙ iudei virtutem paſſionis ignorabāt duplici cecitate pcuſſi. ¶ Prima eſt error circa diuinitatem quam in xp̄o negabant ꝓpter mortem. vnde dicit hic. Reſpondit ei turba nos audiuimus ex lege ⁊c.

¶ Secundus error circa humanitatem eius quam eternam dicebant. vnde dicit. Quis ē iſte filius hominis? Et ideo ih̄s reprehendēs eoꝝ cecitatem dixit eis. Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Q ꝺ patet qꝛ turbe ex lumine ſciētie ſue nō intellexerūt legē. d. Nos audiui. ex lege ⁊c. Dan. 7. Poteſtas eius poteſtas eterna. Hoc ſolum nō dixit: ſed etiam dixit ꝙ deberet mori. Iſa. 73. Tanꝙ̄ ouis ad occiſionem du. In eis igit modicū ſcripture erat: qꝛ ex ſcriptura debebant intelligē ꝙ imortalitati xpī nō derogabat mors eius: qꝛ ſm humanitatem mortuus eſt: ſm diuinitatem manēs in eternum. Ergo ⁊c.

Octaua ↄſideratio.

Circa octauam cōſiderationem: q̄ eſt de xpī exhortatiua ꝓmonitione: qꝺ probat iterati lapſus precluſio: cum dicit. Ambulate. vbi occurrūt tres ↄclones.

¶ Prima ↄclō eſt: ꝙ fides integra ⁊ nō ficta eſt maxime neceſſaria ad noſtram glorificationem. Nam in ipſa ſine intermiſſione debemꝰ ambulare: qꝛ ipā eſt lux tenebras infidelitatis expellenſ. Et ideo bene dicitur ſtella matutina ſolem iuſtitie ⁊ intelligentie preueniens. Naꝫ per eam oritur dies gratie. Cum igitur xp̄s habitet per fidem in cordibus noſtris: quo habito habetur omne bonum: qꝛ ipſa fides videtur eſſe radix omnium bonoꝝ: ⁊ ceteraꝝ virtutū vnde ſi hec radix euellatur: cetere virtutes areſcunt. vnde Grego. Sicut rami ſine radicis

virtute nõ creſcunt: ſic quelibet opa lꝫ videant̄
bona: nulla ſunt: ſi a fidei ſoliditate diſiūgunt̄
Qui enim ſine fide eſt: omni bono vacuꝰ eſt:
vnde xp̄s dicit. Ambulate dum luceꝫ habetis
vt tenebre vos nõ ꝯprehendant. Quaſi. d. mo
dicum lumē fidei in vobis eſt: dum ſcilicet pa-
rum intelligitis de xp̄o. ſ. ꝙ manet in eternuꝫ
Ergo dum luceꝫ habetis ambulate in ea. Et
in ea ꝓficite vt totum xp̄m intelligatis. vt. ſ. ⁊
non ſolum in eternū ſecundū diuinitatem: ſꝫ
etiam moriturū: ſcd̄m humanitateꝫ ⁊ reſurre
cturū. Vos tenebre. ſ. ignorantie in preſenti: ⁊
tenebre gehenne in futuro non cõprehendant
¶ Scd̄a ꝯclō eſt: ꝙ illi qui ſpreto lumīe fidei
ambulant in obſcuro ignorantie ꝑ lubricū car-
nalis concupiſcentie: neſcienter ambulant i te-
nebras exteriores eterne dānationis. vñ Glo
ſa ſup illud ꝓuer. 2. Qui relinquunt iter rectū
⁊ ambulant per vias tenebroſas dicit ꝙ neſci-
unt quo eant. Si eniꝫ ad quas tendunt penas
aſpicerent greſſus cohiberent. ⁊ noxiaꝫ letitiaꝫ
ſalubri fletu caſtigarent: ⁊ ideo dicit Ber. Il-
luminemus nos lumine fidei priuſq̄ʒ de huiꝰ
mundi tenebris exeamus ne de tenebris tran-
ſeamus ad tenebras ſempiternas. vnde dicit.
Qui ambulat in tenebris. Quia ſine luce pi-
culoſum eſt iter: neſcit quo vadat: non preui-
dens penam: quaꝫ meretur operibus tenebra-
rum. Et ideo dum lucem habetis. ſ. de eterni-
tate. Credite in lucem: id eſt per fidem creden
do ꝑficite. Vt filij lucis ſitis. ſ. ſucceſſione he-
reditaria. vnde Aug. Nemo ſine fide pōt ad
filiorum dei numerum pertinere.
¶ Tertia ꝯclō eſt: ꝙ ih̄s volens roborare fi-
dem noſtram: quo ad illos articulos: qui ſunt
de chriſti humanitate: in qbus etiā apl̄i tp̄e paſ
ſionis trepidabant. Abſcondit ſe ab eis ⁊ abijt
per hoc volens oſtendere ꝙ omnia: que in eo
erant: tam infirmitatis: q̄ʒ maieſtatis: nobis ꝓ
ficiebant ad ſalutem. vnde Bernar. Totum
nobis valuit de chriſto: totum ſalutiferum: to
tumq̄ʒ neceſſarium fuit: nec minus profuit in-
firmitas: q̄ʒ maieſtas. quia ⁊ ſi ex diuinitatis
potentia iugum peccati iubendo ſubmouerit:
ex carnis tamen infirmitate mortis curam mo
riendo concuſſit. Abijt ergo: docens nos vita
re malorum conſortia. Et abſcondit ſe: vt in-
firmus: patefaciens meritū paſſionis. Ad qꝺ
meritum nos perducat ipſe ih̄s. Amen.

¶ Dominica in ramis palmar. Ser. 79.

Cum appro
pinquaſſet ih̄s hieroſoly.
Matt. 21. Q꞉ ꝑdeſtinatio
eſt alicuius ad gl'iam ꝑpa-
racio: ſiue ordinatio. Et hꝯ
ſicut antecedens ad conſe-
quens. Et ideo ſub ꝑdeſtinatione non ſolum
cadit gl'ia: ſed illꝺ etiā quod ſequitur. Sicut an-
tecedens ⁊ ꝯſequens: q̄ ſunt merita: vel qbus
meret̄: ſicut eſt vnio humane nāe ad ſuppoſitū
verbi in xp̄o: vt eſſet in remedium nāe lapſe.
Ex quo elicitur ꝙ in tali ꝑdeſtinatione fuit ali
qualis ordo: q꞉ volens ordinare ꝑmo vult fi-
nem: ⁊ poſtea q̄ ſunt ad finem: ſed in executio
ne eſt e ꝯ°. Sed q꞉ deus eſt ordinate volens.
¶ Primo ꝑdeſtinauit xp̄m ad tantam gl'iam
merēte dei vnione: poſtea voluit ꝙ talis vnio
eſſet in remedium nāe lapſe. ¶ Igitur primo
deus vult electis gl'iam. ¶ Scd̄o vult eis me
rita: per que mereantur talem gl'iam. Tale au
tem meritum ꝯſiſtit in paſſione xp̄i: q꞉ omnis
xp̄i actio ⁊ paſſio: tam intrinſeca q̄ʒ extrinſeca:
⁊ precipue paſſio eius fuit ſufficienter merito-
ria pro oībus. Et hoc: q꞉ deo erat acceptiſſima
Et hoc ꝓpter ꝯditioneꝫ ꝑſone: que meruit: q꞉
nõ fuit purus hõ: ſed etiam fuit deus. Et ideo
intantum ſuperabundauit merituꝫ xp̄i: ꝙ etiā
vna gutta ſanguinis ſui ſacri corporis ſufficiſ
ſet. Sꝫ q꞉ deus ꝑuidit non ſolum paſſionem
ſed etiam modum: locuꝫ: ⁊ tempus: ⁊ inſtru-
mētuꝫ: ideo in euangelio preſenti circa paſſio-
nem occurrunt ſeptem conſideranda.

Primum pͥncipale.

Circa ꝑmū pͥcipale vbi ꝓponit̄ nobꝭ
ꝑdeſtinātis excellentia: cuꝫ dicitur.
Cum appropinq̄ſſet. ſunt. 3. ꝯ°nes.
¶ Prima ꝯclō eſt: ꝙ per ſolum peccatū elon
gamur a deo: ſm̄ illud pſal. Longe a peccato
ribus ſalus. Et lꝫ deus ſemꝑ ſit ꝑſens anime
per eſſentiam: vt actuum. 7°. dicitur. Tamen
non eſt per gratiam: ſed ſm̄ quantitatem culpe
longe abeſt. Marci. 8. Quidā ex eis delonge
venerūt. Non eſt aūt in ꝑtāte hoīs peccatoris
ꝙ appropinquet deo: ſed tantum conari ꝙ ap-
propinquet deo. Ad Romanos. 6. Velle mi-
hi adiacet: ſed appropinquare eſt de miſericor-
dia dei. Ad Ro. 9. Nõ eſt volentis neq̄ʒ ⁊c.
Econtra non eſt in deo ſe elongare ab anima:



q꞉ ſemꝑ preſens eſt per eſſentiā. Quantum in
ſe eſt: nunq̄ʒ deeſt ꝑ gratiā: ſꝫ dei ꝓpͥuꝫ eſt ap
propinquare ad aīam: q꞉ ꝑ hꝯ facit eā appropin
quare ſibi. Ideo dicit̄ ꝑma Iohis. 2. In hꝯ eſt
caritas dei ⁊c. vnde dicit̄ appropiquare hiero
ſolymis. ſ. aīe peccāti per gratiaꝫ ꝑueniendo.
¶ Scd̄a ꝯclō eſt: q꞉ talis appropinquatio fit
ꝑ meritum paſſionis xp̄i: ideo dominus ⁊ re-
demptor noſter iminente tp̄e paſſionis ſue: vt
paſſionē ſuaꝫ oſtenderet voluntariā: ad locum
aſcendit: in quo erat paſſurus: ⁊ ſe preſentem
exhibuit. vnde ⁊ tp̄s: ⁊ locus: ⁊ genus mortis
non ſm̄ euentuꝫ caſualē: ſed ſm̄ ipſius ꝑuiſio
nem fuerunt. Preuidit enim vbi: ⁊ quando:
⁊ qūo: ⁊ quo genere mortis moriturus eſſet.
¶ Tertia ꝯ° eſt: ꝙ volentes eē pͥcipes meriti
paſſiōis xp̄i: neceſſarie ſunt eis tres ꝟtutes. ſ.
ꝯfeſſionis puritas: obīe humilitas: ⁊ mīe ſtbli-
mitas. Debemꝰ. n. ꝑ ꝯfeſſionem pctā nr̄a pu
re detegere: ꝑceptis ſuperiorꝝ humilr̄ obedire:
aliorꝝ neceſſitatibus ꝯpati: ⁊ miſericorditer ſbue
nire. Cõfeſſioneꝫ debes tibi ip̄i: vt q peccādo
te inquinaſti: ꝑ ꝯfeſſionē te mundes. Obiaꝫ de-
bes ſupiori tuo: vt ei obedias. De ip̄is. n. ꝙ
ꝓ nobꝭ vigilat: ⁊ miāꝫ ꝺbes ꝓximis tuiſ: vt eo
rum neceſſitatibus iuxta vires tuas ſuccuras.
Thob. 4. Si multuꝫ tibi fuerit: abundanter
tribue ⁊c. ¶ Primā ꝟtutem. ſ. ꝯfeſſioneꝫ de
ſignauit bethphage: qꝺ interpretat̄ domꝰ oris
vnde dicit̄ in glo. ꝙ erat viculus ſacerdotum:
quorꝝ offiñ eſt recipe ꝯfeſſionem. Matth. 16.
Quodcunq̄ʒ ligaue. ⁊c. ¶ Scd̄aꝫ virtuteꝫ de
ſignat bethania: q̄ domus obīe interpretatur.
vnde in cathalago pctōꝝ ponit apl̄s parenti-
bus nõ obedientes. Qꝺ non ſolum intelligit̄
de parentibus carnalibus: ſed etiaꝫ ſpūalibus
qbus obediendū eſt in ꝑceptis ⁊ in cunctis pe
nitentijs: q꞉ inobedientes nõ ipſis: ſed deo cõ
tradicunt. ¶ Tertiam virtutē deſignat mons
oliueti. In hꝯ notat̄ ꝙ mīa eſt virtus excellens
Per monteꝫ. n. eminentia: ſicut per oliuetuꝫ
mīa intelligitur. Ideo aūt hec virtus excellit:
quia in ipſa maxime imitatur deus. vnde Lu
ce ſexto. Eſtote miſericordes.

Scd̄m pͥncipale.

Circa ſcd̄m vbi ꝓponitur nobꝭ ſuffici
entia patientis: cum dicit̄. Tunc mi-
ſit ⁊c. vbi ſunt tres concluſiones.
¶ Prima ꝯ° eſt: ꝙ in hac vita ſolum eſt licitū
meritorie opari: q꞉ nunc ſolum eſt tp̄us mīe:
poſtmodū equitatis. vnde Iħ. Tm̄ in hac vita
licituꝫ eſt opari bonū. Illic nanq̄ʒ opatio non
expectat̄: ſed retributio meritorꝝ. vnde dicit̄.
Tūc. q. d. ꝙ hoc preſens meritorium ante tem
pus paſſionis erat ei prenunciatum.
¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ per paſſionē xp̄i
venit nobis tēpus reconciliationis in quo prõ
ꝑiſſimus ad gratiā conferendā fuit. Nā hoīe
facto inimico diſpoſuit tota trinitas illi nõ recõ
ciliari niſi per aliqꝺ obſequiū alicuiꝰ ꝑſone ma
gis dilecte: q̄ʒ fuerit tota offenſa diſplicēs. Ta-
lem autē ꝑſonam non habuit natura humana:
q꞉ fuit tota inimica. Ideo placuit naturam hu-
manam vocare ad amicitiā ꝑ obſequm mortis
xp̄i. ſ. ꝑſone magis dilecte. vnde aplꝰs. Cum
inimici eēmus: recõciliati ſumus ꝑ mortē filij
eius. vñ dicit. Miſit. q. d. ꝙ deus pater miſit
filium ſuum reconciliatorē. vnde ſufficientiam
merentis oſtendit Damaſ. di. Caro xp̄i ⁊ aīa
erat quaſi inſtrumentum deitatis. Et quia in-
ſtrumētum agit vi pͥncipalis agētis: iō dicit ꝙ
ea q̄ hoīs ſunt: ſup hoīeꝫ agebat. vñ actio xp̄i
q̄ʒuis fuit humana: potens tm̄ agebat in ꝟtute
dīna. Et iō potens ſup totaꝫ nām. Et q꞉ oēs
hoīes ſunt vnus hõ in nā cōi: ideo xp̄i meritū
ad oēs ⁊ etiam ad ſingulos ſe extendebat.
¶ Tertia ꝯ° eſt: ꝙ lꝫ meritum ſit efficaciter a
paſſione xp̄i: nihilominus tamen fit etiam ſal-
teꝫ diſpoſitiue per virtuoſas opationes. Ideo
debitores ſumus virtutum meritorꝝ ac ꝑfectio
num: q꞉ ad hec cumulanda tp̄s vite accepimꝰ.
Et ideo egreſſa anima ꝯſumata vita corporali
petetur ab ea que ſint eius ꝑfectiones: que me-
rita ⁊ demerita. Luce. 16. Redde rōnem villi
cationis tue. vnde dicit. Duos diſcipulos: id
eſt omnes virtutes diſpoſitiue merentes. Et
miſit: q꞉ nobis non ſunt innata: ſed a deo do-
nata. ¶ Et nota ꝙ omnes virtutes dicuntur
duo diſcipuli: q꞉ in earꝝ actione dꝫ eſſe gemina
dilectio. ſ. dei ⁊ ꝓximi. Et in opatione dꝫ eſſe
duplex mundicia. ſ. mentis ⁊ corporis. Et in
docente dꝫ eſſe veritas duplex. ſ. doctrine ⁊ vi
te. Et ideo etiam additur. Ait illis. ſ. doctrina
vera ⁊ vita.

Tertium pͥncipale.

Circa tertium vbi ꝓponitur nobis il
lorum pro quibus paſſus eſt indigē
tia: cum dicit̄. Ite in caſtelluꝫ qꝺ ⁊c.
vbi ſunt octo concluſiones.
¶ Prima concluſio eſt: ꝙ caſtrum realiter di
citur locus munitus vel preſidium: quo inimi
cis reſiſtitur: ⁊ hoſtes impugnantur.

¶ Scd̄a ꝯcluſio ē q triplex eſt impugnatio ſʒ qđ tria ſunt caſtra. Etenim p̄mū caſtꝝ chriſti quo ipugnat̄ diabolus. ſ. ſctā eccl̄ia vel religio. Aliđ ē caſtꝝ diaboli q̄ impugnatur xp̄s. Et h̄ ē mundus ⁊ eius amatores: qui diuinis preceptis contradicunt. ¶ Tertium caſtꝝ eſt peccatrix aīa que ſpiritualibus virtutibus: et penitētie diſciplinis contraria eſt. Talis enim anima turrim hʒ elationis: ⁊ muꝝ obſtinationis ⁊ preeminentia ſuperbie erectam.

¶ Tertia ꝯclō eſt: q hanc aīam peccatricem: que ſic repugnant diuinis iuſſionibus: nō ceſſant impugnare predicatores ⁊ doctores machinis doctrinaꝝ. Unde nō obſtante turri ſuperbie: ac pertinacitatis muro: fit tandem ruinoſa: dummodo machine fidei: penetrando ſeriat medulitus corda iaculis veritatis. vnde dicit. Ite in caſtellum. Inquātū ergo docent cōtemptum tpalium ⁊ amorem eternorum: quid aliud agunt: q̄ʒ q eunt in illud: qđ eſt ꝯtra eos caſtellum? Et carnalia deſideria reprimere: quid eſt aliud q̄ʒ in caſtellum ire?

¶ Quarta ꝯcluſio eſt: q in hoc caſtro ē ꝯtrouerſia: noſtre ſaluti multū ꝯtraria. Naʒ concupiſcentia carnis: que continue cauſat peccatum ſpiritui repugnat: ⁊ hoc ex contradictione affectuum vtriuſq;. Qđ dionyſius pulchre declarat in libro differentiarum. d. Concupiſcentia carnis eſt motus anime turpis affectu ſordide delectationis. Cōcupiſcētia vero ſpiritus ē ardens intentio mentis in deſiderio ſancte virtutis. Iſta ſibi ꝯſentientes mittit ad regnū: illa ad ſuppliciū ſempiternū. Illa ex pctō eſt dānatiōe diſcedēs: iſta eſt lex mentis de munere redemptoris deſcēdens. Hec aūt ſibi inuicem p effectum virtutū vitioꝝ q̄ʒ quotidiana colluctatione taliter aduerſantur. Naʒ ꝯcupiſcentia carnis primum illecebras vitiorum gignit: in cogitationibus. Concupiſcentia vero ſpūs ecōtra cogitationes ſanctas indeſinenter opponit Illa fabulis vanis oblectat̄ ⁊ verbis: iſta ſcripturarum meditationibus atq; preceptis. Illa gaudet ſpectaculis rerum terreſtriū: iſta contēplatione celeſtiū gaudioꝝ: iſta terrena gaudia querit: illa gemit⁹ ⁊ ſuſpiria trahit. iſta torpore atq; ſomni pigritia corpus relaxat: illa vigilijs ⁊ orationibus laborat. Hinc eſt q concupiſcentia carnis: vſq; in huius vite terminū inimicari non ceſſat. Unde bene dicit̄. Quod contra vos ē. i. vobis exopto. Et hoc ideo dr̄: quia preuidebat dominus ꝯdictionē futuraʒ. Pſalmiſta. Uidi contradictionē in ciuitate. vnde contra vos diſſimili conuerſatiōe mētis obſtinatione: ⁊ oris obiurgatione.

¶ Quinta concluſio eſt: q ad ſedandū huius mentis diſturbium neceſſe ſunt due virtutes: ſcilicet humilis ſimplicitas que per aſinā deſignatur. Et agilis libertas: que p pullum deſignatur. ¶ Primum pʒ de humilitate. Nam ipſa reparat caritatem. Ber. Sola virtus humilitatis leſe ē reparatio caritatis. ¶ Scđo pʒ de libertate. Nā ſm̄ Bernar. Grate operāti ſalutē. Coopari dr̄ voluntas libertate: vt dum libere conſentit: placide ſe obtēperans deo: ſiue iubenti acquieſcendo: ſiue pellicē credendo ſiue reddenti gratias agendo. vnde dicit. Et ſtatim inuenietis aſinā alligatā ⁊ pullum cum ea. Humilis ſimplicitas ē aſina que iugo ſuppōitur. Et dn̄s ad manſuetudinem inuitans dicit. Mat. 11. Tollite iugū meū ſuper vos ⁊c. Et ſtatim quid ſit iugum tollere ſubinfert dic. Diſcite a me. Et agilis libertas eſt pullus: qui adhuc ſua libertate paſcitur. Iohes. Si filius vos liberauit: tunc vero liberi eritis.

¶ Sexta ꝯclō eſt: q he due virtutes alligate inueniuntur in caſtello intellectus. Sic q nequaquam exercentur ad fructū meriti: ⁊ hoc duobus vinculis que ſunt pudor ⁊ timor. Nā prauus pudor impedit ſimplicitatem: ne veram in ſe humilitatē oſtēdere audeat. Et prau⁹ timor impedit libertatem: ne ſuā puritatē exercere p̄ſumat. ¶ Primū pʒ de pudore. Uera nāq; humilitas oſtenditur in ꝯfeſſione quā fruſtrat verecundie pudor. Nam ignominioſa pudet in ꝯfeſſione recolere: ſed magis pudet dicere: qđ tn̄ non puduit facere. Et ideo neceſſe eſt ſʒ Ambro. vt lachrymis lauet qđ pudor eſt confiteri. ¶ Scđm pʒ de timore: q timor mundanus qui ſemꝑ eſt primus: qui fuit cauſa pſecutionis xp̄i in herode ⁊ in iudeis: q fecit eos recedere e via iuſtitie ⁊ veritatis. Ille. n. amor mundanus propter dr̄: a quo timor mundan⁹ naſcitur. Illud. n. homo timet amittere: quod amat. Et ideo timor mundanus dr̄ malus: q ab amore mundano tanq̄ʒ a mala radice procedit: qn̄ homo propter mala que timet recedit a deo. vn̄ dr̄: q in caſtello alligata inueniuntur.

¶ Septima ꝯcluſio eſt: q he due virtutes ſic ligate q non proferunt fructum ſoluūtur: ⁊ ad ieſum ducuntur. ſ. p amorem ordinatum ⁊ timorem. Amor. n. ordinatus prauum expellit pudorem: vt preualeat ſimplicitas ⁊ ſic ſoluit̄ aſina. Timor ordinatus eliminat prauū timorem: vt vigeat libertas: ⁊ ſic ſoluitur pullus. Amor quidē ordinatus eſt: vt cū quiſ ita amat veritatem q odio hʒ vanitatē. Timor ordinatus eſt: vt cum quiſpia timet id quod eſt penale quod tn̄ non timet proſequi quod eſt culpabile ⁊ ſic ſoluuntur aſina ⁊ pullus. ſ. qn̄ amor ordinatus a prauo pudore ſimplicitatem liberat ⁊ timor bonus a prauo pudore liberat libertatem Et q non ſufficit q hec ſoluantur niſi ad ieſū ducantur ſoluta: quod fit quando he virtutes due: ita intentiōe pura exercentur: vt ꝯſequant̄ ſalutis fructum: quod nō faciunt ypocrite querentes terrenū ꝯmodum ⁊ humanum fauorē de quo Mat. 6. Amen dico vobis receperūt mercedem ſuam.

¶ Octaua ꝯcluſio eſt: q ſatuus cogitatus eſt q hijs contradicit tumens elatione ⁊ pertinax obſtinatione. Timor. n. amori diuino obſiſtit ne liberet ſimplicitatem. Timor. n. diuinum impedit timorē ne liberet vigorē libertatis. Et iđ dicit. Si quis vobis aliqđ dixerit ⁊c. Sed q dñ ſpūale dn̄ium perfectionis pertingere non poteſt qui hoc non exercet. vnde dicitur. Dn̄s hijs opus habet. q. d. Ex ſpūali dn̄io duo neceſſaria ſunt. ſ. poteſtas ⁊ audacia. Poteſtas: vt teipſum ⁊ ſubditos illicita cōmittētes humiliter iudicare queas. Audacia: vt alios praue agentes: pro re ⁊ tempore ⁊ pro pſona: ⁊ loco: zelo iuſtitie redarguere valeas. Alias dominium te nō habere cognoſcas.

## Quartum p̄ncipale.

Circa quartum p̄ncipale: vbi ꝓponit̄ nobis ſcripture ſancte implete ꝯgruētia. vnde dicit̄. Hoc aūt totum factū eſt ⁊c. vbi ſunt due concluſiones.

Math. 10. dicitur peccatoribus in morali exi
ſtentibus. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Re-
uera illi ocioſi ſunt: qui ⁊ ſi laborant: fructuȝ m̃
ex labore nõ percipiunt. Et tales ſunt peccato-
res. Laborant. n. infructuoſe. Rom. 3. Quẽ
fructum habuiſtis tunc in quibus erubeſcitis
nũc? Quaſi di. Nullũ. ¶ Scd̃ȝ q͛ eſt ꝯtagio
ſum tactu. Qui enim picem tangit inquinabit
ab ea. Sic qui adheret peccatoribus inficietur
per eos. vnde pſal. Cuȝ peruerſo peruerteris
¶ Tertium eſt q͛ eſt ꝑiculoſum lapſu. Labun
tur. n. peccatores peccati merito ď peccato i pec
catum ⁊ tandeȝ in infernũ. Peccatũ. n. qd̃ per
penitentiam non diluit ſm Gregorium: mox
ſuo pondere ad aliud trahit. ¶ Quartum eſt:
q͛ eſt laborioſum victu. Viuit. n. homo in eo
multum laborioſe ⁊ ſine quiete ꝯſcientie que cõ
tinuo remordet. vnde dicit Michee. 2. Sur-
gite. ſ. a ſtatu peccati: ⁊ ite: q͛ nõ habetis hic re
quiem. Dicit igitur. Expurgate.

¶ Quarta ꝯclo eſt: ꝙ q͛ nõ ſufficit mala non
agere: niſi ⁊ quiſqȝ ſtudeat bõis operibus inſu-
dare: vt dicit Greg. Ideo poſt peccati eiectio-
onem oportet virtutibus inſiſtere ꝯglutinatis
vinculis caritatis: vt ſpiritualiter noſter ſtatus
renouetur: qd̃ fit per penitentiam voluntariaȝ
⁊ perfectam. ¶ Primum pȝ. Nam quantum
pnia eſt magis voluntaria: tanto eſt magis ſa-
tiſfactoria: ⁊ ideo dicunt ſancti ꝙ modicum de



tiſfactoria: ⁊ ideo dicunt ſancti ꝙ modicũ de pe
nitẽtia plus perficit in hac vita ꝙ̃ multa in pur
gatorio: q͛ illa pena non eſt voluntarie aſſum-
pta ſed violenter inflicta. Unde iudicum. 5°.
Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras bene-
dicite dominum. Secundũ patet. Nam ma-
xime culpe debetur maxima pena. ſm Gre.
ſm magnitudinem culpe debet eſſe magnitu-
do pene. vt ſint digni fructus penitentie. vñ
deutero. 25. Scd̃m menſuram peccati erit pla
gaꝝ modus. Nam ſi quis penitentiam adeq̃-
tam preficeret: ſtatim poſt mortem euolaret.
Hoc autem fit quando penitentia penitẽti ap-
plicatur per contritionem: nã actus contritiõis
penaliſſimus eſt: q͛ ab intimis ꝓcedẽs omnia
exteriora ꝯturbat dicente Iheremia. Contri-
tum eſt cor meum in medio mei: contremue-
runt omnia oſſa mea. Hoc intelligitur per cõ
feſſionem. Nam ſecũ uȝ gloſaȝ. Conſperſio
eſt farina ꝑ aquam ꝯglutinata ſine fermento:
Et hoc eſt qd̃ dicit. Vt ſitis noua conſperſio:
ideſt pura congregatio innouati. ſ. virtutibus
⁊ ſine corruptione peccati puri. Dicit enim no
ua: naȝ prima ꝯſperſio erat per baptiſmum. ſ.
noua. ¶ Secunda innouans fit per peniten-
tiam. vnde dicit. Sicut eſtis azimi. Glo. i. ſi
cut facti eſtis puri in baptiſmo per gratiam.

¶ Quinta concluſio eſt ꝙ talis expurgatio a
vitijs ⁊ vita͛ occaſionis mali: eſt nobis meri-
toria vite eterne: ⁊ hoc ꝓpter xp̃i paſſionẽ: vñ
dicit. Etenim ꝓ q͛ vtiqȝ puri eſſe debemus:
q͛ xp̃s immolatus eſt pro nobis. ſ. ſuo patri:
in ara crucis per mortem ⁊ paſſionem. vñ phi
loſophi videnĩ h͛ ſenſiſſe: nã porphirius dicit
peccata non poſſe purgari niſi per dei filium.
Et dicit quidam expoſitor ꝙ in turba platonis
aureis litteris eſt quedam ſcriptura ſup pectuſ
ei͛: ꝯtinẽs hec ṽba. Credo i xp̃ȝ naſciturũ de
virgine: paſſurum pro humano genere: ⁊ ter-
tia die reſurrecturum. Hoc etiam confirmat
articulus fidei: quem ſcripſit andreas ap̃lus.
di. ꝙ paſſus eſt ſub pontio pillato crucifixus
mortuus ⁊ ſepultus. Hic intelliguntur qua-
tuor creditas veritates. ¶ Prima eſt de xp̃i
paſſione. ¶ Secũda de crucifixione q a cruci-
fix͛. ¶ Tertia de morte: q͛ mortu͛. ¶ Quar
ta de ſupultura: q͛ ſepultus: ⁊ hoc contra qua-
tuor hereticas prauitates. ¶ Prima fuit quo
rundam dicentium xp̃m omnino fuiſſe impaſ
ſibilem nec paſſũ niſi ſm apparentiam vt recitat
damã de hereſi. Alij dixerunt eum non poſſe
mori q͛ fuit genitus ſine corruptione. Alij di-
xerunt ꝙ omnia que fuerunt facta circa xp̃ȝ eſ
ſe fantaſmata: ⁊ iõ nõ eſſe vere ſepultũ. Quo-
modo igitur filius dei mortuus ẽ poſſet argui
ſic. Nihil moritur niſi compoſituȝ: q͛ mors ẽ
ſeparatio anime a corpore hoc ẽ partus a pte i
compoſito moriente: ſȝ dei filius moriebatur:
igitur ⁊c. ¶ Unde hic eſt aduertendũ ꝙ filij ꝑ
ſonalitas ſecundũ ſe nõ vulnerabatur nec ſepe
liebatur nec moriebatur: ſed iſta ſunt vera de fi
lio dei ſm cõmunicationem ydiomatuȝ. vnde
cum dicitur filius dei mortuus eſt: ideſt aliqd
deo vnitum ypoſtatice vt corpus carens vita
mortuum eſt. vnde Ambro. dicit. Xp̃s dei fi
lius ⁊ natus ex virgine idẽ patiebat̃ ⁊ nõ patie
batur: reſurgebat ⁊ non reſurgebat: ſm vnaȝ
naturam paſſibilis erat: ideſt ſm carnem que
mortua fuit nõ ſm verbum qd̃ apud deũ ſem-
per manebat. vnde dei filius mortẽ in anima
pertulit: ⁊ in maieſtate nõ ſenſit: ſed tantuȝ par
ticipatiue infirmitatis rex glorie eſt crucifixus
vnde dicitur paſcha. Nã grece pati dicit̃ pathi
iõ paſcha paſſio dicitur eſſe: immolat͛ eſt ſed ꝑ
paſſionem. vnde magiſter ſententiaruȝ in. 3.
libro diſtinctio. 20. dicit ꝙ peccata noſtra ideſt
penam peccatorum que conuerſo debetur per
ipſius penam quam in cruce tulit in baptiſmo
penitus relaxatur ⁊ in penitentia minoratur.
Non enim ſufficeret illa penitentia qua penitẽ
tes ligat eccl̃ia. niſi xp̃i pena cooperaretur qui
pro nobis ſoluit. Xp̃s igit̃ ſacerdos ẽ ⁊ hoſtia
⁊ precium noſtre redẽptionis qui ſe in ara cru
cis non diabolo ſed deo trinitati ſe obtulit pro
omnibus quantum ad precij ſufficientiam: ſȝ
pro electis tantum quantum ad efficaciam. vñ
dicitur. Immolatus eſt ſed primo a patre. im-
mo a tota trinitate quia voluntarie eius paſſus
eſt. Ipſe etiã ſeipſum obtulit: q͛ ſponte ad paſ-
ſionem acceſſit: iudas obtulit eum tradendo:
iudei inſtigãdo vt dicit Aug.

¶ Sexta cõcluſio eſt: ꝙ propter hanc ſuſtinẽ
tiam paſſionis ꝑſona filij eſt nobis magis dili
gibilis ꝙ̃ perſona patris ⁊ ſpiritus ſancti. Ra
tio eſt. Nam de xp̃o habebatur cognitio: qua
non cognoſcebat̃ pater nec ſpiritus ſanctus.
Igitur etiam ſpecialiter diligebat̃: q͛ chriſtus
potuit videri oculo corporali mediante ei͛ hu-
manitate: ⁊ diligi per accidens. Et ex hoc ſolo
ꝙ humanitas ſibi vnita propter aliquã condi-
tionem placabilem humanitatis per ſe dilige-
bat: puta ꝑꝑ ſufferentiã acerbiſſime paſſionis.

# Sermo

¶ Nota ꝙ aliqua ꝯueniunt perſone filij : que
ad perſonalitatē diuinam ſiue eternã non pti
nent. Et hec ꝯueniunt eſſentie diuine: ꝗ eſt cõ
munis tribus ꝑſonis: vt ſic ſingulꝛ nõ põt di/
ligi ſine alijs. Sic etiã aliqua ꝯueniũt ſibi ſm
humanitatē tꝑalem : vt paſſio eius ⁊ alie iuſti
nentie ⁊ actiones plures. Sic loquendo aliq
videt habere maiorem deuotõem ad vnã ꝑſo
nam ꝙ̃ ad aliam. Cui ꝯcordare videt eccl̃ia fa
ciens orõnes ꝓ vna ꝑſona nõ ſic dirigẽdo ad
aliam: vt pꝫ de ꝑſona filij: q in humanitate re/
demit nos: natus ⁊ paſſus eſt pro nobis: ideo
poſſet licite plus diligi ꝙ̃ alia ꝑſona. Hec aũt
ſibi ꝯueniunt nõ ſolum rõne humanitatis : qꝛ
non illa ſola redemit nos: nec illa ſola paſſa eſt
⁊ mortua: ſꝫ filius dei in ipã. Propter hꝫ filiuꝫ
magno amore diligẽ poſſum⁹: imo certiſſime
ad hꝫ tenemur. Ex hijs dictis ſunt. 3. vitatẽ.

¶ Prima veritas eſt : ꝙ idem filius meruit
diligi amore magno: quia ſpontanee tm̃ dilexit
nos ꝙ voluit ſponte mori: ⁊ gratuite ꝓ nobis
pati. Naꝫ ſi ſolũ coacte plus teneremur coacto
ri ꝙ̃ ſibi: ⁊ certe quo ad hoc tm̃ obligamur pa/
tri: ſicut ſibi ſm velle ſuum ſpontaneum diui/
num: qꝛ illõ velle diuinum ſpõtaneuꝫ fuit tribus
ꝑſonis cõe ⁊ oẽs voluerunt: ſꝫ ſolus filius vo
luit voluntate creata: ꝓpter quam ſibi obliga/
mur : nec ꝑ ſe loquendo paſſio illa plus reſpi/
cit ꝑſonam eternam filij ꝙ̃ patris. Licet quate
nus vera paſſio humanitatis ſibi ꝯueniat ſm
coicationem ydiomatũ: hꝫ eſt ꝙ generauit ſuaꝫ
humanitatem: ꝗ ſibi fuit ſuppoſitaliter vnita.

¶ Scõa veritas eſt: ꝙ quo ad opus operatuꝫ
quo videlicet nõ ſolum voluit nos redimi: ſed
quo ad executõeꝫ nos redemit: ⁊ multa ꝓ nobꝫ
paſſus ꝑꝑ amoreꝫ : quo obligamur ſue huma
nitati: ꝗ etiã hoc voluit volitiõe creata. Et hec
penalia ꝑ ſe ⁊ directe ꝑpeſſa ẽ: ꝓ quo ſibi plus
ꝙ̃ alicui creature tenemur. Qui etiaꝫ amor in
filium referendus eſt: q ſubſiſtit in ipſa huma
nitate. vnde ſi vnus angelus vel purus hõ re
demiſſet nos: eque ex cã diligeremus eum: ſi/
cut nunc diligimus filiũ ceteris paribus: qꝛ cũ
filius ſimul cum hꝫ ꝙ nos redemit deus eſt: ſõ
plus eum diligimus ꝙ̃ puram creaturaꝫ : que
nos redemiſſet: ſed tunc ex cauſa alia: qꝛ deus
eſt: eque diligimus vt patrem.

¶ Tertia eſt : ꝙ toti trinitati tenemur equalꝛ
ex hꝫ ꝙ voluerũt nos ꝑ diuaꝫ ꝑſonam redimi.
Qꝫ aũt vltra hꝫ fuit filius: hoc ſuppoſitum per
qꝺ redempti ſumus: plus certe ſibi regratiar,
tenemur: ꝙ̃ pure creature ⁊ ꝑ euꝫ toti trinitati
Nam gratitudo plus debet affectui : ꝙ̃ exteri
ori opatõi. imo in nobis nõ ſunt iſta exteriora
opa moralꝛ bona: niſi ꝑꝑ bonitateꝫ affectiõis:
ex qua fiũt exteriores: ⁊ mlto fortius nõ debet
ſuppoſito opanti vel ex ſequenti : niſi ꝙ debet
nãe vel naturis ⁊ affectõi eaꝝ. vñ di. Auicẽ.
ꝙ propter acceptionem humanitatis noſtre in
vnitate diuine ꝑſone: ⁊ ꝓpter fixuras clauoꝝ
⁊ paſſionem: ⁊ redemptionem dꝫ homini eſſe
gaudiuꝫ infinitum. Et hoc eſt qꝺ dicit. Itaqꝫ
epule. vnde Luce. 15. Epulari ⁊ gaudere oꝫ.
vbi gloſa. Epulatio. n. eſt comeſtio letitie ſo/
ciata. Epulatio ꝑtinet ad occiſionem vituli. i.
ad paſſionem xp̃i. Sed gaudium ad guſtatio
neꝫ dulcedinis diuine bonitatis. vnde Ber.
O quot ⁊ quanta ⁊ qualia erunt fercula in illa
epulatione : qꝛ veritas ſine falſitate ⁊ fallacia :
caritas ſine inuidia: iocunditas ſine triſtitia: ſa
turitas ſine faſtidio.

¶ Septima ꝯclõ eſt: ꝙ volũtarie pati ſine cul-
pa pro xp̃o eſt multuꝫ meritorium. Nam pati
ſine culpa eſt ex voluntate dei. Sꝫ hanc paſſio
nem voluntarie acceptare: eſt ipſam referre in
deum per ꝯformationem voluntatis: ⁊ in hoc
ꝯſiſtit meriti ratio ꝑncipalis: cum ſm apoſtolũ
voluntas dei ſit ſanctificatio noſtra: ⁊ etiam qꝛ
talis volũtaria ſuſtinentia minuit temptatõe s:
remittit pctm̃: ⁊ meret gratie infuſionem.

¶ Et nota ſm glo. tria ſunt gnã patientium.

¶ Primo q innocens patit: xp̃m imitatur.
Qui vero flagellis corripit: latronem imitatur
q cum xp̃o paradiſum intrauit. Qui nec flagel
lis corrigitur: ſiniſtꝝ latroneꝫ imitat : qui poſt
crucem in tartaꝝ irruit. Ut igitur xp̃m imite/
mur : moleſtias ſine culpa illatas patienter ſu/
ſtineamuſ: qꝛ xp̃s frequenter ꝓponitur nobis
in exemplũ: qꝛ ſm Augu. ſumma ꝑfectio xp̃ia
ne religionis eſt imitari qꝺ colim⁹. vnde ꝑma
petri. 3. Chriſtus ſemel ꝓ pctis noſtris ẽ mor
tuus. Et hꝫ eſt qꝺ dicit. Non in fermen. ve. ſ.
originalis culpe. Neqꝫ in fer. malitie. ſ. culpe
actualis in deuꝫ. Et neqtie. ſ. culpe actualis in
ꝓximum: ſaluatur meritum voluntarie paſſio
nis: ꝗ rediligim⁹ xp̃m ꝓ nobꝫ paſſuꝫ volũtarie.

¶ Octaua ꝯclõ eſt: ꝙ dictum eſt ꝙ xp̃s imo/
latus patri ꝑ paſſionem eſt paſcha noſtrum. i.
tranſitus: per quem tranſire debemus de mũ/
do ad patrem. Scdm Augu. reuera ſaluber/
rimum tranſitum facimus: cum a vitijs tranſi
mus ad virtutes: a virtutibus ad gratiam: a



gratia ad gloriam: vel a diabolo ad xp̃m: ab in
ſtabili ſeculo ad eius fundatiſſimũ regnuꝫ: ne
cum hꝫ mundo tranſeunte tranſeamus. Talis
tamen tranſitus ꝯgruit ſolum iuſtis diuis iuſ/
ſionibus obedientibus ꝑ bonam voluntatem
vnde dicit Anſel. ꝙ deus obedientibus ſibi ꝑ̃
parauit ꝓmiſſioneꝫ felicem: ⁊ inobedientibus
ꝓmiſſionem terribilem. Bona aũt voluntas
ꝯſiſtit in cultu diuino. vnde ideꝫ dicit in. 2°. de
diuina natura. Cultus diuinus aptiſſimuſ eſt
idemqꝫ caſtiſſimus atqꝫ ſanctiſſimus pleniſſi/
muſqꝫ pietatis: vt euꝫ ſemꝑ pura: integra ⁊ in
corrupta mente ⁊ voce veneremur. Hec enim
voluntaſ in azima intelligitur: ꝗ dꝫ eſſe pura ⁊
recta. Nam azima dicitur ab a quod eſt ſine: ⁊
zima grece: quod eſt fermentũ corruptõis latt/
ne. vnde dicit in azimis. i. in puritate ſincerita
tis: a vitijs quo ad declinationem mali: ⁊ veri/
tatis quo ad opationem boni: vel in azimis ſin
ceritatis. i. noue vite quo ad ꝯuerſionem: ⁊ ve
ritatis quo ad ypocriſim ⁊ ſimulationem. vel
ſinceritatis in affectu ꝑ virtutis amorem: ⁊ ve/
ritatis in intellectu per veritatis cognitionem
vnde hanc vocem vocat Augu. affectioneꝫ iu
ſtitie. ſ. quando hõ hꝫ aliquem actum bonuꝫ ⁊
ordinatum circa deum: vt quando hõ vult de-
um eſſe bonum ⁊ iuſtum: ⁊ vult circa eum que
ſunt iuſta ⁊ ei placentia. Hic ſunt tria dubia.

¶ Primum ſi obſeruantia mandatoꝝ dei ſuf
ficit ad ſalutem: ſm illud Mat. Si vis ad vi/
tam ingredi: ſerua mãdata : ⁊ hoc ſine caritate
Scotus arguit ꝙ nõ. Sic deus ꝑ̃cipiens in/
tendebatq ꝗnlibet obligare ad ſeruanduꝫ ꝑ̃ce
pta ex caritate. Igit ꝗcunqꝫ facientes opus pre
cepti non ex caritate peccant mortalꝛ. Et hꝫ de
ꝑ̃cepto negatiuo: ad qꝺ tenetur ſemꝑ ⁊ ꝓ ſemꝑ
ita ꝙ ſi teneatur ad illud ex caritate: quãdo illꝺ
ſeruat non ex caritate peccat mortalꝛ. Similꝛ
de ꝑ̃cepto affirmatiuo : ad quod tenet ꝓ aliqñ:
ſi pro tunc nõ ſeruat ex caritate: peccat mortalꝛ
Solutio verũ eſſe ꝓbatur: ꝙ faciens opus pre
cepti non ex caritate : quando tenet exeq opus
illud ex ꝑ̃cepto peccat mortaliter : nõ quia facit
opus ꝑ̃cepti: ſed qꝛ non ex caritate facit illud.
Et etiam ꝙ tenetur habere caritatem: ⁊ nõ hꝫ.
Multo tamen minus peccat nõ ex caritate fa/
ciendo opus: ꝙ̃ ſi opus non faceret. Obligat
enim tunc ad tria. ſ. ad habendam caritatem: ⁊
ad operandum tale opus: ⁊ ex caritate cum ſci
ut horam: pro qua ſic obligatur operari.

[Marginal handwritten note, partly illegible: vide in ... do / ſc. Sa-to-de / ſco arguit / 128 di 2ᵃ / ibi ... q / do. Sera.]

¶ Scdm dubium eſt : ſi actus bonus in ha/
bente caritatem ⁊ operantem ex ea non facit ad
augmentum meriti: cum tota ꝙ̃titas meriti cõ
ſiſtat in bonis voluntatibus libere ⁊ ſm iudi/
ciuꝫ recte rationis elicientibus: qꝛ habitis illis
neceſſario infert actio exterior. ex nono ⁊ deci/
mo methaphyſice. Si ergo totum meritum in
volunate eſt: ergo opus bonum non remune
ratur: ſed ſola voluntas. Solutio dicitur vera
citer ꝙ ſola voluntas hõis: ſiue ad bonuꝫ: ſiue
ad malum ſola remuneratur. Et rurſum cõue
nienter dicitur ꝙ opus: ⁊ voluntas: ⁊ etiã ipſe
homo operans ⁊ volens: ꝓ voluntate ⁊ opere
remuneratur. Dicitur quideꝫ voluntas remu
nerari: qꝛ in ipſa meritum ꝯſiſtit. Dicit ⁊ op⁹
remunerari: qꝛ in ipſo conſiſtit cauſa ſiue occa/
ſio merendi. Uoluntas remuneratur ꝓ opere
⁊ opus pro voluntate: quia ex ipſis vt pꝫ : acce
pit voluntas quod placet: quia bona eſt.

¶ Item ipſa iuſtitia eſt que placet. Opus pla
cet quod ex voluntate bona eſt. Ergo ſola iuſti
tia eſt pro qua voluntas ⁊ opus volũtatis pla/
cet. Sic nõ due. ſed vna retributio que eſt vo/
luntas remuneratur: ⁊ opus volũtatis. vnde
homo remunerari dicitur: qꝛ illi datur ⁊ op⁹
remunerat: qꝛ pro ipſa datur: ⁊ opus remune/
ratur: in quo ipſa voluntas placens meretur.

¶ Tertium dubium eſt ſi rectitudo volũtatis
ſufficit ad merendũ. Dicitur ꝙ nõ: ſi intelliga
tur de rectitudine nãli: qꝛ ſm ſcripturam deus
creauit hoiem rectum: ⁊ tamen lꝫ homo vl' an
gelus ex puris naturalibus ſtare poterit: non
tamen proficere: vt dicit magiſter de anglis di
ſtinctione. 20. ⁊ de homine. 24. 2. libri ſnĩaꝝ.
Rectitudo tamen gratuita bene ſufficit: qꝛ iſta
includit gratiã: qꝛ voluntas rectã vt ſit ſm An
ſelmum: non eſt aliud: niſi eam velle illud: qꝺ
deus vult eam velle. vnde deus ſm potentiaꝫ
ſuam ordinatam: hanc rectitudinem volunta/
tiſ non poteſt auferre ſine eius demerito: quia
quandiu voluntas perſiſtit in hoc ꝙ vult illud
⁊ non aliud : non ꝙ deus velit eam velle ipſa
nõ demeret: ⁊ per cõſequens a deo auferri nõ
poterit. Sed ipſamet ceſſare poterit ab hac re/
ctitudine volendo illud quod deus nõ vult eã
velle ſm precepta ſua. Et tunc poteſt ſibi deuſ
ſm leges cõmunes auferre caritatem ⁊ recti
tudinem habitualem ⁊ cetera dona ſua.

¶ In feſto paſche. Sermo. 88.

# Aria magda

m lenaꝛ maria iacobi ⁊ maria ſa
lome emerunt aromata ⁊c.
Matth. vltimo. Quia hodie
ſaluator noſter trāſlatus eſt ꝑ
reſurrectionē corpoꝛalr̄ de morte ad vitā. Cō
ſtat h̄ ꝑegiſſe ad noſtraꝫ ſaluteꝫ ⁊ doctrinaꝫ.
Vt. ſ. ſpūaliter de morte peccati ad vitā grē trā
ſiremus: vel de vita actiua ad vitā ꝯtēplatiuaꝫ
mentaliter transferamur. Unde ad Ro. 6. dr̄.
Sicut xp̄s reſurrexit a mortuis ꝑ glo꞉iam pa
tris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus: ſꝫ
q꞉ vita ꝯtēplatiua eſt quedam ſpiritualis reſur
rectio: ſurſuꝫ agens nos per deſiderium in de
um: q꞉ in actu ꝯtemplationis deus deſcēdit ad
nos per oſtenſionē ſuiipſius ⁊ celeſtiuꝫ reuela
tioneꝫ: ⁊ nos in ipſuꝫ aſcendimus per dilectio
nem ⁊ deſiderium eternoꝝ. vnde apoſtolus
ad phi. 3. Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt. Sicut
enim res ignita ſurſum ferꝛ: ita aīa caritate in
flāmata ſurſuꝫ agitatur. Ideo in euangelio pꝛe
ſenti circa hanc vitā ꝯtemplatiuam ꝓponuntur
nobis quatuoꝛ conſiderationes.

Prima conſideratio.

p Rima ꝯſideratio eſt de iſtius vite in
choatione. vbi ſunt due ꝯcluſiones.
¶ Prima ꝯ° eſt: ꝙ vita actiua eſt ſe
mita ꝑ quā oꝛnate ad iſtā vitaꝫ ꝑuenitur. vnde
ſm Gre. ad vitā ꝯtēplatiuā nō peruenit niſi
mediante actiua: que ē ad ipſaꝫ diſpoſitio ꝑma
ſicut laboꝛ ē diſpoſitio ad requieꝫ: ⁊ ſicut finis bel
li eſt pax ſꝫ Aug. ¶ Et nota ꝙ ſunt tria q̄ req
runt ad ꝑfectioneꝫ vite actiue. ¶ Primo reuo
care errantē inſtructiōe. Job. 20. Oculus fui
ceco. Curare īfirmos viſitatiōe. Mat. 23. In
firmus fui ⁊c. Subuenire paupibus in neceſſi
tate: ſubuctione. Eccli. 3. Propter mandatuꝫ
aſſume paupē. Qđ pulchꝛe ſignat cū dr̄. Ma
ria mag. ⁊ iaco. ⁊ ſalo. He marie ſunt tres ne
ceſſitates que ꝯſiſtunt circa tria. ſ. circa aīaꝫ coꝛ
pus ⁊ poſſeſſionē: maioꝛ ē neceſſitas aīe q̄ꝫ coꝛ
poꝛis: ⁊ coꝛpoꝛis q̄ꝫ poſſeſſiōis: i quibus tene
mur ꝓximo ſubuenire. Nā ligua iſtruit: mēs
ꝯpatitur: ⁊ manus largitur indigenti.
¶ Scđa ꝯ° eſt: ꝙ he tres marie q̄ vitā actiuaꝫ
ꝑficiūt. ſ. ꝯſolatio verbi ꝑ linguā: ꝯpaſſio affe
ctus ꝑ mentē: diſpēſatio opis per manus: Aro
maticas vnctiōes pꝛeparant qbus alliciūt ꝯtē
platiuū: quaꝝ quelibet fert ſua vnguenta. Un
guēta mentis ſunt ꝯtritio: cōpaſſio ⁊ deuotio.
Unguētuꝫ ꝯtritiōis ꝯficiꝛ de ſpēbus viliſſimiſ
⁊ ꝓpꝛiis pctīs q̄ creſcunt in oꝛto noſtro. Un
guētū ꝯpaſſiōis ꝯficiꝛ ex ſpēbus amariſſimis:
ideſt ex oībus miſiis ꝓximoꝝ q̄ creſcūt in oꝛto
vicini. Unguētum deuotiōis ꝯficiꝛ de ſpēbus
ꝑcioſiſſimis. i. oībus beneficiis xp̄i: q̄ creſcunt
in oꝛto dñico. Unguēta lingue ſunt ꝯfeſſio ad
accuſanduꝫ ſeipſuꝫ: exhoꝛtatio ad edificandū ꝓ
ximū: grāꝝ actio ad laudandū deū. ¶ Primū
colligiꝛ in oꝛto hūilitatis. ¶ Scđꝫ i oꝛto carita
tis. ¶ Tertiuꝫ i oꝛto volūtarie pauptatis. Un
guēta manus ſunt opa mīe. Et h̄ eſt qđ dicit.
Emerūt aro. vt ve. vn. ie. Hec aūt vnguenta
dñr opa pietatis. Hoc aūt fit quotiēs ſepultuꝫ
in ꝯtēplatiōe ad opa ꝑdicta iuitāꝛ: vñ magdale
na dr̄ vnxiſſe pedes dñi qđ fit qñ pauperibus ⁊
peregrinis ſupꝛadicta obſequia īpenduntur.

Scđa conſideratio.

s Ecunda eſt de eius deſcriptione. vbi
ſunt due concluſiones.
¶ Prima ꝯclo eſt videre qđ ſit vita
ꝯtēplatiua: ⁊ dr̄ ſꝫ Dio. Uita ꝯtēplatiua ē aſ
ſiſtētia ſpūalis q̄ aſſiſtit aīa nr̄a deo. Naꝫ lꝫ ds
ſit ſemꝑ p̄ns oībus: tñ res nō ſunt ſꝑ p̄ntes do
Tūc aūt ei efficimur p̄ntes qñ caſtiſſimis oꝛo
nib᷒ ad dinaꝫ ꝯtēplationē nos reuelata mente
ꝯuertimuſ. Et tūc dic Dio. ꝙ trahim᷒ deū ad
nos: vt pꝫ ſilitudiarie: q ſi exntes i naui lignea
ad lapidē in littoꝛe manentē ⁊ fixū nos vellem᷒
ad nos lapidē ꝑ funē trahere: noſipſos ⁊ nauē
ad lapidē traheremuſ: ita dicit ꝙ in actu ꝯtēpla
tiōis nō trahimus deū ad nos ꝑmanēteꝫ i loco
ſuo imobilr̄: ſꝫ noſipſos trahimus ad deū. Cu
ius rō eſt: q꞉ ꝯtēplatio nō eſt niſi qdā mot᷒ mē
tis i deū: ꝑ motū nō duciꝛ terminus ad mobile
ſꝫ ꝯ°. Sicut xp̄s i aſcēſione nō trāſtulit ad ſe
celū: ſꝫ ſeipꝫ ad celū leuauit: vnde ſꝫ Aug. vl
timus finis ꝓtrahit oēꝫ affectū. vñ Ja. 4. Ap
pꝛopiquate deo: ⁊ appꝛopiquabit vobis: q꞉ dū
volumus ire ad ipꝫ: ipſe ſua mira benignitate
tanq̄ꝫ nimis humāus dignaꝛ ad nos accedere:
Et h̄ ē qđ dicit. Et val. ma. ve. ad mo. vbi po
nunt aliique ꝯditiōes: q̄ ad ꝑfectionē actus req
runꝛ. ¶ Primū ē feruoꝛ dilectiōis. Q꞉ valde
mane: nō. n. ſinebat eos feruoꝛ amoꝛis doꝛmi
re. ¶ Scđꝫ eſt mētis trāqllitas: q꞉ in pace fa
ctus ē locus eius. Unde dicit vna ſab. i. i pace
⁊ q̄te pectoꝛis. ¶ Tertiū eſt meritoꝛia ac cuꝫ
bona fama. vñ poꝛtabāt aromata. ¶ Quartū



eſt diuine gratie aſſiſtentia di. Orto iaꝫ ſole. i.
mediante gratia ⁊ illuſtrāte in mēte: q꞉ ipſa eſt
lumē ⁊ regula q̄ ipſa ꝯtēplatiua regulaꝛ. Et h̄
maxime ꝑ actuꝫ reuelatiōis diuine quo reuelan
tur ea celeſtia qbus ꝯtēplatiui alliciūtur: q꞉ ſi fe
licitatē poſuerūt phi in reuelatiōe nāli nāliuꝫ re
ruꝫ: q̄ꝫto magis nos i reuelatiōe ſupnaturaliū
eternoꝝ: ſꝫ Dio. vnde pſalm. Btūs hō queꝫ
tu erudieris domine ⁊c.
¶ Scđa ꝯ° eſt: ꝙ ſicut reſurrectio xp̄i celebꝛa
ta eſt in monumēto coꝛpoꝛalr̄: ſic noſtra ſpūa
lis reſurrectio que eſt q̄dam ſurſuꝫ actio. ſ. vita
ꝯtēplatiua celebꝛaꝛ in ꝯſciētie ꝯtētino. De mo
numēto. n. xp̄i legiꝛ ꝙ erat exciſuꝫ in petra: qđ
nullius coꝛpoꝛis nōdum fuerat habitaculū: qđ
erat diligētiſſime ſignatū: qđ fuit in ſollicitudie
cuſtoditū. His. n. apparet certitudo reſurre
ctiōis. Nō. n. poterat fodi: q꞉ in petra erat exci
ſuꝫ: nec aliū reſurrexiſſe potuit dici: q꞉ erat no
uum: nec poterat temere violari: q꞉ ſigillo pꝛeſi
dis erat ſigillatuꝫ: nec occulte potuit idē coꝛpuſ
xp̄i furari: quia ſollicita erat cuſtodia militum.
Sic igiꝛ tale monumētuꝫ ꝯſciētia noſtra i qua
manēs vita ꝯtēplatiua ſurſuꝫ agat ad ſupna: vt
ſit petra frigida: ꝑ carnis itegritatē: dura ꝑ pa
tiētie ſtabilitatē ⁊ ſoliditatē: ſit nouū ꝑ inocētie
puritatē ⁊ culpe immunitatē: ſit a q̄tuoꝛ militibuſ
cuſtoditū. ſ. a prudētia i agēdis: a tēperātia in
vtēdis: a foꝛtitudine in ſupandis: ⁊ a iuſtitia in
credēdis. Sit ⁊ ſigillaꝫ ſigillo honeſtatis in
viſu: ne apiatur oculus ad aſpectū vanoꝝ: i au
ditu ſobꝛietas: i guſtu inedia: in olfatu aſpitas:
in tactu ariditas. Et h̄ eſt qđ dicit. Ad monu
mentum.

Tertia ꝯſideratio.

t Ertia ꝯſideratio eſt de ipedimentoꝝ
admonitiōe ibi. Dixerūt ad inuicem
vbi no. ꝙ huius vite. 4. ſūt ipedimēta
¶ Primū eſt nimia loquacitas q̄ vertiꝛ in ſtulti
tiā: q꞉ denudans oīa ſua īteriora denudat ⁊ de
honeſtat ſeipſuꝫ: vt pꝫ in nobis: q꞉ cuꝫ paſſiōes
q̄ impugnāt aīaꝫ noſtrā. ſint oculte ipſas extri
ſecus celare nō poſſumus: ſꝫ ꝑ effectus exterio
res tanq̄ꝫ ꝑ voces ipſas manifeſtamus. vñ cū
vnuſq̄ſq̄ꝫ noſtꝝ ſꝫ qđ ē affectus opeꝛ exterius
oſtēdendo: Claret ꝙ ſicut nihil celās eſt fatuuſ
q꞉ ad quodcūq̄ꝫ iclinamur intriſecus volumus
ꝓferre exterius. ſꝫ iſte mulieres dixerunt adin
uicē. Prudēter. ſ. de deo. i. de hiis q̄ erant ſa
lutis. Vñ ꝓuerbi. 10. Qui moderaꝛ labia ſua
pꝛudentiſſimus eſt. Itē ibidē. 9. dr̄. Ubi ſunt
verba plurima: ibi frequēter eſt egeſtaſ. ſ. diuine
conſolationis ⁊ carentia veritatis. Ideo dicit ſe
neca. Si vis habere prudentiā celeſtē: moꝛes
dei ⁊ angeloꝝ: pauca loquere. ¶ Scđꝫ eſt ꝯſi
deratio futuroꝝ: q꞉ ille q ſoluꝫ p̄ntia. i. nō futu
ra ꝯſiderat. diſtātia ꝑicula vitare nō poteſt: ⁊ fa
cile labiꝛ in pctm̄. Iſta prudētia valet ad q̄dru
plíceꝫ ꝯſiderationeꝫ. ¶ Quaꝝ ꝑma eſt ꝙ volu
ptas cito trāſit. ¶ Scđa ꝙ ꝯſcientiā ſauciatam
reliquit. ¶ Tertia ꝙ amittit gliaꝫ. ¶ Quarta
ꝙ acqrit penā: ⁊ qđ plus ē dinaꝫ offenſaꝫ ꝓuo
cat. Vñ eccl. 7. dr̄. Memoꝛare nouiſſima tua
⁊ i eternū nō peccabis. Ber. Hāc prudentiaꝫ
habētes he mulieres dixerūt. Quis reuoluet
nobis lapideꝫ ⁊c. Lapis eſt difficultas q̄daꝫ q̄
remanet ex ꝯſuetudie peccādi poſt pniam: ⁊ q꞉
ꝯſiderabāt ꝓpꝛiā inſufficiētiā pꝛudenter ſollici
tabanꝛ ꝑ aſſiſtentia grē: Inabilis eſt. n. oīs ad
bona opa ⁊ facile relabiꝛ ad pctm̄ niſi grā adiu
uet. ¶ Tertiū eſt ꝯfectus graꝝ. Lꝫ ꝓp idigni
tateꝫ noſtraꝫ dina grā nobis non ſꝑ aſſiſtat: tñ
q̄ꝫtuꝫ in ſe eſt ſꝑ ꝑſto eſt deſiderātibus ⁊ diſpo
nentibus ſe ad ipſaꝫ. ¶ Et nota ꝙ qdaꝫ mēda
citer iponunt grē ꝙ ſit ipeditiua ſalutis: hac ra
tiōe moti: q꞉ illud q̄ peccaꝛ eſt ipeditiuū ſalutis.
ſꝫ grā peccaꝛ. Nā ſi habens grāꝫ moꝛtalr̄ pec
cet grauius peccabit: q̄ꝫ q grāꝫ nō hrēt nec ha
buiſſet: q꞉ talis magis igrate faceret: q꞉ faciliuſ
poſſet pctm̄ vitare: Igiꝛ grā eſt ſibi cā vt grauī
us peccet. Iſtud etiā pꝫ de virtutibus đ qbus
pōt hō ſupbire: vt de fide ⁊ ſcientia ⁊ de bōitate
aīe ꝓpꝛie nāli: ⁊ ita illa bona quoꝝ etiaꝫ multa
ſunt ad ſalutem neceſſaria poſſunt eſſe occaſio
nō data ſꝫ accepta peccati. Uirtus ⁊ ſcīa ⁊ fides
q̄ ſciꝛ ⁊ crediꝛ qđ ſit fugiendū ⁊ agendū ñ hō no
uit ſe ꝯfoꝛmare recte dictamini rōis ē occaſio:
⁊ cā ꝑ accidens q̄re grauius peccat q̄ꝫ faciꝛ ydi
ota. Sꝫ ſcīa nō agit ꝑ ſe ad pctm̄ imo reluctaꝛ
q̄ꝫtum in ſe eſt iudicās ⁊ inſtruens vt nō pecca
ret: ſicut eſt de caritate. Cōcedo igiꝛ ꝙ talis gra
uius peccat. Sed nego ꝙ ideo grā ſit cā pecca
ti ſiue grauius peccādi: ſed ipſemet non vtens
grā cum ipſe poſſet ⁊ deberet ad reſiſtendū vel
vitanduꝫ tēptationeꝫ peccati: ſic ⁊ ſciens q꞉ nō
ꝯfoꝛmat ſe ſue ſcientie in volendo ⁊ agendo pec
cat. Et h̄ eſt qđ dicit. Et reſpicientes viderunt
reuolutum lapideꝫ. Quia hec difficultas. ſ. cō
ſuetudinis q̄ꝫdoq̄ꝫ ꝑ gratiā ſubito admouetur
recte dicitur: Ut mōſtretur effectus gratie: re
ſpicientes: quia maioꝛ eſt gratia que vincit.
¶ Quartuꝫ eſt obduratio mentis. Sunt. n.
alique anime dure intantuꝫ ꝙ ſicut ſaxa nec cō

ꝯpunctione aut inſpiratione valeant īmutari ſi/cut fuerunt iudei ab initio dure ceruicis: qbus dicitur in ezechiele. Auferā cor lapideū de car/ne veſtra ⁊ dabo vobis cor carneū: ⁊ tales non ſunt idonei ad ſurſuꝫ actionem. Et iſtud īpedi/mentuꝫ remonebāt iſte mulieres: qꝛ mulieres habent cor magis ductile ⁊ tardius inueniunt indurgſe ⁊ magis benigne. vnde ſapien. dicit. Vbi non eſt mulier igemiſcit eger. vnde con/ſiderantes magnitudinem indurationis dixe/runt. Erat quipppe magnus valde. ❡ Et no/ta ſm philoſophuꝫ ꝙ lapides fiunt duobus mo/dis. ❡ Vno modo ex luto ventoſo congluti/nato ꝑ caloreꝫ ſolis. ❡ Alio modo ex aqua cō/gellata ꝑ virtutem terreſtris ſocietatis. Sic ⁊ aliq ad hanc vitā habendaꝫ per duo indurant. ❡ Primū eſt cupiditas q̄ rebus tꝑalibus con/glutinati ſunt ꝑ amoreꝫ: vt q̄ſi bruta aīalia nun/q̄ꝫ affectū erigant ad eterna. ❡ Scdꝫ eſt infi/delitas q̄ obſtinati ⁊ q̄ſi ꝯgelati intellectu car/nali ſemꝑ veritati reſiſtunt: non talis lapis ob/ſtinationis dicitur valde magnus: qꝛ pure na/turalia non ſufficiūt eum remouere ſine auxilio gratie diuine.

### Quarta ꝯſideratio.

q Uarta ꝯſideratio eſt videre que ſint huius vite certa indicia. Vbi nota ꝙ ſeptem ſunt. ❡ Primum eſt vt a ſeculi vanitatibus nos caute ſeparemus: ſm il/lud apoſtoli. Ephe. 4. Hoc dico ⁊ teſtificor co/ram deo: vt iam non ambuletis: ſicut ⁊ gentes ambulāt in vanitate ſenſus ſui: tenebris obſcu/ratum habentes intellectum ⁊ alienati a via di/per ignorantiam que eſt in illis per cecitatē cor/dis illoꝝ. vnde Iher. dicit. Vanitas ſenſus ⁊ mentis obſcuritas bifarie diuiditur ī ſeculi hu/ius negocia ⁊ in ſapientiam ſecularem: Quan/do aut in hijs que mundi ſunt huius: ⁊ cito trā/ſeunt detinemur: aut non profutura cognoſci/mus. vnde Augu. libro confeſſionum dicit. Vita hec miſera eſt: mors incerta ſubito obre/pit: ⁊ indubitāter ſuos amatores mortifero po/culo ſic inebriat: vt que ſunt neceſſaria ſue ſalu/ti ac ſanitati: nec noſcant nec diſcere acquieſcāt ❡ Iteꝫ Aug. Ego cū amatores huius ſeculi intueor: neſcio quando poſſit eſſe ad eorum ani/mos ſanandos opportuna ſapiētia. vnde ſum/ma ſapientia eſt ſeculum renunciare: qꝛ ſapere ſecularia ſtultitia eſt ſm Ambro. Et hoc eſt qd dicit. Et introeuntes in monumentum. i. que/rentes loca ſolitaria a tumultu ⁊ ſeculi vanitate vnde beat⁹ Antonius dixit: Nō ſimul eſſe cū deo ⁊ hominibus poſſum. Et ideo ſancti pr̄es ad deſertuꝫ fugierunt vt liberius cōtemplatio/ni vacarent. Nam qui vult cum homib⁹ iu/giter conuerſari: non poteſt deum pura mente ꝯtemplari. ❡ Secundum eſt iugis meditatio ſcripture ſacre. Naꝫ ſm Dionyſi. de diuinis nominibus in diuina ſcriptura eſt lumen ⁊ re/gula qua regulatur vita contemplatiua. Nam idem Dionyſius dicit de angelica hierarchia ꝙ diuinarum ſcripturarum conſideratio eſt no/bis imaginatio contemplationis quaꝫ habem⁹ in patria. Pſalmi. Beatus homo queꝫ tu eru/dieris domine ⁊c. Unde mirari ſolent mundi ſapientes: ⁊ lucris temporalibus ⁊ commodis inhiātes de ſacre ſcripture amatoribus quos iu/dicant inſipientes ſimplices ⁊ fatuos: cur tam ſollicite in hac ſcientia: cū fides ꝓ notitia ſuffici/at ipſorum iudicio: inaniter occupant dies ſu/os: nec lucrari poſſunt temporalia. Tale ſtudi/um eſt valde meritorium: cū ad hoc eligitur: vt deus feruentius diligatur: ⁊ amor ꝓximi nu/triatur: ſpes ſalutis augeatur: anima paſcatur: ac crebris conſolationibus ſpiritus repleatur vt ſpiritus angelici ſtudentibus aſſiſtant: auxilia faciāt: ⁊ aſſiſtentes diuinis eloquijs reficiant. Et hoc eſt qd dicit. Viderunt iuuenem ſeden/tem in dextris coopertuꝫ ſtolla cādida: ⁊ obſtu/puerunt. Quid per angelū qui apparet in ſpe/cie iuuenis ſignificatur: niſi bona opera q̄ oſtē/dunt in eis ſurſum actionē? Et qꝛ ſunt noue vi/te: bene per iuuenem ſignificantur: quia cādo/rem habent virtutum: recte deſcribitur cooper/tus ſtolla candida. Et quia aſſidua ſunt ꝓ eter/nis: dicitur ſedere a dextris. Vnde qꝛ ita mira ti etiam multi mirantur: recte dicitur. Et obſtu/puerunt. vnde pſal. Cōfitebuntur tibi mirabi/lia tua. Vel aliter. Quid. n. per iuſtitiam: niſi fortitudo opis. qd ꝑ ſtollā candidā niſi puritas itentionis: qd ꝑ ſedere a dextris: niſi ꝯtempla/tio eterne remunerationis ſignatur? Quā q con/templātur nō reputant aggredi fortia ⁊ pati du/ra. Cum dr̄ obſtupuerunt: ſignat q operatiōes prioris ſtatus in ſic ꝓficiente faciunt oēs mirā/tes: ⁊ hec oīa ī ſacra ſcriptura luculēter ꝯtēplat ❡ Tertium eſt plena ꝯfidentia de deo. Nam xp̄s diſcipulis laborantibus dixit. Confidite ⁊ nolite timere. Sequitur. In mundo preſſuraꝫ



habebitis. Quia ſm Ambro. Robur ſpei no/ſtre et quedam ſperandi auctoritas: confiden/tia eſt. Et ideo Grego. dicit in moralibus. Iu/ſti viri ſecuritas recte leoni comparatur: qꝛ cuꝫ contra ſe quoſlibet inſurgere conſpicit: ad men/tis ſue confidentiam redit: ⁊ ſcit qꝛ cunctos ad/uerſantes ſuperat: quia illum ſolum diligit quē vincit⁹ nullo modo admittit. vnde ſequitur. Qui dicit illis. ſ. angelus. Nolite expaueſcere. Nā timor ſine ſecuritate eſt pars miſerie: quia neſci/tur qua hora dominus veſter venturus ſit: nec aliquis ſcit vtꝝ amore vel odio dignus ſit: ſicut nec vtrum preſcitus vel predeſtinatus: quia. ſ. in fine occulto iudicio dei mali conuertuntur: ⁊ boni auertuntur: vnde angelus volens eos aſ/ſecurare dicit. Nolite expaueſcere: qꝛ iſti q ſunt in diuinis contemplationibus intenti: ſunt ite perfectis affectionibus accenſi: quia perfecta ca/ritas foras mittit timorem. Qui enim timet nō eſt perfectus in caritate. ❡ Quartuꝫ eſt ſancta violentia que neceſſaria eſt omni fideli: tuꝫ pro/pter ſe: tum propter proximuꝫ. vnde ipſaꝫ com/mendat chriſtus dicens. Regnum celoruꝫ viꝫ patitur ⁊ violenti rapiunt illud. vnde Ihero. Que maior violentia q̄ꝫ ꝙ caro vult eſſe ſpiri/tus: homo deus: ⁊ caro fragilis ī loco a quo de/cidit angelica natura? Unde addit idem. Eſto predo regni celorum non pauperum animarū non pecuniarum ⁊ muſcarum. Sancta autem violentia filia eſt fortitudinis q̄ vincimus mū/di occupationes: ſeculi proſpera: ⁊ aduerſa dia/boli ⁊ ſpirituales nequitias: carnem crucifigen/tes cum vitijs ⁊ concupiſcentijs: ſtigmata do/mini portantes in corporibus noſtris. Et hoc eſt de quibus dicitur. Ieſum queritis nazare/num? Nazarenus enim dicitur flos per quem odor contemplationis ſpargitur qui demulcet illum cuius ſenſus ſuſpenſi ſunt ab omni exer/citio: Ipſa enim contemplatio quedaꝫ crux eſt ſenſibus. Et ideo recte addit. Crucifixū. Sic igitur quandoqꝫ querimus in contemplatione chriſtuꝫ ⁊ non inuenit: ſed in actione ⁊ c⁹ ⁊c. ❡ Quintū eſt vera innocentia. Hec eniꝫ ſepa/rat nos ab omni iniuſtitia ⁊ īpietate. Prouer. 12. Iuſtitia cuſtodit innocentis viam. Impie/tas autem peccatorem ſupplantat. vnde ꝓphe/ta in perſona innocentis dicit. Perambulabā in innocentia cordis mei. Naꝫ vtiqꝫ innocen/tia eſt fundamentuꝫ ſpiritualis ſtructure ī quo valeat homo liber ab hoſtibus habitare. vnde Iheronymus. Edificanti ſpiritualeꝫ domum non ſuper leuitatem arene. Sed ſupra petre ſo/liditatem innocentie in primis fundamentum ponatur ſuper quod facilius valeat arduum iu/ſtitie culmen ſurgere. Maximam enim parteꝫ equitatis impleuit que nulli nocuit. Ipſa ſiqui/dem innocentia hominem filio dei adherere fa/cit per quem liberamur. Unde pſalmiſta. In/nocentes ⁊ recti adheſerunt mihi. Non enim priuabit bonis eos qui ambulabant in innocē/tia. vnde Iheronymus. Gaude innocentia: ⁊ exulta quia vbique es illeſa: ⁊ vbique ſecura. Si tempraris proficis: ſi humiliaris erigeris ſi pugnas vincis: ſi cecideris coronaris. Hoc tangitur cum dicitur. Surrexit non eſt hic. quaſi diceret. Non ſedet in puluere defectuuꝫ Sed iam ſurrexit: id eſt ſtare cepit per iuſtitiaꝫ erectus: ⁊ propter inchoatam felicitatem: quia ſm Dionyſium: illi qui in hac vita dediti ſunt contemplationi: iſtius felicitatis iam participes ſunt effecti. Quia ſm apoſtolum guſtauerunt vitam futuri ſeculi. ❡ Sextuꝫ eſt virtuoſa ope/ratio. Nam ad hoc vt in hac vita contemplati/ua quis eſſe comprobetur: oportet vt accenſus amore beatitudinis ſuperne in via diuine legis per exercitiuꝫ operis virtuoſi ſollicite procedat ſm illud pſalmiſte. Beati immaculati in via. Et certe congruus eſt ordo: vt ſcilicet primo a vitijs per innocentiam diſcedamus: ac deinde per exercitium boni operis in virtutibus pro/cedamus. Nam ſicut dicit Bernardus. Nul/li eodem ſtatu eſſe conceditur ſeruo dei. Aut ſemper proficiendum: aut deficiendum eſt. vn/de dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Nam vt dicit Hugo. Operatio bona eſt via: qua itur ad vitaꝫ beatitudinis eter/ne. Nam bonus vſus virtutum requiritur cō/ſequenter ad oſtenſioneꝫ habituum: quia ſignū continuati habitus eſt delectatio in opere. Sic ⁊ de habitu infuſo requiritur in iſta exercitatio/ne aliquod augmentum meriti: quia ſemper in omni opere virtuoſo augetur gratia: ⁊ prome/retur gloria. Et hoc intendit cum dicit. Ecce locus vbi poſuerunt eum. Quaſi diceret. Ad tantus eſt profectus contemplationis: ꝙ tam minores q̄ꝫ maiores informantur: vt non ſo/lum equentur alijs: ſed eos qui ſolebant precel/lere virtute meritoruꝫ precellant. Propter qd eccleſia. xj. dicitur. Benedictio dei in merce/dem iuſti: id eſt contemplatiui.

¶ Septimum ⁊ vltimū eſt glioſa remuneratio. Nam beatitudo eſt ꝓmiū virtutū. Sicut igit̃ ex ordinatōe diuina virtutibꝰ btitudo adipiſcit̃: ſic in btitudine virtutes remunerant̃. vñ dicit̃. Omni opanti bonū merces debet̃ eterna: non q̄dam tpalis: que frequēter deſolatur: inſolenter ꝑturbatur: indifferēter occupat̃: violenter vſurpat̃. Sȝ regni celeſtis: qđ hȝ eternitatem duratōis: ſecuritatē poſſeſſionis: ſuauitatem refectiōis: dignitatem dñationis. vñ Augu. Illuc feſtinate: vbi ſemꝑ viuatis. Si enim ſic amatis iſtam miſerā fluidāq; vitam: vbi cum tanto labore viuitis: ⁊ vbi vix currendo: ſatagendo: ſudādo: ſuſpirando: neceſſarijs corporis ſatiſfacitis. Quanto magis amare debetis vitam eternā: vbi nullum laborē ſuſtinebitis: vbi ſemꝑ ſumma ſecuritas: ſumma felicitas: felix libertas: vbi hoīes erūt ſiles angl'is. De q̄ Grego. Hereditas illa eſt oībus vna ⁊ ſingulis tota: ⁊ nihil deeſt: nihil obeſt: nihil deſit: nihil ſupfluit: nihil exterius qđ appetatur nihil interius qđ faſtidiat̃. Et h̄ intendit di. Ite. ſ. de virtute in virtutē merendo. Dicite diſcipulis eius. i. imitatoribus. Et Petro. i. ſuꝑioribus: exēplum ꝑfectiōis ꝓbendo in doctrina ⁊ opando: q2 p̄cedet vos in galileā. Interpretat̃. n. trāſmigratio. Eſt. n. triplex tranſmigratio. ¶ Prima eſt de culpa ad gratiam. ¶ Scđa virtute in virtutē. ¶ Tertia de virtute ad gl'iam. vñ p̄cedet hanc trāſmigrationē q̄ eſt de virtute ad gl'iam: q2 ſuꝑ oēs ꝓmiabit̃. vel aľr. Dicite diſcipulis eius ⁊c. q2 aliq̄n q minor eſt inter fratres: ad tantā ꝑfectionē aſcendit: ꝙ ꝯtemplatōis puritate p̄cellit maiores dignitate: ⁊ pre ceteris diuis reuelatōnibus illuſtretur. vel aľr ſic. Precedet vos in galileā. i. in excellentia opis ad actiuā vitam ꝑtinentis: qđ ſignificat̃ per galileā: que interpretat̃ reuelatio: q2 merito bone actōis ꝑuenit ad grāȝ ꝯtēplatōis: cognitiōis ⁊ reuelatōis. Quā nob ⁊c.

¶ Feria ſcđa in paſchalibus. Sermo. 89.

Tu ſolus peregrinus ⁊c. Luce. vltimo. Preſens ſmo diuidit̃ in duas partes ꝓncipales. ¶ Prima ꝯtinet diuiſionem thematis: in quo introducuntur quatuor myſteria ad diuinam perſonam pertinētia. ¶ Primū eſt eternalis emanationis: ibi. Tu demōſtras ad oculū. Pſal. Filius meus es tu. ¶ Scđm eſt pſonalis diſtinctionis: ibi. Solus. Perſona. n. filij diſtinguitur ſuppoſitaľr: q2 hȝ eē incoicabile. Yſa. 64. Torcular calcaui ſolus. ¶ Tertium eſt tēporalis inclinationis: ibi. Peregrinꝰ. Sicut enim ꝑegrinus recipitur in domo aliena: ita xp̄i deitas fuit in eius incarnatione recepta in extranea natura. vnde gene. dicitur. Semen tuum erit peregrinum in terra. ¶ Quartū eſt ſuꝑnaturalis reſurrectionis: cum dicit̃. Es. Eſſe. n. accipit̃ per reſurrectionem: ſicut ꝑ primariam generationem. vnde exodi tertio. Ego ſum qui ſum.

¶ Secunda pars ꝓncipalis huius ſermonis eſt ſub hac concluſione. Leges quas chriſtus ſub typo peregrini in ſe habuit: ⁊ cuilibet fideli anime habendas dimiſit: ſub duodenario cōprehenduntur numero. ¶ Prima lex peregrini: ꝙ a ſua patria ſponte diſcedit: ⁊ per hāc legem diſtinguitur a figuratiua: qui violenter a ſua patria in regionem alienam expellitur. Ideo geneſis duodecimo dicit̃: ꝙ Abraham deſcendit in egyptum: vt peregrinaretur ibi: ⁊ non dicitur fugit. Deſcendere enim eſt actus ſpontaneus. Iſtam autem legem chriſtus non obſeruabat in ſua incarnatione: quia nunq̄ȝ a ſuo patre diſceſſit. Sed in paſſione: quia tunc anima eius ſponte regionem ſui corporis dimiſit: ⁊ ſine coactiōe. vnde dicit. Poteſtatem habeo ponendi animam meam ⁊c. Et rurſum. Nemo aufert eaȝ a me. Sed ego ponam eam a meipſo. Iohis. xj. Illam autē legem dȝ ſeruare quelibet aīa fidelis: vt ſponte diſcedat a regione propria: ſeipſam quantū poteſt a regione ſua ſubtrahendo: in qua eſt orta: dum eſt a deo infuſa: ⁊ infundendo creata. Tunc aīa noſtra ſponte egreditur: quando ad eius incitamenta non inclinatur: ſed ad ſuperiora efficitur: quia affectus eſt motus animi ad res: vt ſancti docēt: quia qui in carne ſunt: placere deo non poſſunt: id eſt qui ſectant̃ corporis leges ad ipſas non poſſunt inclinari. Romanorum tertio. Illi autē qui placere deo deſiderant: a carne ipſam odiendo fugiunt. Sicut enim in corporalibus idem eſt perſecutio ⁊ fuga: ita in ſpiritualibus idem eſt fuga: volito: ⁊ appetitus: quod perſecutio. ¶ Itē de talibus dicit apoſtolus. Non enim eſtis in carne: ſed in ſpiritu.



¶ Secunda lex eſt ꝙ peregrinus per rectam viam incedit non querens diuerticula ne forte non attingat terminum per errorem viarum. vnde ſollicitus eſt querere viam rectā: q2 in lōga via nullus diuertit libenter ne magis ꝓlonget ipſam. Via autem peregrinationis eſt longa. Pſalmi. Heu mihi q2 incolatus meus ꝓlongatus eſt. Illam ſeruauit xp̄s in ſua peregrinatione: quia via qua venit ⁊ quam tenuit: non ſolum fuit recta: ſed etiam omnis rectitudinis regula. Scđm Auguſtinū: ſicut artifex regula menſurat rectitudinem ſue artis: ita ꝙ quantum diſtat quodlibet ab eius conformitate: ꝙ tātū habuit de obliquitate. Ita aīa q̄ntū cunq̄ȝ habuit de deformitate a via chriſti: tantū habuit de obliquitate bonitatis ⁊ perfectionis vnde Iohis. 14. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Ratio autem tota conſiſtit in conformitate ⁊ rectitudine voluntatis ⁊ rationis. Illam autem legem dȝ ſeruare anima fidelis que peregrinatur ad patriam vt directe ſemper incedat. Nulla autem recte ad celum peregrinari poteſt: niſi accedat directe ſine omni difficultate: vt ſicut aſcenſus montis: qui fit per lineas trāſuerſales non eſt directus aſcenſus: ſed qui fit perpendiculariter ſic plus eſſet de affectu terrenoꝝ q̄ȝ ſuꝑnorum: tunc eſt aſcenſus dyametralis: ⁊ ſi ſola affectio mūdialis tunc eſſet deſcenſus perpendicularis: Et ratio. Quia bonarum mentium eſt perfecte incedere ⁊ directe diſcendere: vt dicitur deuteronomij. 5. Nō declinabis ad dexteram neq̄ȝ ad ſiniſtram.

¶ Tertia lex eſt: ꝙ peregrinus nō retroducit q2 ſibi eſſet impedire ⁊ non pergere. Ille enī qui peregrinatur deſiderat terminū ſue peregrinationis: ideo non requirit ab eo elongari gratis. Iſtā autem legē xp̄s ſeruauit q2 in ſua paſſione non retroceſſit: ſȝ hoſtibus ipſū querentibus obuiauit. Iohis. 5. vt perficeret curſum quē inchoauit. Iſtam autē legem dȝ ſeruare anima fidelis: vt accepto virtutis propoſito nō reſipiſcat. Aliud eſt enim in via cadere: aliud retrocedere. Nam ille qui a bono ſtatu ad malum tranſit: non retrocedit: ſȝ cadit ſic peccando. Iſto modo qui de peccatis ꝯmiſſis non conteritur: nō recedit: ſed retrocedit. Sic vero qui a ſtatu ſuperiori ad ſtatum inferiorē lȝ bonum tranſit retrocedit: q2 plus diſtat a termino ſupremo. Et de talibus dicitur Luce. 9. Nemo mittens manum ad aratrum ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno dei.

¶ Quarta lex eſt: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis non ſubſiſtit: q2 ſi ibi vltimate ſubſiſteret: non peregrinus ſed indigena eſſet reputandus ⁊ non aduena: cum omnis peregrinus ſit aduena. Pſal. Aduena ego ſum apud te ⁊c. Iſtam legem chriſtus ſeruauit quia affectione ſua in terrenis nullatenus quietauit vnū cum vellent eum regē facere ſolus fugit i mōtem. Iohis. 6. Iſtam legem debet ſeruare anima fidelis: vt requiem ſuam non querat in rebus huius mundi: appetendo eas ſui gratia: ſicut illi qui nihil aliud deſiderant preter illa vel propter illam. Non enim habemus hic manētem ciuitatem: ſed futurā inq̄rimus. Heb. 13.

¶ Quinta lex eſt: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis ſue amicitias non querit: quia ad amicos pertinet pariter conuerſari. Talis enī amicitia nō eſſet eis ꝓficua. Et ideo illos q humano auxilio deſtituti ſunt reſpicit dominus. Et ideo dicitur. 4. deutero. Deus vult peregrinum ⁊ dat ei victum ⁊ veſtitum. Iſtam legem ſeruauit chriſtus: quia amicitias cū omnibus huius mundi contrahere non voluit: vt ꝑȝ de phariſeis: quibus ſe cōiungere noluit. Iſtā legem debet ſeruare anima fidelis: vt peregrinans per hunc mundum: amicitiam cum huiꝰ mundi incolis non contrahat: quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ideo Ioannes ⁊ alij patres fugierunt in deſertum: ne amicitiis huius ſeculi macularentur.

¶ Sexta lex eſt: vt in terra peregrinationis nō accipiat delectationes. quia impoſſibile eſt aliquem delectari perfecte in motu exiſtente: cum perfecta delectatio ſit coniuncta quieti. Iſtā legem ſeruauit chriſtus ſeruando ſupplicia mortis: ⁊ multa alia aſpera que ſuſtinuit: cū tamē non haberet peccatum. Iſtam legem ſeruare dȝ aīa fidelis: vt voluptates ⁊ delectatiōes ſenſibiles nō regrat: q2 illa extinguūt in nobis ſpiritualia cariſmata. vnde Matthei quarto dicitur: ꝙ diuitie ex quibus concupiſcentie oriuntur ſuffocant verbum diuinum.

¶ Septima lex eſt: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis ſue hereditatem non petit: quia ibi non vult habere quietem. Iſtam legem in ſe chriſtus ſeruauit: quia hereditatem regis dauid: que etiam de iure ſibi debebatur non poſtulauit: immo recuſauit dicens. Regnū meum non eſt de hoc mundo: ⁊ illam legē debet ſeruare anima fidelis: vt hereditatem non vendicet in terris: ſed in celeſtibus: quia anima nō

eſt de terris: ſed patria ſua eſt celeſtis. Jdeo q̄ vult in terris hereditatem habere: iuſte priuabitur debita hereditate in excelſis.

¶ Octaua lex ē: ꝙ in terra aliena de negocijs cuiuſ ſe non intromittit: quia cum cauſaȝ ignoret: non poteſt bene de ea iudicare. Jſtam legem chriſtus ſeruauit: quia de negocijs mundi ſe nullatenus intromiſit. Jſtam legem tenere debet anima fidelis: quia nullus perfecte poteſt intēdere ad duo negocia diſparia q̄lia ſunt diuina ⁊ ſecularia. Unde dicitur. Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibuſ.

¶ Nona lex eſt: ꝙ peregrinus in terra aliena non extollitur: q̄ cum extollentia ſit prouocatiua aliorum nō expedit: ꝙ in terra aliena ab aliis extollatur. Jllam legem chriſtus ſeruauit: q̄ etiam ſupra diſcipulos ſuos ſe extollere noluit: vt patet in miniſtrando eis ⁊ pedes lauando. Luce. 22. Quis maior eſt: qui miniſtrat an qui recumbit? ⁊c. Hanc legem ſeruare debet fidelis anima vt non extollatur: quia licet ſit nobiliſſimis orta natalibus cum ſit a deo creata: tamē eſt brutali corpori ſociata: ⁊ quaſi matrimonio copulata. Pſalmiſta. Homo cuȝ in honore eſſet ⁊ cetera.

¶ Decima lex eſt: ꝙ peregrinus in domo aliena recipitur. Jſtam legem ſeruauit chriſtus q̄ in hac vita exiſtens propriam domum non habuit: ſed ſemper in aliena fuit receptus. Luce nono. Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Jllam legem debet ſeruare anima fidelis: ꝙ carnem in qua habitat reputet alienam: ⁊ ſeipſam etiaȝ peregrinari ſciat: quia nullus de domo ꝓpria expellitur violenter. Sed aia noſtra poſtq̄ fuit ibi hoſpitata modico tempore inde expellitur cum violentia tanq̄ a domo aliena. Et iō ſicut filia regis in domo ignobili deſponſata cupit in domo patris regredi viculo matrimonij ſoluto: ita anima debet deſiderare ad domuȝ paternam. Sapiē. 12. Spiritus redeat ad dominum.

¶ Undecima lex eſt: ꝙ in terra peregrinatorus ſue iniurias equanimiter tolerat: quia cum ſit ibi incognitus ⁊ deſpectus non habet auxilium per quod reſiſtat. Et ideo ſapienter malū illatum diſſimulat. Jſtam legem xp̄s ſeruauit: quia nobis exempla patientie monſtrauit. Jllā legē dȝ habere aia deuota: q̄ ira ⁊ ꝯturbatio lacens lacerat mēteȝ. Luc. 21. Jn patiētia vr̄a ⁊c.

¶ Duodecima lex eſt: ꝙ exūs in terra aliena deſiderat ad ꝑriam redire: q̄ oia nāliter appetunt locum ſuuȝ. Et ideo cū patria ſit locus ꝓprius peregrini ad ipſum deſiderant redire. Hanc legē xp̄s ſeruauit: q̄ lȝ difficillimū amariſſime paſſionis ⁊ mortis paſſuȝ tranſire haberet: tū deſiderabat ad patriaȝ redire. Jſtā legeȝ ſeruare dȝ aia fidelis: vt ſemp ad patriaȝ ſupernam aſpiciat cū apoſtolo dicēte. Deſidero diſſolui ⁊ eſſe cuȝ xp̄o. Jlle eſt locus originis aie q̄ lȝ in primo inſtanti ſue creationis aia infunditur: tamen prius natura a tota trinitate creatur q̄ carni vniatur.

¶ Feria tertia paſche. Sermo nonageſim⁹.

# Hunc aperu

it illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Preſens ſmo diuidit in duas ptes.

